f *Nec cu. medica.* vnde: Curauimus Babylonem, & non eſt curata, vrbem. ſ. confuſionis, & vitiorum. Legimus quoq; deſcendentem à Ieruſalem in Iericho à latronibus vulneratum, à Samaritano curatum, & poſt auſteritatem vini infuſam olei mollitiem. Et notandum, q̃ ex quo dicit: In quo percutiam vos &c. vſque non eſt curata medicamine, neque fota oleo, translationem ſeruauit: & irremediabilem Iudæorum captiuitatem expreſſit.

Hier. 51. a

Luc. 10. e

g *Terra veſtra deſer. &c.* Hæc ſub Babylonijs partim cõpleta ſunt incẽſis ciuitatibus, Ieruſalẽ ſubuerſa, regionem Iudæorum Samaritanis incolẽtibus, Leonibus etiam terram vaſtãtibus, ſed omnino ſub Romanis. Omnipotens Deus Ieruſalem, & templum, & populum deſeruit, cuius ipſe cuſtos fuit, cum afferret fructus boni operis. vnde: Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat &c.

Pſal. 126. a

*Alleg.* Qui de ſanitate priſtina corruerunt, & contrarijs poteſtatibus traditi ſunt. oĩa bona eorum in deſertum veniunt, & prioris iuſtitiæ Deus nõ recordabitur, & igne diaboli omnia ſuccendentur, & fiunt pabulum beſtiarum. de quibus dicitur: Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi.

Allegoria.

Pſal. 73. b

& a *Derelin-*

## F NICOLAVS DE LYRA.

§ a Dereliquerunt dominum. *eius cultum debitum negligenter.*

b Blaſphemauerunt ſanctum Iſrael. *eius bonitati detrahentes. Et dicitur hic ſanctus Iſrael ipſe Deus, qui eſt ſanctus ſanctorũ. Et dicebatur ſanctus Iſrael ſpeciali modo, eò q̃ illũ populum elegerat ad ſuũ cultum.*

c Abalienati ſunt re. *à Deo recedentes, & honorem ſibi debitum dijs alienis tribuentes.*

d Super quo. *Hic conſequenter tangitur peccatorum incorrigibilitas, cum dicitur: Super quo percutiam vos vltra. q.d. fruſtra, quia non ſequeretur correctio veſtra, ideo ſubditur:*

e Addentes præuaricatio. *q.d. ex percuſſionibus meis non eſtis emendati, ſed magis & magis peiorati, ſicut Pharao rex Aegypti: Quod oſtẽditur conſequenter in diuerſis populi ſtatibus, cum dicitur:*

f Omne caput &c. *Et per caput intelligitur rex & principes qui ſunt capita populorum, & dicit:*

g Languidum. *quia languor eſt infirmitas incurabilis, & per hoc oſtenditur eorum vita mala incorrigibilis.*

h Et omne cor mœrens. *Per cor intelliguntur doctores & ſacerdotes: quia ſicut ex corde procedit ſenſus, & motus ad alias partes corporis, ſic per doctores, & ſacerdotes debent alij accipere ſenſum bonæ cognitionis, & motum ſanctæ operationis, accipiendo ab eis doctrinam, & exemplum virtutis. Sed econtrario dicitur hic: Omne cor mœrens. non mœrore contritionis de peccatis: ſed mœrore, qui eſt defectus doctrinæ, & virtutis.*

i A planta pedis &c. *Per hoc intelligitur reliquus populus procedendo à minoribus vſque ad maiores.*

K Non eſt in eo ſani. *ſ. gratiæ, & virtutis. Et per hoc intelligitur, q̃ ibi ſit contrarium. ſ. infirmitas culpæ ad mortem gehennæ deducentis. Et hanc infirmitatem ſpecificat dicens:*

m Vulnus. *ideſt peccatum patens.*

n Et liuor. *ideſt inuidia latens.*

o Et plaga tu. *ideſt peccatum ſuperbiæ inflan⁹.*

p Non eſt circunli. *ligatura legis diuinæ à peccato retrahentis.*

q Nec curata me. *i. verbo, & exemplo ſacerdotum, & doctorum.*

r Neq; fota oleo. *i. operibus miſericordiæ, quę impetrant remiſſionem culpæ. Dan. 4. c. Peccata tua eleemoſynis redime.*

s Terra ve. *Hic conſequenter ſubditur debita pœna. Circa qđ ſciendũ, q̃ ſicut dicit Ra. Sa. Iſaias dixit iſta duabus tribubus tempore Ezechiæ, decem tribubus iam antè captiuatis, & de terra ſua translatis in Aſſyrios, vt hr̃ 4. Reg. 18. b. Et ideo propheta primò reducit ad memoriam illam deſtructionem. ſecundò cõminatur regno Iudæ ſimilem, ibi: Et derelinquetur. Circa primum dicitur: Terra veſtra. i. terra decem tribuum quæ dr̃ hic pertinere ad regnũ Iudæ, quia ſibi debebat de iure, eò q̃ fuit de regno Dauid et Salomonis, ſed tpe Roboã rebellauit, vt hr̃ 4. Reg. 12.*

Diuiſio.

t Deſerta. *i. derelicta ab habitatorib⁹ ſuis ĩ Aſſyrios trãſlatis, vt dictũ ẽ.*

H

u Ciuitates veſtræ ſuc. igni. *ab Aſſyrijs terrã Iſrael deſtruentibus. Et dicuntur hic ciuitates illius terræ pertinere ad regnum Iudæ ratione dicta. Et eodem modo intelligitur quod ſubditur:*

x Regionem veſtram &c. *ſ. Samaritani qui erant Gentiles, illuc adducti per regem Aſſyriorum, vt habetur 4. Reg. 17.*

y Et deſolabitur ſicut in vaſti. hoſtili. *i. hoſtes remanebunt in ea: & ita factum eſt, quia filij Iſrael in Aſſyrios tranſlati nunquam poſtea redierunt ad terram illam: vnde litera Hebraica ſic habet: Et de-*

§ *ſolabitur*

### MORALITER.

✱ a *Dereliquerunt dominum*, per peccatum omiſſionis.

b *Blaſphemauerunt ſan. Iſrael*, i. Deum ſanctificantem populum Chriſtianum per peccata commiſſionis.

c *Abalienati ſunt re.* apoſtatæ religionis.

d *Super quo &c.* Hic cõſequenter deſcribitur incorrigibilitas prædictorum, cum dicitur: Super quo percutiam vos, vltrà addentes præuaricati. q.d. hoc eſſet fruſtra, quia non ſequitur ex hoc emendatio pœnitentiæ, ſed magis peioratio culpæ: Percuſſa eſt enim eccleſia in ſchiſmate Græciæ, & in amiſſione terræ ſanctæ, & non eſt ſequuta humiliatio pœnitentiæ, ſed augmentatio pompæ.

f *Omne caput langui*, ideſt prælati languentes ambitione: quia nihil eis ſufficit.

h *Et omne cor mœ.* per quod ſignificantur doctores Theologi, à quibus, ſicut ex corde, debet ſenſus bonæ cognitionis per eorũ doctrinã procedere, ſed docent modo vana, & curioſa pro maiori parte.

i *A planta pedis vſq; ad verticem.* i. à minoribus vſq; ad maiores.

K *Non eſt in eo.* ideſt in corpore eccleſiæ.

l *Sanitas*, diſpoſitionis debitæ. Per hoc aũt q̃ dr̃, omne caput, & omne cor, non includuntur boni, vt dicetur infrà, ſed eſt hyperbole ad deſignandũ multitudinẽ malè ſe habentiũ. vnde ſubditur:

m *Vulnus.* ſ. diſcordiæ, eo q̃ diuidit mentes ſicut vulnus corporis carnes.

n *Et liuor.* inuidiæ.

o *Et plaga tu.* ſuperbiæ. Hæc enim peccata regnant in clericis prędicto modo ſumptis.

p *Non eſt circunliga.* Dei timore à peccato retrahente.

q *Nec cura. medicamine.* i. amore Dei ad bonum attrahente.

r *Neq; fota oleo.* miſericordiæ veniam impetrante.

s *Terra veſtra de.* i. animarum cura neglecta.

u *Ciuitates veſtræ ſuc. igni.* ſ. luxuriç, auaritiæ, & ſuperbiæ propter defectum cuſtodiæ.

x *Regionem veſtram coram vo. alieni deuorant.* i. dæmones à Deo alienati ſubditos veſtros ſibi incorporant.

✱ a *Et*



& a *Dere.* Vnde: Surgite eamus hinc. Et alibi: Relinquetur vobis domus vr̃a deſerta. Et alibi: Reliqui domum meam &c.

A

Ioh. 14. d. Luc. 13. g. Ier. 12. b.

b *Filia Sion &c.* Affectu piſſimi patris: Et: Omnes enim natura filij Dei ſumus, ſed noſtro vitio alieni efficimur. Vnde Babylon ſæpe filia nuncupatur. *Hier. Moraliter.* Per Sion (quæ eſt ſpeculatio, & pomorum paradiſus, dicitur & vinea) anima accipitur quæ in contemplatione debet conſiſtere, & fructus acceptabiles afferre cui ſi mens. i. vir, præſit, habet Deum cuſtodem mentis. Si autem vitia, & peccata tamquam beſtiolæ, virtutũ germina depaſta fuerint, ilico Deum cuſtodem amittit. Vinea domini Saboth domus Iſrael eſt. Poſtquam ergo vaſtauit eam aper de ſilua, & vindemiauerunt tranſeuntes viam, derelicta eſt à domino.

Iſa. 5. b. Pſal. 79. b.

† Rom. 9. f

† ſuperſtites paucos.

c *Niſi do.* Hoc ex perſona prophetæ, & fidelium ex eadem plebe. Niſi dominus. Hic oſtenditur quę contra Iudam, & Ieruſalem dicta ſunt, ad captiuitatem Romanorum eſſe referẽda, quando in apoſtolis reliquiæ Iudæorum ſaluæ factæ ſunt, & in vna die crediderunt tria milia, & in toto orbe Euãgelium ſeminatum eſt. Dominus Sabaoth: quod Lxx pro locorũ qualitate, vel dñm virtutũ vel dñm oĩpotentẽ transferũt. Chriſtus enim qui dicit: Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra, ſicut Deus Dei, & dominus domini, ſic omnipotens, filius omnipotentis eſt.

Rom. 9. f. Act. 2. g.

Matt. 28. d.

d *Audite ver.* Saluatis reliquijs per apoſtolos, ad Scribas, & Phariſæos, & populum clamantem: Crucifige, crucifige, ſermo conuertitur. Audite ver. Hoc ad Iudæos illius temporis, ſpecialiter pertinet ad Scribas, & Phariſæos, & ad populum clamantem: Crucifige crucifige eum. Sicut enim Sodomitæ publicè peccabant cogitantes conſilium peſſimum contra virum iuſtum Loth & ſine verecundia dixerunt: Educ viros, qui ingreſſi ſunt ad te, vt abutamur eis. Sic iſti contra Chriſtum inuerecũdè dixerunt: Venite, cogitemus cõtra iuſtum cogitationes, & reus eſt mortis, & huiuſmodi. Vnde in ſequentibus: Iniquitatem ſuam ſicut Sodoma prædicauit, non abſcondit. Audite verbum dñi. Tradunt Hebræi Iſaiam, quia hoc dixerat occiſum, vel quia dixerat: Vidi dñm &c. Cum dixerit dominus ad Moyſen: Non videbit me homo, & viuet: & non poteris videre faciem meam. Nec conſiderant quidem faciem, vel pedes dñi vel ſuos. In Hebræo enim ambiguè dicitur Seraphim texuerũt: & media tamen eius Iſaias ſe vidiſſe ſcripſit. Angeli tñ etiam, minorum in eccleſia, ſemper vident faciem Dei: homo autem videre nõ poteſt. Videmus. n. nunc per ſpeculum in ęnigmate &c. Qñ vero de hominibus in angelos proficimus, gloriam Dei reuelata facie ſpeculamur, licèt ſecundum proprietatem naturæ nulla creatura poſſit videre faciem Dei: & nunc mente cernitur, quãdo inuiſibilis credit.

Luc. 23. d.

C

Gen. 19. b.

Ier. 18. c. Iſa. 3. b.

Exod. 6. a. Exod. 33. d.

† deſolata

1. Cor. 13. d.

¶Ab hominibus, vel à Deo. ¶Ieruſalem, vel templum.

a b Et derelinquetur filiã Sion vt vm- a b

¶Vinea vindemiata, de qua: Vineam de Ægypto tranſtuliſti. ¶Quod ablato fructu cuſtodes vacuum reliquerunt.

braculũ in vinea, & ſicut tuguriũ in c

¶Collectis frugibus.

cucumerario, & ſicut ciuitas † quæ d

¶Ergo. ¶Chriſtus, de quo: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

e vaſtatur. † Niſi dominus exercituũ e

¶Reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. ¶Apoſtolos & ſequaces eorum vnde alij. ¶Mortui in peccatis ſimiliter.

reliquiſſet nobis † ſemen, quaſi So- f g

¶Muta à laude Dei. Sodoma enim muta interpretatur. Gomorra aſpera. ¶Aſperi enormitate peccatorum.

doma fuiſſemus, & quaſi Gomor-

¶Ne autem pereatis. ¶Mente.

d ra ſimiles eſſemus. Audite ver- h

¶Q. Qui vos iactatis filios Abrahæ. ¶Cui ſimile: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.

bum domini principẽs Sodomo-

¶Auribus ſaltem exterioribus.

rum, percipite auribus legem Dei i

¶Vos ex patre diabo. eſtis. ¶Ad quid? ¶Q. ſi legem non ſeruatis, quare offertis?

veſtri populus Gomorræ. Quò mi- k

¶Non meum quem offenditis.

hi multitudinẽ victimarũ veſtrarũ

¶Qui timendus eſt.

f dicit dominus. Plenus ſum, holo- l m

cauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, &

e *Plenus ſum.* Q. Putatis me indigere his vel delectari. Ego autem plenus ſum. i. nullo indigeo. Mea. n. eſt terra & plenitudo eius. Vel: plenus ſum, i. tædio affectus, q̃a nõ bene offertis.

Pſal. 23. a.

f *Holo. arie. &c.* vſq; Iudicate pupillo &c. Sacrificia Iudęorũ reſpuit, obedientiam Euangelij commẽdat. Holocauſta arietum &c. Vltimam templi deſtructionẽ indicat, q̃ in perpetuum perſeuerat. Poſt Babylonicam enim captiuitatem à Zorobabel templum ædificatum eſt. Et in eo diu ſacrificatum eſt. *Alle.* Holocauſta arietum. Poteſt & de illis accipi, qui cũ Dei præcepta deſpiciant, volunt illũ multitudine ſacrificiorũ placare, & peccandi licentiã emere. Vel qui rapinã, & auaritiã altari offerunt, & pauperibus tribuunt.

Pſal. 49. g.

& a *Nolui*

## B NICOL. DE LYRA.

§ *ſolabitur ſicut in verſione extraneorum, quia illa terra fuit ſimpliciter verſa ad extraneos, qui non erant de Gente Iſrael.*

a Et derelinque. *Hic propheta conſimilem pœnam quantum ad aliquid comminatur regno duarum tribuum, dicens: Et derelinquetur filia Sion, ideſt Ieruſalem metropolis in regno Iudæ derelinquetur à ſuis habitatoribus transferendis in Babylonem per Nabuchodonoſor regem, & per conſequens aliæ ciuitates eiuſdem regni.*

b Vt vmbraculum in uinea. *derelinquitur à cuſtode ipſius vindemia collecta: quia non habitat ibi vltra.*

c Et ſicut tugurium in cu. *Cucumeribus collectis derelinquitur à cuſtode. Eſt autem cucumerarium locus, vbi creſcunt cucumeres.*

d Sicut ciuitas quæ vaſtatur. *Ciuibus inde captiuitatis. Sed quia iſta captiuitas reducta fuit in terram Iudæ per Cyrum regem, qui dedit populo Iudæ licentiam redeundi in terram ſuam. Ideo ſubditur,*

e Niſi dominus exer. *ideſt angelorum.*

f Reliquiſſet nobis ſe. *ideſt aliquos de regno Iudæ redeuntes ſub Zorobabel duce & Ieſu ſacerdote, qui readificauerunt templum, & poſtea ciuitatem tempore Neemiæ.*

g Quaſi Sodoma fuiſſe. *ideſt deſtructi irreparabiliter, ſicut Sodoma & Gomorra, & aliæ tres ciuitates fuerunt ſubuerſæ abſque reparatione, Gen. 19.*

h Audite verbum domini principes Sodo. *Hic conſequenter ponitur medela contra prædicta mala. Et primò falſum remedium excluditur, ſecundò verum conſulitur, ibi. Lauamini. Circa primum ſciendum quod habitatores regni Iudæ, qui pro maiore parte erant ita mali, vt prædictum eſt: Tamen credebant malitiam ſuam expiari ſacrificijs & alijs huiuſmodi quæ fiebant in templo quod erat in Ieruſalem. Et hoc eſt falſum ſicut dicitur Prou. 15. b. Victimæ impiorum abominabiles domino. Et hoc eſt quod hic dicit propheta ſatis diffusè. Et primò excludit ſacrificia, ſecundò feſta ſolennia, ibi: Neomeniam. tertiò orationum ſuffragia, ibi: Et cum extenderitis. Circa primum excitat maiores populi ad intelligendum, dicens: Audite verbum domini principes Sodomorum, i. ſimiles illis, quia publicè, & inuerecundè faciebant mala ſupradicta, ſicut Sodomitæ, vt habetur Gen. 9. Et ideo dicitur infra 3. b. Peccatum ſuum ſicut Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Conſequenter excitat minores, dicens:*

Diuiſio.

i Percipite auribus &c. *Et vtitur hoc modo loquendi: quia ſicut populus erat ſubiectus principibus, ita ciuitas Gomorra erat ſubiecta Sodomæ, quæ erat metropolis in quinque ciuitatibus ſubuerſis. Vlterius proponit intentum, dicens:*

K Quo.

K Quo mihi multitudi. &c. *ideſt in quo placent mihi. q.d. nullo modo. ideo ſubditur,*

D

l Plenus ſum. *i. talibus non indigeo, ſed magis abhorreo, ſicut homo plenus cibo abominatur ipſum. Ideo ſubditur,*

m Holoca. *De iſtis enim ſpeciebus animalium fiebant ſacrificia maiora. Et per reprobationem iſtorum intelligitur etiam reprobatio minorũ, quæ fiebat de turturibus, & columbis. Dicebantur autem holocauſta, quia totaliter incendebantur ad honorem diuinum. De ſacrificijs autem pro peccato vna pars cedebat in vſum ſacerdotum. Et ſimiliter de ſacrificijs pacificorum vna pars erat in vſum ſacerdotum, & alia in vſum offerẽtiũ, ſed in omnibus ſacrificijs eſus adipis, & ſanguinis erat totaliter prohibitus, quia adeps cremabatur in altari holocauſtorum, & ſanguis effundebatur ad crepidinem illius altaris, vt habetur in Leu.*

Sacrificiorum reprobatio.

§ a Cum

### MORALITER.

✱ a *Et derelinquetur fi. Sion*, ideſt eccleſia.

b *Vt vmbra. in vi.* quæ derelinquuntur à cuſtodibus fructibus collectis, ſic rectores eccleſiarum collectis pecunijs parum aut nihil curant de animabus.

e *Niſi dominus ex.* ideſt aliquos bonos in quolibet eccleſiæ ſtatu quorum meritis alij ſupportantur.

g *Quaſi Sodo.* ideſt totaliter deſtructi.

h *Audite.* Deſcripta cleri malitia, hic ſubditur medela, primò tamẽ excluditur falſa, quæ conſiſtit in diuinis obſequijs peruersè factis, cum dicitur: Audite verbum domini pri. Ezec. 16. f. dicitur: Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſaturitas panis & ocium, & manum pauperi non porrigebant. Hæc autem vitia in clero regnant. ſ. gaſtrimargia per exceſſus, & delicata conuiuia, quod per ſaturitatem panis intelligitur, eò quod in ſacra ſcriptura nomine panis intelligitur omnis cibus, & acidia per ocium ſignificata, & crudelitas erga pauperes, quorum ſunt eccleſiæ bona, præter conuenientem uictum, & ueſtitum eccleſiæ miniſtrorum.

k *Quo mihi mul. victima.* ideſt ſacrificia ueſtra inquantum ſunt ex vobis mihi non accepta.

m *Holocauſta arietum &c.* Per omnia legis ſacrificia figuratum fuit Euchariſtiæ ſacramentum, ſicut vnum perfectum per multa imperfecta: quod licèt ſit optimum, tamen non proficit, ſed nocet offerentibus, & ſumentibus indignè.

✱ a *No.*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Nolui.* Præterito vtens, oſtendit ſe nunquam Iudæorum ſacrificia amaſſe, ſed propter ſignificatum ad tempus ſuſtinuiſſe: & vero ſacrificio impleto, pro nihilo reputaſſe. E

b *Cum ve.* Hęc ſacrificia non quæſiuit Deus quaſi indigeret, ſed ne dæmonibus immolarent, & vt per carnalia & typica ad ſpirituale, & verum ſacrificium facilius peruenirent.

c *Quis quæſi.* Audiant hoc Ebionitæ, qui poſt Chriſti paſſionem putant legem eſſe ſeruandam. Audiant hoc eorum ſocij, qui Iſraelitico tantum generi cuſtodiendam decernunt. (*Contra Ebionitas.* †veneritis)

d *Neome. &c.* Feſtum nouæ lunæ, quod celebrabant in principio menſium. Neos nouum, mene luna. vnde: Bucinate domino in Neomenia tuba. (*Pſal. 80. a* †Ier. 6. c)

e *Iniqui ſunt cœ. ve. &c.* Quia ſpirituales hoſtias non offerunt. vnde: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. (*Pſal. 50. d* †Amos. 5. f)

f *Odiuit ani. mea.* Antropoſpatos: Nõ quòd animam habeat, ſed noſtro loquitur more, quaſi omnino odiui.

g *Laboraui. &c.* Symmachus. Defeci miſerans: Q. Non potui vltra miſereri, quia poſt ſeruos filium occidiſtis, ſicut illud Hoſee: Perditio tua Iſrael: tantum in me eſt auxilium tuum. quod eſt: Peręas Iſrael, qui non tuo merito: ſed meo tantum ſaluaris auxilio. (*Hoſ. 13. c*)

h *Manus enim &c.* Prophetarum tandem dñi eorum. vnde: Implete menſuram patrum veſtrorum. Illi interfecerunt prophetas, vos iugulate filiũ patrisfamilias. Vtendum eſt hoc teſtimonio contra eos qui cum quotidianis operibus ſanguineas manus habeant, in oratione dies, noctesque inuigilant. (†Ier. 6. c *Matt. 23. d*)

i *Lauamini. &c.* Q. Hoc odiui: placet veritas Euangelij. Lauamini ſanguine Chriſti, aqua baptiſmi. Mũdi eſtote, manentes in innocentia vitæ. Baptiſmus. n. ſolummodo poteſt eſſe in remiſſionem peccati. vnde: Niſi quis renatus &c. Et alibi: Ite, docete omnes Gen. bap. e. in no. pa. &c. Ordo pręcipuus. Non ſufficit, lauamini, niſi adiungatur, mundi eſtote: vt poſt lauacrum aquæ, cordis habeant puritatem. Beati n. mundo corde, quoniam ipſi Deum vi. Habita autem cordis puritate, de mentibus ſuis debẽt malum auferre, non ſolum in conſpectu hominum, ſed etiam in cõſpectu Dei, cui nihil poteſt celari. Quod autem adiungitur. F (†*inf. 59. a* *Ioh. 3. a* *Matt. 28. d* *Matt. 5. a* †37. diſt. c. de ieiunio)

K *Quieſcite age. per.* illud Euangelij ſonat: Ecce ſanus factus es, iã amplius noli peccare. Recedens ergo à vitijs diſcat bonum, quęrat iudicium, oppreſſo ſubueniat, pupillũ viduamq; defendat. Si autem hęc fecerit, peccata quę prius in modũ coccini ſanguinea fuerant, dimittentur, & opera ſanguinis in veſtes dñi mutabuntur, quæ de agni vellere confecta ſunt: quem ſequuntur in Apocalypſi qui ſplendent candore virginitatis. (*Ioan. 5. c* *Apoc. 14. a*)

l *Diſcite bene.* Non conſiſi naturæ, virtus eſt diſcenda, & imitanda. vnde Ieſus filius Sirach: Deſideraſti ſapientiam, ſerua mandata, & dñs tribuet tibi eam. Et Iſaias: Omnis, qui non didicerit iuſtitiã ſuper terram, veritatem non faciet. Diſcenda eſt ergo iuſtitia, & magiſtrorũ terenda ſunt limina. (*Eccl. 1. d* *Iſa. 26. b. ſecundum Lxx.*)

m *Quærite &c.* Victimis Iudæorum Euangelica ſuccedunt mandata. Pupillis, & viduis prouidetur, vt ſecuri de coniugibus, & liberis martyres ad bella procedant.

a *Vt*

a b agnorum & hircorum nolui. Cum a
† veniretis ante conſpectum meũ,
¶Quia lex ſpiritualis eſt.
c quis quæſiuit de manibus veſtris b
¶Sic.
hæc, vt ambularetis in atrijs meis? c
¶Ergo. a ¶Inutile.
† Ne offeratis vltrà ſacrificium fru- d
a ¶Quia. ¶Veſtrum. b ¶Quia non pura intentione.
ſtra. Incenſum abominatio eſt mi- e
d hi. †Neomeniam & ſabbathũ & fe f g h
a ¶Encœnia, iubileum. b ¶Non ſuſtinebo amplius quia iniqui ſunt cœtus veſtri.
e ſtiuitates alias non feram. Iniqui i k
a ¶Neomenias. b ¶Non meas.
ſunt cœtus veſtri. Calendas ve- l
a ¶Non meas. b ¶Qui male viuimini.
f ſtras, & ſolennitates veſtras odi- m n
¶Supradictas.
uit anima mea. Facta ſunt mihi
a ¶Laborare me feciſtis. b ¶Expectans veſtram conuerſionem.
g moleſta. † Laboraui ſuſtinens: Et o
a ¶Quod faciebant quaſi imitantes Moyſen, qui orabat contra Amalech eleuatis manibus.
cum extenderitis manus veſtras, p
a ¶Reſpectum miſericordiæ. b ¶Iniquis.
c ¶Etiam vel ideo.
auertã oculos meos à vobis: et cum
multiplicaueritis orationem, non
¶Quare? quia. ¶Opera.
h exaudiam. † Manus enim veſtræ q
a ¶Peccato. vnde: Libera me de ſan. Deus Deus ſal. meæ. A de peccato. b ¶Lachrymis pœnitentiæ. ¶Facite dignos fructus pœnitentiæ.
i plenæ ſanguine ſunt. † Lauamini, r s
a ¶Ne recidatis. ¶Innocentia vitæ.
b ¶Hoc modo lauamini. c ¶Opus. d ¶Iniquarum. ¶Si cogitationes, ſaltem ne perficiatis.
mundi eſtote, auferte malum † cogi t u
a ¶Non meorum. b ¶Quia abominatio eſt mihi.
tationũ veſtrarum ab oculis meis. x
a ¶Vos baptizati. b ¶Declina a malo.
¶Fac bonum.
k l Quieſcite agere peruersè, diſcite y z
a ¶Hoc modo. b ¶A ſapientibus, quorum eſt iudicare. vnde Salomon ſapientiam poſtulauit ad iudicandum populum.
m bene facere. † Quærite iudiciũ ſub- a b
a ¶Violenter. b ¶Id eſt iudicio ſubueni ei ſi eius cauſa bona eſt: quia dicitur. Ne parcas pauperi in iudicio. c ¶Id eſt pauperi.
uenite oppreſſo, iudicate pupil- c

d Ne offeratis &c. *q. d. talis oblatio vobis non valet, ſed magis nocet: eò quòd polluti peccatis ad loca ſancta acceditis.* G

e Incenſum. *id eſt oblatio thymiamatis in altari incenſi intra templum: quæ oblatio erat ſacrificiorum oblatorum ſub diuo conſummatio, ſecundũ quod dicitur Heb. 9. In priori quidem tabernaculo ſemper introibãt ſacerdotes, ſacrificiorũ officia conſummãtes.*

f Neomeniam. &c. *Hic excludit ſolennitates, dicens: Neomeniam, i. feſtum quod fiebat in nouilunio apud Iudæos propter beneficium diuinæ gubernationis, eò quòd in nouilunio frequenter apparet mutatio temporis. Et dicitur à neos quod eſt nouum, & mene defectus, eò quòd tunc renouatur lumen lunæ, quod fecerat.* (Neomenia)

g Et ſabbatum. &c. *Quod eſt feſtum apud Iudæos in memoriam beneficij creationis, vt habetur Gen. 2.*

h Et fe. alias. &c. *ſ. Paſchæ, pentecoſtes, tubarum, expiationis & tabernaculorum, de quibus dictum fuit plenius Leu. 23.*

i Non feram. &c. *Loquitur ſcriptura de Deo ad modum hominis aggrauati onere. Et per hæc omnia, & ſimilia oſtẽditur quòd talia non erant Deo placita, ſed magis diſplicentia.*

K Iniqui ſunt cœtus veſtri. &c. *In octaua enim die feſti tabernaculorum fiebat feſtum cœtus ſiue collectę.*

l Calendas veſtras. &c. *id eſt principia menſium: per quod ſignatur idem quod ſupra ſignatum eſt per Neomeniam.*

m Et ſo. veſtras. *omnes generaliter.*

n Odi. ani. mea. *Et patet ex dictis ſentẽtia.*

o Et cum exten. *Hic excludit orationum ſuffragia, dicens: Et cum extenderitis &c. ad me deprecandum.*

p Auertam ocu. me. à vobis. *Sicut homo auertit faciem ſuam ab eo quem non vult exaudire. Ideo ſubditur: Et cum multipli. ora. non exaudiam. Et ſubdit omnium prædictorum rationem.*

q Ma. enim. *id eſt opera veſtra, quæ per manus deſignantur, eò quod manus eſt organum organorum, 3. de anima.* (†De pœ. di. 3. c. Lauamini.)

r Plenæ ſan. *i. peccatis enormibus. Erãt enim homicidæ & idololatræ, & pauperum oppreſſores. Prędicta enim ſacrificia, & huiuſmodi non habebant efficaciam ex opere operato, ſicut ſacrificium nouæ legis, ſed tantum ex fide, & deuotione offerentium. Fides autem erat in eis amota per idololatriam, & deuotio per malitiam obſtinatam.* H (†opera veſtra tua)

s Lauami. *Hic conſequenter vera medela conſulitur. ſ. per verã pœnitentiã, & boni operationẽ. Et hoc eſt quod dr̃: Lauamini. à peccatorum maculis lachrymis contritionis.*

t Mundi eſto. *i. à recidiuo cauete.*

u Au. ma. &c. *quia non ſufficit munditia exterior ſine interiori.*

x Ab oculis meis. *Homo enim videt ea quę patent, ſed Deus intuetur cor. 1. Reg. 16. b.*

y Quieſcite &c. *à malo declinando.*

z Diſcite be. *in bonis operibus vos exercendo. Iſtę enim ſunt duę partes iuſtitię. ſ. declinare à malo, & facere bonum.*

a Quærite iudi. &c. *id eſt exequutionem debitę iuſtitię.*

b Subuenite. op. *eum releuando.*

c Iudicate pupil. *id eſt pro pupillo in cauſa ſua iuſta.*

a Defendite

## MORALITER.

f *Neo.* per iſtas ſolennitates veteris legis ſignificata fuerunt noui teſtamenti feſta, quorum tamen obſeruatio per vacationem à terrenis operibus non valet, niſi fiat ceſſatio à peccatis, quæ tamen frequenter magis fiunt, tunc quàm in diebus alijs.

o *Et cum.* in oratione.

p *Auertam ocu.* quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.

p *Lauam.* Excluſa falſa medela hic conſequenter ponitur veſtra, cũ dicitur: Lauam. per veram pœnitentiam.

t *Mundi eſto.* ideſt à recidiuo cauete.

u *Auſe. ma.* Nam exterior munditia ſine interiori non eſt Deo accepta.

y *Quieſcite.* quia declinare à malo & facere bonum, ſunt duæ partes iuſtitiæ.

a *Quærite indi.* Iuſtitiam exequendo.

b *Sub. op.* ſ. peccatis ipſum dirigendo, vel in iniurijs ipſũ adiuuãdo.

c *Iudicate pupil.* ipſum in iure ſuo fouendo.

a De-

## NICOLAVS DE LYRA.

a Cum veniretis ante conſpectum meum. &c. *id eſt ad talia offerendum ſacerdotibus in introitu atrij ſacerdotum, quod dicebatur eſſe in conſpectu domini, eò quod erat ante templum, vbi dabantur diuina reſponſa.*

b Quis quæſiuit hæc de manibus ve. *q. d. ego non quæſiui.*

c Vt ambu. in atriis meis. *Hoc dicitur, quia præter atrium ſacerdotum in quo offerebantur ſacrificia, erant duo alia. Vnum, in quo orabant mundi, & aliud, in quo orabant immundi.*

d Ne



a *Vt coccinum.* Idem eſt coccus & coccinum, & vermiculus, grande. ſ. peccatum, vt homicidium, & adulteriũ &c. Quod autem per niuem, hoc per lanam ſignificatur, purgatio. ſ. & ablutio peccatorum. A

b *Quaſi nix.* Quia frigidi erunt contra incentiua vitiorum. Et velut lana, quia veſtiti contra frigus perfidiæ.

c *Lana alba. &c.* De qua fiat veſtis Chriſti. vñ: Quotquot baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis. Et alibi. Viuit dominus, quia his ſicut veſtimento indueris. (*Gal. 3. d* *Inf. 49. e* †diſceptemus.)

d *Si vo. & au. &c.* Liberum arbitrium reſeruatur, vt non ex præiudicio Dei, ſed ex ſingulorum meritis præmia, vel pœnas ſequi probetur.

e *Terra.* Cum cætera elementa ſint in motu, terra immobilis ſtat. Ideo per eam ſignificatur ſoliditas æternæ beatitudinis.

f *Gladius.* Babyloniorum, vel Romanorum, vel Dei: peſtilentia. ſ. mortalitas, fames, pœna æterna: quidquid enim affligit, gladius ſolet dici.

g *Quo. facta eſt.* Hæc ad tẽpora prophetæ: ſed ſpecialiter ad incarnationem Chriſti referuntur, quando penitus receſſerunt à Deo, Barrabam eligendo, filium Dei occidendo. vnde admirans ait: Quomodo facta &c. (*Matt. 27. b*)

h *Ciuitas fi.* Lxx. addiderunt Sion propter manifeſtiorẽ ſenſum. Sion mons eſt, in quo Ieruſalem condita eſt. Sed poſtquã à Dauid capta eſt ciuitas, appellata eſt ciuitas Dauid, in qua ſancti viri fuerunt dum habuit tabernaculum dñi. Et poſtea templum, quã Nathã, & alij prophetauerunt: & ſuper choros, Aſaph, & Idithum, Ethan, Eman, & filij Chore conſtituti ſunt: vt paulatim à ſacrificijs victimarum ad laudem Dei trãſiret religio. Moraliter. Anima fidelis, & plena iudicij dum Deo obedit, Deus in ea habitat: qui eſt iuſtificans iuſtitia. Si aũt à Deo recedit non loco, ſed merito, habitatur a malignis ſpiritibus, qui ſunt homicidæ aĩarum. B (*Sion ciuitas Dauid.* *Moraliter.*)

i *Iuſti.* Iuſtitia, in Hebræo צדק ſedek, quod magis iuſtum ſignificat: vt intelligamus dominum commoratum in ea: de quo: Iuſtus autem quid fecit? quod in Ezechiele per Oolibam ſignificatur, quod interpretatur tabernaculum, vel tabernaculum meum in ea. (†32. diſt. c. eijciens ius. *Pſal. 10. a* *Ezech. 23. a*)

K *Argen. &c.* Clari. ſ. & lucidi ad vitia ſunt reuerſi. Argentũ tuũ. &c. vnde: Eloquia domini, eloquia caſta, argentũ &c. (*Pſal. 11. b*)

l *In ſco.* Scoria, Hebraicè ſiggim סגים: quod eſt rubigo metallorũ: vel purgamenta, & ſordes, quæ igne excoquuntur.

m *Vinum tuum. &c.* Alij. Caupones tui miſcent vinum aqua. Symmachus Vinum tuum mixtum eſt aqua. Moraliter. Vinũ tuum mixtũ eſt aqua: qui præcepta ſanctæ ſcripturæ, quibus corrigere debet auditores, ad illorũ voluntatẽ emollit ſenſu ſuo admixto vinum corrumpit. Moraliter. Vinum tuũ &c. Hæretici quoq; Euangeliũ corrũpunt, peſſimi caupones de vino aquam facientes, cum aquã in vinum verterit dñs, quod miratur Architriclinus. Et regina Saba in conuiuio Salomonis collaudans pincernas, & miniſtros vini. (*Moraliter.* *Moraliter.* *Ioh. 2. b* *3. Reg. 9. a*)

n *Socij fu.* Accipientes a ſcribis, & Phariſæis munera, quę pauperibus auferebant. In paſſione quoq; dñi infideles fuerũt, nolentes credere in Chriſtum, & ſocij furum ſcribarum, & Phariſæorũ, & Iudæ proditoris. Hieronymus. Moraliter. Socij furum. &c. Nos quoq; debemus cauere ne ab illis accipiamus munera, qui de lachrymis pauperum congregant diuitias, ne ſimus ſocij furum, & ne dicatur de nobis: Si videbas furem currebas cum eò, & cum &c. (*Moraliter.* *Pſal. 49. e*)

a Sequuntur

a ¶A violentia. b ¶In iudicio. c ¶Cum hæc bona feceritis. d ¶Contra me in iudicium.
lo defendite viduã: et venite, * & a b
a ¶Quaſi ingratum. ¶Si non remunerabo.
b ¶Qui non mentitur. c ¶Quaſi hæc feceritis.
† arguite me dicit domin⁹. Si fue- c
a rint pecccata veſtra, vt coccinũ,
a ¶Vnde: Aſperges me domine hyſſopo. Et alibi: Veſtimenta eius alba ſicut nix.
b quaſi nix dealbabũtur: & ſi fuerint rubra ſicut vermiculus, velut
a ¶Per liberum arbitrium. ¶Quaſi, in veſtra voluntate eſt.
c d lana alba erunt. Si volueritis & d
a ¶Obedieritis. b ¶Viuentium, vel præſentis, vt ſaltem Iudæi præſentibus inuitati obediant.
e audieritis me, bona terræ come- e
detis. Quòd ſi nolueritis, & me f
¶Vindictam. ¶Sic.
f ad iracundiã prouocaueritis, gla- g
a ¶Q. de veritate ne dubitetis. b ¶Verbum patris: vel propheta per quem Deus loquitur ſua ſecreta, cuius ſententia permanentibus peccatis non mutatur.
dius deuorabit vos: quia os do- h
a ¶Admiratiue.
g mini loquutum eſt. Quomodo i
a ¶Non tam opere, quam mente recedendo a Deo.
¶Olim.
h facta eſt meretrix ciuitas fidelis k
¶Veri.
i plena iudicij? Iuſtitia habitauit l m
a ¶Tanquam in domo ſua. b ¶Quia prophetas & dominum prophetarum occiderunt.
in ea, nunc autem homicidæ. n
a ¶Vere ibi iuſtitia, ibi homicidæ: quia argentum &c. ¶Eloquia diuinæ ſcripturæ in ſordes prauæ doctrinæ ſcribarum & Phariſæorum.
k Argentum tuum verſum eſt in o p
a ¶Auſteritatis legis cum malitiæ phariſaicæ traditionis, vel hæreticæ peruerſionis.
l m ſcoriam: vinum tuum mixtũ eſt q r
a ¶Scribæ & Phariſæi. ¶Sacerdotes qui debeant iudicare populum. b ¶In Chriſtum non credentes inobedientes.
n aqua. † Principes cui infideles ſo- s t
a ¶Scribarum & Phariſæorum. b ¶Quia.
c ¶Non enim dicit: accipiunt munera, ſed diligũt: peccatum enim eſt in voluntate, non in re.
cij furũ. Omnes diligunt mũera, u

*ideo per hoc intelligitur quòd peccata, quantuncunque ſint grauia ex genere, & habituata ex conſuetudine, diuina gratia purgabuntur. Secundò, ſubditur de reuelatione, à corporalibus miſerijs, cum dicitur,* C

d Si volueritis & au. me. *præceptis meis obediendo.*

e Bona terræ co. *per hoc etiam intelliguntur alia bona ſpiritualia, quæ in talibus promiſſis ſunt principaliter intellecta: quia præmium non debet eſſe minus bonum, quàm meritum, ſed maius: bona autem temporalia ſunt minora bona, quam opera virtutum.* (*nunc, vel, obſecro)

f Quod ſi nol. *præcepta mea tranſgrediẽdo.*

g Gladius. *aduerſariorum veſtrorum.*

h Deuorabit. *mortem temporalem inferendo, & ad mortem gehennæ deducẽdo, quæ ſub morte temporali intelligitur. Gentes autem rudes quales erant in veteri teſtamento, potiſſimè non attendunt, niſi bona, & mala ſenſibilia: & ideo in diuinis promiſſionibus, & comminationibus prophetæ mala & bona ſenſibilia exprimebant ſub illis intelligendo ſpiritualia, & æterna.*

i Quo. facta eſt. *Hic conſequenter oſtenditur populus iuſtè puniendus pro peccatis in proximum. Et primò deſcribitur culpa, ſecundò pęna, ibi: Propter hoc ait dominus. Circa primum, primò deſcribitur hominum vulgarium culpa, cum dicitur: Quomodo facta eſt, id eſt plena meretricio per peccatum adulterij, ſecundum quod dicit Ier. 5. c. Equi amatores in fœminas & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat. Et hoc eſt valde graue peccatum contra proximũ, quia fit ſibi iniuria in re ſibi chariſſima. ſ. in vxore, quæ eſt vna caro cum ipſo, Gen. 2. d. Et in prole quæ ſubſtituitur falſa.* (Peccatum adulterij grauiſſimum)

K Ciuitas fide. *id eſt prius conſeruans fidelitatem matrimonij.*

l Plena iudi. *tempore Dauid & Salomonis. ideo ſubditur,*

m Iuſti. ha. in ea. *nunc autem homicidæ, vt expoſitum eſt ſupra. Conſequenter deſcribitur culpa doctorum & ſacerdotum, cum dicitur,*

o Argentum. *i. lingua doctorum & ſacerdotum, ſecundum illud Prou. 10. c. Argentum electum lingua iuſti.* D

p Verſum eſt in. *i. à veritate in falſitatẽ per malam legis expoſitionem.*

q Vinum tu. *i. correctio populorum per doctores, & ſacerdotes, ſecundum quod dicitur Luc. 10. in parabola ſauciti. Infundens oleũ, & vinum, vbi per vinum intelligitur correctio, eò quod eſt mortificatiuum.*

r Mixtum eſt. *i. relaxatum à correctione debita, quia doctores culpabiles nõ habent frontem corrigendi peccatores. Conſequenter deſcribitur culpa principum, cum dicitur,*

s Principes tui. *in regimine populi.*

t Socij fu. *ſuſtentantes eos, eò quod communicant furtis eorum.*

u Omnes di. &c. *per auaritiam.*

a Sequuntur

## MORALITER.

a *Defendite vi.* ab iniuriante ipſam.

b *Et venite & ar.* ſi vobis non bene faciam.

c *Si fuerint.* per ruborem coccini & vermiculi, ſignificatur ſanguinis effuſio. Eſt igitur ſenſus: ſi peccata veſtra ſic horrida fuerint, ſicut effuſio ſanguinis innocentis, tamen expiabuntur.

d *Si vol. & au. me.* ſ. terræ viuentium per fruitionem beatam.

f *Quod ſi nol.* Sequitur,

g *Gladius deuo.* ſ. ſententiæ meæ, Ite maledicti in ignem æter. &c. Matt. 25. d.

i *Quomodo.* Hic poſt peccata clericorum arguuntur peccata laicorum, cum dicitur: Quomo. fa. ideſt inuerecundè peccans.

K *Ciuitas fi.* ideſt communitas populi credentis. De cuius fidelitate priſtina dicitur Act. 4. f. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.

m *Iuſtitia ha.* ſ. legalis quæ continet omnem virtutem.

n *Nunc au.* quia Chriſtiani quærunt ſe mutuo iugulare.

o *Argen. tu.* ideſt veritatis eloquium, Prou. 10. c. Argentum electũ lingua iuſti.

o *Verſum eſt.* ideſt falſitatem.

q *Vinum tu.* debitæ correctionis.

r *Mixtum eſt.* indebitæ remiſſionis.

s *Principes tui.* data ſibi poteſtate abutentes.

t *Socij fu.* ſuſtinentes vſurarios, & alios malos propter temporale lucrum.

u *Omnes diligunt.* iuſtitiæ peruerſiua.

a Sequuntur

## NICOL. DE LYRA.

a Defendite viduam. *contra eam calumniantem. Iſtas autem perſonas exprimit, quia frequenter iniuſtè patiuntur calumniam, eò quod non poſſunt ſe defendere: & ideo indigent iudicum, & potentum ſuſtentatione.*

b Et venite. *i. ſi ita feceritis, tunc poteritis conqueri, niſi à Deo releuemini: propter quod ſubditur de releuatione à peccatis, cum dicitur,*

c Si fue. pec. *Iſti duo colores hic poſiti ſunt valde tenaces, & maſiui. & ideo*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Sequuntur retributiones*. Quia amicos non putant niſi qui donant, quorum non os, ſed manus conſiderant. Et tãtum quorum marſupia exhauriunt ſanctos iudicant. Illis donãt à quibus ſperant, illis fauent, illos extollunt, vel laudant eorum cauſam. Symmachus. Viciſſitudines. vel vltiones, vt ille quoq; in culpa ſit, qui malum pro malo exigit, dentem pro dente, oculũ pro oculo, non audiens illud: Si reddidi retribuentibus mihi mala. Vel illud: Percutienti ſe dabit maxillam &c. Euangelico enim viro dicitur: Qui te percuſſerit in dexteram, præbe ei & aliam maxillam. ideſt patienter tolera.

Pſal. 7. b. Thren. 3. d. Matt. 5. f.

b *Fortis Iſrael*. LXX. Væ fortes Iſrael. Quaſi: potentes potenter tormẽta patiẽtur. Cui plus datur, plus exigitur ab eo. Quod contra principes eccleſiæ dicere poſſumus, qui dignitatem deſtruunt operibus, vel moribus.

Sap. 6. b.

c *Heu ego*. Affectu pij patris eos (licèt inimicos) plangit & percutit, quia percũt & pœnitere nolunt.

d *Conſolabor. &c.* Vltione conſolatur quippe ſuper hoſtibus ſuis, dum qui in proſperitate beneficia Dei cognoſcere dedignãtur, ſupplicijs, & afflictionibus corriguntur.

e *Excoquam*. Quia ſupra nominauerat argentum, ſeruat metaphoram. Excoquam. &c. Igne tribulationis ſordes, & vitia purgando, vt ſeparato ſtanno, purum remaneat argentum, quod abſque igne fieri non poteſt. vnde: Quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonũ. Et alibi: Frumentum congregabit in horrea, paleas autem comburet igni inextinguibili. In quo ſignificat eos tormenta paſſuros.

Mala. 3. a. Matt. 3. c. † in principio.

f *Stannum tuum*. Falſam doctrinam Scribarum, & Phariſæorum, quę eſt ſimilis veræ, ſicut ſtannum argento. Et dabo puram & perfectam legis & Euangelij ſcientiam.

F

g *Et reſt. tuam iudices. &c.* Non ſolum poſt captiuitatem, vt Zorobabel, Eſdram, & alios, qui vſque ad Hircanum præfuerunt populo: ſed & poſt aduentum domini apoſtolos & alios eccleſię doctores.

† captiuitatem in iuſtitia.

h *Ciuitas iuſti vrbs fi. Sion. &c.* Eccleſia in qua conuocantur ad iuſtè viuendum. Eſt enim ciuitas congregatio hominũ ad iuſtè viuendum.

i *Velut quercus deſfluentibus. &c.* Sicut à quercu ariditate concuſſa defluunt folia, & ſicut hortus non valet proferre fructus herbarum niſi irrigetur aqua. Ita vos niſi habueritis folia verborum Dei, quæ non marceſcunt, & aquã ſpiritualis intelligentiæ, non poteſtis bona operari: ſed omnes labores veſtri ariditate deficient. Vſq; hodie Iudæi legẽtes ſcripturas ſanctas terebinthus ſunt, vel quercus ſecundum Symmachum, vel ficus ſecundum Euangeliũ, In qua dominus poma quæſiuit, & nõ inuenit, & æterna ariditate damnauit. Ipſaq; folia & pompam verborum iam amiſerunt, hortus quoq; irriguus, ſcilicet ſcientia ſcripturarum, vel paradiſus (alia litera) diuerſarum arborum, quia ſine gratia ſpirituali nec olera afferunt quæ infirmus manducet.

† pudebit vos a rebus quibus delectamini. Matt. 21. b.

a Vt

---

ſequuntur retributiones. † Pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos. Propter hoc ait dominus Deus exercituum fortis Iſrael: Heu ego conſolabor ſuper hoſtibus meis, et vindicabor de inimicis meis. Et conuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, et auferam omne ſtannum tuum, & reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & conſiliarios tuos ſicut † antiquitus. Poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis: Sion in iudicio redimetur, & † reducent eam in iuſtitia. Et conteret † ſceleratos & peccatores ſimul: et qui dereliquerunt dominum, conſumentur. † Confundentur enim ab idolis quibus ſacrificauerunt: Et erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut † hortus abſque aquã: et erit fortitudo veſtra

Interlinear: A quo nihil ſperant. — Acquiſitione. — Quę miſeranda. — Dedignantur audire. — Qui potens & timendus. — Spiritualiter Scribis & Phariſæis: quibus dicitur: Væ vobis Scribæ & Phariſæi. Et alibi: Generatio praua ſignum quærit. — Idest. — Extendam ad puniendum. — Scilicet. — Vindictam, quam patiendo diu quaſi plicatam tenui. — Puniendam. — Purgando igne tribulationis. — Sordes vitiorum. — Tunc. — Moyſen & Aaron, & Gedeon, & Ioſue, & alij. — Quę conſilia Dei, & ſecreta ſibi aperiant. — Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra montem poſita. — Chriſti. — In Chriſtum credentium. — Non omnis, ſed in diſcretione credentium, & non credentium reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. — Sanguine filij. — Ad fidem Chriſti apoſtoli, & alij prædicatores. — Ab infidelitate. — Quæ abducta eſt per infidelitatem. — Sed. — Dominus. — Per Romanos, vel in inferno. — Prauos. — Subiectos. — Qui in Chriſti morte conſenſerunt & credere noluerunt. — Contritis peccatoribus qui dominum dereliquerunt. — Merito. — Permanentes in malitia ſua. — Hic & in futuro. — Salutis bonis. — Idolis & cæteris. — Erubeſcendo. — More prophetico cito mutat perſonam. — Locis voluptuoſis. — Luxuriæ veſtræ. — Cum defecerit vobis aqua ſapientiæ, cum aridi & ſteriles eritis. — Infructuoſi. — Qui debuiſtis eſſe hortus concluſus, fons ſignatus. — Sapientia. — Infructuoſi. — Tunc. — In perſequutione & captiuitate. — Superbia. — In qua confidebatis.

---

exercituum. *Ideſt angelorum*.

e Fortis Iſ. *i. potens ad puniendum malos de Iſrael.*

f Heu. *Pro malo populi mei*.

g Ego con. ſu. ho. meis. *Et ſubditur modus conſolationis*.

h Et vindicabor de inimicis meis. *Et accipitur hic & pro ideſt. Paſſiones enim iraſcibilis terminantur in paſſionibus cõcupiſcibilis. Iratus enim delectatur cum punit iniuriam ſibi illatam. & ſic ira terminatur in delectationem*.

† Iere. 5. Exo. 21. c.

i Et conuertam manum meam. *ideſt poteſtatem meam punientem*.

K Ad te. *Debitè puniendum, ideo ſubditur,*

l Et excoquam ad purũ ſcoriam tuam &c. *Loquitur de Deo ad modum aurifabri, qui per virtutem ignis conſumit quidquid eſt impuritatis in auro, vel argento: & ſic purgatur. Sic in propoſito per ignem tribulationis immiſſæ à Deo Iudæis per regem Babylonis fuit purgatus populus Iudæorum, qua purgatione facta reductus eſt à captiuitate Babylonica. ideo ſubditur,*

m Et re. iudi. tuos &c. *ſ. Zorobabel, & Ieſum filium Ioſedech, Machabæos, & ſimiles*.

n Et con. tuos &c. *ſ. Eſdram & Neemiam: Aggæum, & Zachariam prophetas*.

o Poſt hæc vo. ci. iuſti. *Dei*.

p Vrbs fidelis. *In diuino cultu*.

q Sion in iudicio re. *Per Sion, vbi erat templum ad quod populus tenebatur ter in anno conuenire, intelligitur ipſe populus qui redemptus fuit de Babylone per viam iuſtitiæ, inquantum pro culpa ſuſtinuit pœnam debitam. Et quod per Sion intelligatur populus, oſtenditur per hoc quod ſubditur,*

r Et reducent eam. *Mons enim Sion, qui eſt immobilis, non fuit translatus nec reductus, ſed populus*.

s Et conter. &c. *quia illi qui erant in peccatis ſuis obſtinati fuerunt mortui partim in captione Ieruſalem & terræ in circuitu, & partim in captiuitate Babylonis*.

t Confundentur enim ab idolis. *Videntes per experientiam quod non poterant eos iuuare contra Babylonios*.

H

u Et erubeſcetis ſuper hortis quos ele. *Ad colendum ibi idola in locis amœnis & delicioſis, vbi etiam ſuam luxuriam exercebant in veneratione idolorum, & Priapi maximè. vnde & dicebatur Deus hortorum*.

Priapus

x Cum fueri. velut quercus defluen. *i. morti propinqui: ſicut folia defluunt à quercu, cum incipit mortificari*.

† ſceleſtos

y Velut hortus. *In quo mortificantur ſeminata & plantata*.

z Et erit for. *i. applicata debita pœna*.

a Et

## MORALITER.

a *Sequun. re.* Peruerſè iudicantes.

b *Pupillo non iu.* ſ. pro eo in iure ſuo.

c *Et cauſa viduæ*. Quia non vident ibi lucrum temporale.

d *Pro hoc.* deſcripta malitia, hic ponitur debita pœna, cum ſubditur,

f *Heu ego*. Faciendo vindictam de eis. Loquitur. n. Deus de ipſo ad modum hominis, qui delectatur ſe vindicans de ſuis inimicis.

i *Et con.* Puniendum ſecundum ordinem iuſtitiæ meæ.

l *Et exco.* Hoc maximè fiet tempore Antichriſti, cuius perſequutio fiet ad purgationem populi Chriſtiani.

m *Et re.* Quia tempus pœnitentiæ dabitur electis ab Antichriſto deceptis, ideo ſubdit,

† paradiſus

o *Poſt hæc voc.*

p *Sion in.* eccleſia militans per pœnam debitam expiabitur.

q *Et re.* i. Enoch & Elias p ſuã pdicationẽ. & hoc q̃tum ad electos.

r *Et con.* i. dæmones & pctõres obſtinatos, dicens illud Matt. 25. d. Ite maledicti in ignẽ æternũ, q paratus eſt diabolo, & angelis eius.

t *Con. &c.* Nam idolum auari eſt pecunia, & luxurioſi ribalda.

u *Et erub.* Ad exercendum laſciuiam, et gulam.

x *Cum fueri.* ideſt propinqui gehennæ igni, ſicut quercus deſiccatus combuſtioni.

y *Et velut.* ſcilicet gratiæ.

z *Et erit fortitudo*. Ideſt non potens reſiſtere.

a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

a Sequun. re. &c. *Peruertentes iuſtitiam, ideo ſubditur,*

b Pupil. non iu. &c. *Dando pro eo ſententiam iniuſtam*.

c Cauſa viduæ non ingreditur ad illos. *Quia nõ vident inde lucrum temporale conſurgere*.

d Propter hoc ait dominus Deus exercituum. *Hic conſequenter deſcribitur pœna debita, cum dicitur: Propter hoc ait dominus Deus*

exer-

---



a *vt fauilla. Alleg.* vel Moraliter. Hæc omnia de cõtrarijs dogmatibus poſſunt accipi, quia & magiſtri & diſcipuli pariter ſunt perituri, & opus eorum, cibus ignis.

A Allegoricè.

## NIC. DE LYRA.

a Et opus &c. *quia opus demeritorium generat tribulationis incendium*.

b Et ſuccenditur vtramque ſimul. *in igne gehennæ quantum ad obſtinatos in malis*.

c Et

vt fauillã ſtupæ, & † opus veſtrum quaſi ſcintillã, & ſuccẽdetur vtrũq; ſimul, & non erit qui extinguat.

Interlinear: Symmachus: purgamentum ſtupæ. — Cito conſumetur. — Fortitudo veſtra, vel idololatriæ. — Omnia munimina (alias moliminα). — Scilicet. — Nullius momenti. — Ab hoſtibus vel a domino. — Fortitudo, opus, vel idolum: vel Ieruſalem in qua idolum. — Quod dominus incendit.

c Et non erit qui extin. *quia ille ignis eſt perpetuus. Poteſt etiam hoc referri ad ignẽ quo Nabuzardã incẽdit domũ dñi, & domũ regis, & domos Ieruſalem per circuitum 4. Regum vlt. Et ſic ille ignis nõ fuit extinctus ab homine, ſed ſolum per conſumptionem combuſtibilis materiæ*.

C

† qui facit cum

## MORALITER.

a *Et opus veſtrum.* ſ. malum.

b *Vt ſcintilla &c.* Igne gehennæ.

c *Et non erit qui extin.* eò q eſt durationis æternæ.

---

*In cap. primo Iſaiæ vbi dicitur in poſtilla. Tertium quod in hac præfatione manifeſtatur eſt populus cui Iſaias prophetauit.*

## ADDITIO I.

Quæritur hic quare non fecit mentionem in hac præfatione de regibus Iſrael, vt de Ieroboam filio Ioas, qui fuit contemporaneus Hoſeæ regi Iudæ, ſicut Hoſeas fecit in ſua præfatione. Similiter quare Iſaias non facit hic mentionem de Samaria, nec de Iſrael ſicut Hoſeas fecit, licèt multa Iſaias de his prophetauerit, prout patet infra 7. cap. & 17. & in alijs locis. Ad quod ſolet dici, quod Iſaias prophetauit principaliter contra duas tribus, & ideo earum reges, & ſuam metropolim. ſ. Ieruſalẽ tm̃ in titulo habet: Sed Hoſeas cõtra vtroſq; prophetauit. Sed vlterius circa hoc poſſet dici, quod cũ Iſaias prout dicit Hier. in prologo, de aduentu Chriſti & vocatione Gentium & alijs myſterijs nouæ legis, quaſi hiſtoriam Euãgelicam videtur texere, ideo de Iuda à quo Chriſtus deſcendit ſecundum carnem, & de Iudæa, in qua natus eſt paſſus & ſepultus &c. de quibus principaliter intendit tantummodo facit mentionem alijs dimiſſis, quaſi incidentaliter ab eo introductis.

*In eodem cap. 1. vbi dicitur in poſtilla. Circa primum dicit propheta: Audite cęli: ideſt angeli.*

## ADDITIO II.

Quod in hoc capitulo continetur circa deiectionem populi Iudaici, & cauſam ipſius & eius medelam: Poſtillator exponit de captiuitate Babylonica, & eius cauſa ſimiliter & remedio, vt patet in Poſtil. Quæ quidem expoſitio videtur à plano ſenſu literæ deuiare, nam cauſa præcipua prædictæ captiuitatis fuit peccatum idololatriæ, vt patet 4. Reg. & 2. Paral. tamen in præſenti cap. non exprimitur hoc peccatum vt cauſa, ſed vt defectus diuinæ cognitionis, & alia huiuſmodi. Licèt enim in fine capituli dicatur: Confundentur enim ab idolis quibus ſacrificauerunt: hoc non ponitur vt cauſa, prout ibidem declarabitur. Item quia Iudæi in captiuitate Babylonica fuerunt purgati à peccatis prædictis ſecundum Poſtillatorẽ antequam reducerentur ad terram promiſſionis: quod eſt contra illud quod dicitur: Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem: quod exponitur etiam ſecundum eum de incorrigibilitate eorum, vt patet in Poſtilla. Item quia manifeſtum eſt, q Iudæi redeuntes de captiuitate Babylonica pro maiori parte non fuerunt purgati, ſeu mundati à peccatis: ſed erant implicati abominationibus Chananæorum & Amorrhæorum, vt habetur expreſſè Eſdræ 9. quod non conſonat huic quod in hoc loco dicitur: Et ecce excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannũ tuũ: Quod exponitur in Poſtilla ſic, q ſicut per virtutem ignis conſumit quidquid eſt impuritatis in auro & argento, ſic per ignem tribulationis immiſſæ à Deo Iudæis per reges Babylonis, fuit purgatus populus Iudæorum, quia purgatione facta reductus eſt à captiuitate Babylonica. Hæc in Poſtilla. Ex quibus & alijs quæ patebunt, proſequendo veram expoſitionem videtur præſens capitulum exponendum de Iudæis circa finem templi ſecundi in Iudæa, & Ieruſalem reſidentibus, qui Chriſtum negantes dereliquerunt dominum, & blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, & alienati ſunt retrorſum, prout litera ſonat & hiſtoriæ euangelicæ teſtantur, & etiam experientia certificat. Ad cuius expoſitionis vlteriorem declarationem conſiderãdum eſt, q Iſaias tanquam propheta Euangelicus proſequitur in principio ſuæ prophetiæ, vbi intendit agere de eiectione populi Iudaici, & vocatione Gentium, eundem ordinem quem Chriſtus in Euangelio prænoſticauit. ſ. q abiectio Iudæorum ex eorum demeritis præcedere debebat vocationem Gentiũ. vnde Mat. 21. d. Chriſtus loquens cum doctoribus & principibus ſacerdotum eis propoſuit parabolam de patre familias, qui plantauit vineam, & ſepe circundedit &c. Ex qua parabola & eius expoſitione concludit, ideo dico vobis, q auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur Genti facientι fructus eius. vnde & Iſaias ſequens modum Euangelicum de ſimili parabola vineæ Iudæis improperauit. inf. 5. ca. vt ibidem patebit. Et ideo in hoc loco in quo denunciat vocationem Gentium, vt patet in principio ſequentis ca. pręmiſit expreſſam reprobationem Iudæorum. circa quod decemnouem facit. Primò. n. teſtimonia inuocat cæleſtium & terreſtrium, dicens: Audite cęli, & auribus percipe terra. Cuius ratio ſecundum gloſſam talis eſt. Nam ſicut populo Iſraeli per Moyſen dictum fuit: Audite cęli quæ loquar, & audiat terra verba oris mei, ſic poſt præuaricationem populi eoſdem vocat

B

Primò.

Iſaias

Iſaias in teſtimonium, vt omnia cognoſcant Deum in vltionẽ mandatorum ſuorum ad iracundiam concitatum. vnde aduertenti vtrũque capitulum, ſ. illud Deu. 32. & primũ Iſaiæ, ſatis patet, q ea quæ in illo cap. prænoſticantur per modum propheticæ monitionis, in præſenti ca. denunciantur tanquam procedentia ad exequutionẽ. Conſequenter oſtendit ſecundò breuiter ſuæ atteſtationis materiã, dicens: Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. In quibus verbis epilogat compendioſe multa quæ fuerunt in carmine Moſaico ſupradicto, tãquam præambula ad deiectionem populi illius. Dictum eſt. n. ibi: Nunquid non ipſe eſt pater tuus qui poſſedit, fecit, & creauit te &c. In quo oſtenditur ipſos fuiſſe filios Dei per creationem, ſimiliter & per adoptionem, cum dicit: Pars autem dñi populus eius. Similiter ibi facit mentionem de educatione, nutritione, & exaltatione eorum, cum dixit: Circumduxit eum, & cuſtodiuit &c. Conſtituit eos per excelſam terram &c. ad quæ verba alludit Iſa. dicens: Filios enutriui, & exaltaui. ipſi verò ſpreuerunt me. Conſequentur tertiò, quia ſecundum Paulum Ro. 11. c. Cæcitas ex parte contigit in Iſrael, vt plenitudo Gentium intraret. ideo oſtendit quod prædictum peccatum pertinet ad cæcitatem. & de hoc dicit: Cognouit bos poſſeſſorem ſuum &c. q. d. etiam ſi nõ haberent lumen naturalis rationis, ſed ſolum ſenſualem cognitionẽ, ſicut bruta, adhuc debuiſſent cognoſcere ex inſtinctu naturali benefactorem ſuũ & nutritorem, cum bos & aſinus rationẽ non habentes hoc cognoſcunt: & ſic manifeſtè concluditur prædictum peccatum pertinere ad cęcitatem, non ſolum mentis, ſed etiam ſenſus. Conſequenter quartò, oſtendit ex quibus cauſis deuenerunt ad tantam cæcitatẽ. Et de hoc dicit. Væ Genti peccatrici. vbi tria aſſignat, vt cauſas ſeu occaſiones incurrẽdi prędictum cęcitatis peccatum. ſ. de non cognoſcendo Chriſtum. Prima eſt, quia Gens illa pro maiori parte tantam conſuetudinem habebat peccandi, q tam inerat eis habitus vitioſus, ad peccatum inclinans per modum naturæ. Et de hoc dicit: Væ Genti peccatrici. vnde non dicit: Væ Genti peccanti, ſed peccatrici, vt ſignificet actum conuerſum in habitum. Secũda, quia vt dicit Greg. Peccata grauia ex ſuo pondere in alia trahunt. Et de hoc dicit: Populo graui iniquitate. q. d. peccata huius populi tã grauia fuerunt, q ex magno pondere ad tam magnam cæcitatẽ eos deduxerunt. Tertia, quia licèt populus ille à ſanctis patriarchis deſcenderit, tamen tota ferè multitudo populi deſcendebat ſecũdum carnem ab illis qui frequenter & enormiter in Deum peccauerũt, vt illi qui fecerunt vitulum in Oreb, Exo. 32. Similiter in ſepulchro concupiſcentiæ, & apud aquas contradictionis, & in pluribus alijs, vt patet in libris Moſaicæ legis & Iudicum & Regum. Et de hoc dicit: Semini nequam, filijs ſceleratis. q. d. non immeritò ad tantam cæcitatem deuenit ille populus, quia quaſi à natura ſecundum ſuã generationem ineſt eis peccare in Deum. Conſequenter quintò declarat illud quod prius dixerat: Spreuerunt me. Et de hoc primò dicit: Dereliquerunt dominum, quia dixerunt Ioh. 19. c. Non habemus regem, niſi Cæſarem. Secundò, quia blaſphemauerũt ſanctum Iſrael, quia dixerunt Ioh. 8. f. Samaritanus es, & dæmonium habes. Tertiò, quia cum ipſi à veris prophetis eruditi, ſemper expectabãt Meſſiam de genere Dauid, cum tamen eis adeſſet præſentialiter, dicentes, Matt. 14. g. Nonne hic eſt filius fabri. de quo dicit. Alienati ſunt retrorſum: quia ſpreto vero Chriſto adheſerunt cuidam pſeudo Meſſię, qui dicebatur Bencozba, vt patet in Thalmud. Vel aliter in quodam libro qui dicitur Cabod. Ex qua adhæſione fuerunt ex eis multa milia interfecti, vt ibidem habetur: & ſic alienati ſunt retrorſum. Conſequenter ſextò oſtendit ipſos eſſe incorrigibiles per flagella ſeu tribulationes ſibi à Deo inflictas, ſeu infligendas. de quo dicit: Super quo percutiam vos &c. Ad quod ſciendum, q in temporibus quę ante Chriſti aduentum ſeu paſſionem pręceſſerunt, cum ille populus frequenter peccaſſet, Deus puniebat eum varijs & diuerſis modis, ad finem, vt ad pœnitentiam reuerterentur. vnde Deut. 7. b. Sicut pater corrigit filium ſuum, ſic dominus Deus tuus corrigit te. Pater enim flagellat filium, vt corrigatur: ſed in hoc peccato quod in Chriſto commiſerunt, quod eſt ſummum peccatum, iam Deus non punit illos tanquam filios, vt corrigantur, ſed tanquam hoſtes, vt pœnam pro prędicto peccato ſecundum ordinem ſuę iuſtitię patiantur. Iuxta illud Matt. 21. d. Malos malè perdet, & vineam ſuam locabit alijs agricolis. ideo dicit: Super quo percutiam uos, q. d. qua de cauſa habeo uos percutere, quia iam non eſt cauſa correctionis, cum ex percuſſionibus magis deteriores eſtis effecti. Quia omne caput languidum. & exponatur prout in Poſtilla, uſque ibi: Terra ueſtra deſerta.

Secundò. Tertiò. Quartò. D Quintò. Sextò.

In quo

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

A In quo conſequenter ſeptimò deſtructionem Ieruſalem, & templi & totius regionis Iudæ per Romanos propriè prænoſticat. ideo dicitur. Et deſolabitur, ſicut in vaſtitate hoſtili, ſcilicet irreparabiliter. Iuxta illud Dan.9.g. Et finis eius vaſtitas. Et ſubdit: Et derelinquetur filia Sion, ſcilicet Ieruſalem, vel templum, quæ non ſolum ab hominibus, ſed à Deo fuit derelicta. Iuxta illud Mat.23.d. Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Conſequenter octauò, vt oſtenderet, quod licèt maior pars & principalior apud Iudæos prædicta ſcelera, & pœnas incurriſſent, nihilominus aliquæ reliquiæ paruæ vt ſemina ad ſalutem remanſerunt. ideo ſubditur: Niſi dominus reliquiſſet nobis ſemen &c. Vbi gloſſa. Hic oſtenditur quæ contra Iudam & Ieruſalem dicta ſunt, ad captiuitatem Romanorum eſſe referenda, quando in apoſtolis reliquiæ ſaluæ factæ ſunt, & in vna die crediderunt tria milia, & in toto orbe Euangelium ſeminatum eſt. hæc in gloſſa. Conſequenter nonò, vt oſtendat quod prædictæ reliquiæ ſeminales non erant de maioribus, ſeu principalibus, nec in tanta quantitate vt dicerentur populus. Ideo ſubditur: Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite legem Dei veſtri populus Gomorræ. q.d. Licèt dominus reliquerit ſemen ex vobis, adhuc tamen principes veſtri principes Sodomorum ſunt, & populus communiter populus Gomorræ. Vnde gloſſa. In hoc ſaluatis reliquijs per apoſtolos, ad Scribas & Phariſæos & populum clamantem: Crucifige: ſermo conuertitur, dicẽs: Audite verbum domini principes Sodomorum &c. Sicut enim Sodomitæ publicè peccabant, & ſine verecundia dixerunt ad Loth: Educ viros qui ingreſſi ſunt ad te, vt abutamur eis, Gen.19.b. Sic iſti inuerecundè contra Chriſtum dixerunt principes: Reus eſt mortis. Et populus: Crucifige eum. vnde de ipſis dicitur infra: Iniquitatem ſuam quaſi Sodomam prædicauerunt, vt in tertio capitulo: Hæc in gloſſa. Conſequenter oſtendit decimò, quod non ſolum prædicti principes & populus erant à Deo eiecti, ſed etiam ceremonialia, & obſeruantiæ legales erant euacuanda poſt paſſionem Chriſti. Quod declarat in duobus. Primò, in victimis & holocauſtis & alijs ſacrificijs, & hoc cum dicit: Quo mihi multitudinẽ ſacrificiorum & victimarum veſtrarum &c. Secundò, in obſeruantijs feſtiuitatum veteris legis, ibi: Neomeniam & ſabbatum &c. Circa primum ſciendum, ꝙ licèt in dictis quorundam prophetarum inueniantur aliqua dicta, quæ videntur ſonare, ꝙ ſacrificia veteris legis non erant Deo accepta, vt in Pſal. Non in ſacrificijs tuis arguã te &c. & Ier.7.e. dicitur: Holocauſtomata veſtra addite ſuper ſacrificia, & comedite carnes, non tamen expreſsè leguntur huiuſmodi ſacrificia prohiberi, ſic vt non offerentur, prout in hoc loco. vbi nõ
B ſolum Iſa. dixit: Quò mihi multitudinem ſacrificiorum & victimarum veſtrarum. In quo oſtenditur, quod Deus eis non indigeret, ſed etiam ſuper addit expreſſam prohibitionem, ne vltra talia offerrent. vnde dicit: Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra. In quo oſtenditur manifeſtè, quod tempus iſtud de quo propheta hic loquitur, non erat licitum offerre ſacrificia legalia & huiuſmodi: & ſic oportet quod hoc intelligatur de vltima deſtructione templi per Romanos, quando obſeruatio legalium erat mortifera ſecundum doctores: non autem de deſtructione Chaldaica, quando legalia non erant euacuata. vnde gloſſa in hoc loco vltimam templi deſtructionem indicat. Poſt Babylonicam enim captiuitatem à Zorobabel templum ædificatum eſt, & in eo diu ſacrificatum eſt Deo. hæc in gloſſa. Circa ſecundum dicitur: Neomeniam & ſabbathum & feſtiuitates veſtras non feram &c. vſque ibi: Laboraui ſuſtinens. in quo oſtenditur obſeruantiarum euacuationem circa feſtiuitates, quas nõ ſolum dicit ſore inutiles, ſed & nociuas, vnde de eis dicit. Odiuit anima mea &c. Et ſic patet, quod iſta intelliguntur poſt paſſionem Chriſti & diuulgationem Euangelij, quando huiuſmodi obſeruãtiæ ſunt mortiferæ. Conſequenter vndecimò dicitur: Cum extenderitis manus veſtras &c. Vbi notandum, ꝙ non prohibuit eis orare ſicut fecit in ſacrificijs, dicens: Non offeratis vltra.

Nam orare Deum non pertinet ad ceremonialia veteris Teſtamenti, ſeu ad eius obſeruantias. Nec fuit determinatus certus modus, ſeu forma orandi in veteri lege, vt ſic eſſet ceremoniale ſeu figuratiuum, ſed orare pertinet ad præceptum Charitatis ſeu religionis: & ideo non fuit euacuatum per nouam legem, ſicut ſacrificia & feſtiuitates. vnde non prohibet eorum orationes: ſed ſolum comminatur, quòd non eſſent impetratiuæ. vnde dicit: Cum multiplicaueritis orationem non exaudiam. Cuius rationem ſubdit dicens: Manus veſtræ plenæ ſanguine ſunt: Vbi gloſſa: ſanguine prophetarum, tandem domini eorum. Vnde: implete menſuram patrum veſtrorum. hæc in gloſſa: & Matt.24.d. Et ſubditur. Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt ab Abel iuſto &. Conſequenter duodecimò ponit remedium ad prædicta dicens: Lauamini, & mundi eſtote: Quod intelligitur ſecundum gloſſam de lotione baptiſmi, per quem rite ſuſceptum omnia peccata mundantur: Et quia poſt baptiſmum oportet facere dignos fructus pœnitentiæ: in qua primò requiritur recedere à malo, ideo dicit. Auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis &c. Vbi notandum ſecundum gloſſam, quòd malum non ſolum debet auferri à conſpectu hominum, ſed etiam à conſpectu Dei, quem nihil poteſt celari: In quo agitur de directo contra hypocriſim Phariſæorum & Scribarum, quorum malitia tempore paſſionis Chriſti maximè vigebat. de quibus ipſe dicit Matt.23.a. Omnia opera ſua faciunt,

faciunt, vt videantur ab hominibus. Cætera exponantur prout in C Poſtilla vſque ibi: Quia os domini loquutum eſt. Conſequenter tredecimò dicit; Quomodo facta eſt meretrix ciuitas fidelis. In quo ſermonem ſuum dirigit ad ciuitatem Ieruſalem, ſicut direxerat ſermonem ad Iudam, cum dixit. Audite verbum domini principes Sodomorum & populus Gomorræ. & ſic videtur tenere ordinem ſui tituli, vbi dicitur; Viſio Iſaiæ quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem. Et procedit admiratiuè, dicens: Quomodo facta eſt meretrix. Vbi gloſſa. non tam corpore quàm mente recedendo à Deo. Qui quidem receſſus licèt poſſit intelligi per idololatriam, vel alia peccata quæ ſeparant hominem à Deo, quæ contigerunt etiam tempore Iſaiæ: tamẽ ſecundum gloſſam ſpecialius ad tempus incarnationis Chriſti refertur, quando penitus receſſerunt ab ipſo Chriſto vero Deo, & Barrabam vt liberaretur eligendo, filium Dei interfecerunt, quod maxima admiratione dignum eſt. & ideo dicit: Quomodo. Et quia iſtud ſcelus præcipuè proceſſit à falſa ſuggeſtione Sacerdotum ſeu Scribarum, vel doctorum. ideo ſubdit: Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam, per falſas legis interpretationes & traditiones iniquas. vnde eis dicebat Chriſtus Matt.15.a. Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones veſtras. Cætera exponantur prout in Poſtilla vſque ibi: Et conuertam manum meam, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, quod non intelligitur impletum fuiſſe in captiuitate Babylonica, quia ibi populus non fuit purgatus, vt patet ex ſupradictis, ſed debet intelligi de purgatione facta poſt paſſionem Chriſti, per ignem ſpiritusſancti, de quo propriè poteſt dici: Excoquam ad purum ſcoriam tuam: quia tunc diſcipuli fuerunt omnino purificati à ſorde peccati, quod per ſcoriam intelligitur, vel per ſtannum argento mixtum. Conſequenter decimoquartò dicit: Et reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius, ſcilicet vt Moyſes & Aaron, & Ioſue. vt in gloſſa. Et conſiliarios tuos ſicut antiquitus. Et intelliguntur ſecundum gloſſam, qui conſilia Dei, & ſecreta populo aperiunt, quod propriè pertinet ad apoſtolos, non autem ad Zorobabel nec Eſdram & huiuſmodi, qui nulla ſecreta conſilia leguntur aperuiſſe populo, ſed ſolum legem Moſaicam planè legiſſe. Sequitur decimoquintò. Poſt hoc uocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis, quia poſt prædicta, eccleſia quæ intelligitur per Ieruſalem uocatur ciuitas iuſti, ſcilicet Chriſti, & urbs fidelis, ſcilicet in eius fide fundata. Conſequenter decimoſextò dicit. Sion in iudicio redimetur, & reducet eam in iuſtitiam. D quæ quidem redemptio non poteſt intelligi de Babylonica, quia non fuit per iuſtitiam facta, ſed per Dei miſericordiam. unde Zach.1.d. de reædificatione templi ſecundi dicitur: Hæc dicit dominus: Reuertar ad Ieruſalem in miſericordijs, domus mea reædificabitur in ea. Cuius ratio eſt, nam Eſdræ 9. de populo iam reducto in Ieruſalem legitur: Non eſt ſeparatus populus Iſrael & ſacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, & de abominationibus eorum, Chananæis uidelicet, & Ethæis &c. Et ibidem infra Eſdras confitendo peccata populi tempore ſacrificij ueſpertini Dei dicebat: A diebus patrum noſtrorum & noſipſi peccauimus granditer vſque ad diem hanc. Malachias etiam qui fuit de redeuntibus à captiuitate Babylonica in primò tempore templi ſecundi de multis grauibus increpabat populum dicens in primo capitulo ſacerdotibus: O ſacerdotes qui deſpicitis nomen domini. & in ſecundo capitulo: Vos autem receſſiſtis de uia, ſcandalizaſtis plurimos in lege. Et ibidem arguebat populum de peccato infidelitatis, ſeu blaſphemiæ dicens eis capitulo tertio: In eo quod dicitis: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu domini, & tales placent ei. Quæ quidem uerba manifeſtè derogant diuinæ bonitati & iuſtitiæ, quia ſunt blaſphemiæ. Ex quibus & alijs ſimilibus ſatis patet, quod populus ille non fuit redemptus à captiuitate Babylonica per uiam iuſtitiæ: ſed in miſerationibus Dei, ut dictum eſt. Redemptio autem de qua hic agitur, propriè intelligenda eſt ad literam de redemptione eccleſiæ per mortem Chriſti. Quæ quidem redemptio fuit in iudicio, ſcilicet diſcretionis, quo iudicio iuſto licèt nobis occulto, quos elegit vocauit &c. ſecundum Apoſtolum ad Rom.8.f. Et de hac propriè intelligitur: Sion in iudicio redimetur. Et quia hæc redemptio Sion, ſcilicet eccleſiæ per mortem Chriſti fuit facta per iuſtitiam, non per potentiam, ut magiſter in tertio per autoritatem Auguſt. declarat, ideo ſubditur: Et reducet eam in iuſtitia, quod non poteſt competere reductis à captiuitate Babylonica, ut dictum eſt. Vnde & aliqui expoſitores Hebræorum moderni, ut tam Rabbi Dauid quam Hug. omnia iſta applicant ad tempus Meſſiæ, non ad redemptionem Babylonicæ captiuitatis. Conſequenter decimoſeptimò dicit: Et conteret ſceleſtes, id eſt ſceleratos & peccatores ſimul, & qui derelinquunt dominum conſumentur: quæ uerba referuntur ad ea quæ prius dixerat circa principium cap. ubi dixit: Væ Genti peccatrici &c. Filijs ſceleratis etc. dereliquerunt dominum etc. Et eſt ſenſus, ſicut iudicio diſcretionis diuinæ Sion redimetur, ut dictum eſt, quod intelligitur de electis: ſic eodem iudicio contereentur ſcelerati, et conſumentur qui dereliquerunt dominum: quod impletur in perfidis Iudæis, et alijs Chriſtum malitioſè negantibus, qui quotidie conſumuntur, vt inf. dicetur. Conſequenter decimooctauo dicitur: Confundentur enim ab idolis, quibus ſacrificauerunt etc. quod prima facie uidetur contra prædictam expoſitionem. Nam ut dictum eſt in templo ſecundo pro maiori



A maiori & principali parte non fuerunt idololatræ. Ad quod dicendum quòd hoc intelligitur ſecundum falſam aſſertionem Iudæorum, qui interrogantur de cauſa huius diuturnæ captiuitatis in qua ſunt, reſpondent ꝙ cauſa eſt idololatria quam commiſerũt patres eorum in templo primo, & etiam peccatum vituli quod fecerunt in Oreb: quod eſt manifeſtè falſum. Non enim punit Deus filios pro patribus vltra quartam generationẽ, vt patet Exo.20. præſertim cum filij non ſunt imitatores paternorum ſcelerum, vt eſt in propoſito. Iudæi enim in hac captiuitate exiſtentes non ſunt idololatræ, ſed propriè imitantur ſcelus patrum approbantes occiſionem Chriſti. & hoc eſt quod dicitur hic: Confundentur.n. ab idolis quibus ſacrificauerunt. quaſi diceret: hi qui dereliquerunt dominum conſumentur, eo ꝙ non confundentur. ſ. pœnitentes de hoc ꝙ Chriſtum dereliquerunt, ſed potius confunduntur ab idolis quibus ſacrificauerunt, hoc malitioſè fingentes ratione prædicta. Et eodem modo intelligendum eſt quod ſubditur: Et erubeſcetis ſuper hortis quos elegeratis. Conſequenter decimonono dicitur. Cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus abſq; aqua: vbi declarat illud quod dixerat parum ſupra. Qui dereliquerunt dominum conſumentur. Quæ quidem conſumptio fit tribus modis, quorum duo ſunt in hac vita. Conſumuntur enim perfidi Iudæi in ſua malitia perſeuerantes, velut quercus defluentibus folijs, quia ſtatus eorum quaſi vetuſtate conſumitur. Iuxta illud Hebr.8.d. Quod veteraſcet prope interitum eſt. Conſumitur etiam alio modo velut hortus abſq; aqua. ſ. ſapientiæ ſeu gratiæ. Tertio modo conſumitur ſtatus prædictorum finaliter in igne gehennæ inextinguibili. de quo dicit: Et erit fortitudo veſtra vt fauilla &c. Et exponatur ſecundum primam expoſitionem, quæ ponitur in poſtilla.

## REPLICA CIRCA ISAIAM
### Prophetam & primum eius capitulum.

CVM Poſtillator exponit de Iudæis tempore primi templi peccantibus, & punitis pro peccatis ſuis, & reductis ad captiuitatem Babylonicam. Qualiter etiam ſanctus Thomas hoc capitulum exponit. Burgen. immemor prologi ſui valde redarguit Poſtillatorem, quia ſæpe dicta ſancti Tho. declinat, quæ tamen vt ipſe dicit ſunt igne charitatis examinata, & naturalis rationis dictamine multipliciter purgata: ipſe hic eum & Poſtillatorem redarguit, tanquam eos qui à plano ſenſu literæ deuiarunt pro eo, quia vt dicit culpa deiectionis hic deſcripta fuit
B idololatria, quę in hoc capitulo non aſſignatur. Hoc & quædam alia mouent ipſum ad exponendum præſens capitulum de Iudæis circa finem templi ſecundi in Iudęa & Ieruſalem reſidentibus, qui Chriſtum negantes dereliquerunt dominum: blaſphemauerunt ſanctum Iſrael &c. prout litera ſonat, & euangelicæ hyſtoriæ teſtantur, & experientia certificat. Sed huic expoſitioni obuiant multa, quę primo ponentur, dehinc reſpondebitur ipſius motiuis. Quomodo ad primum primo obuiat, quia dicitur in litera de tempore huius deiectionis, ꝙ eo tempore oblationes, feſtiuitates, ſabbata &c. enumerata fuerint Deo moleſta, eiecta, & reprobata. Tẽpore autem ſecundi templi Deo fuerint accepta tanquam grata, vt patet à capitulo 10. Neemiæ. & infra. & Eſdræ tertio libro à capitulo octauo vſq; ad finem libri. Et de redeuntibus à captiuitate Babylonica exponitur ibidem ad literam id quod in hoc capitulo continetur, videlicet: Niſi reliquiſſet nobis dominus ſemen &c. quia dicitur cap.8. quòd orauit Eſdras dicens: Et nunc quanta miſericordia facta eſt ſuper nos abs te domine Deus, vt relinqueres radicem noſtram &c. quæ in illo capitulo continentur. Similiter in iſto capitulo continetur: Conuertam manum meam ad te, & excoquam ad plenum ſcoriam tuam. Eſdras ad literam exponere videtur de redeũtibus à Babylonica captiuitate, vt patet cap. vlt. tertij Eſdræ, vbi cum Eſdras nihil irreprehenſibile in populo reperiſſet, niſi ꝙ haberent vxores alienigenas, ad eius perſuaſionem dimiſerunt eas cum prole. Quibus factis & ſacrificijs conſummatis dixit Eſdras: Ite manducate nunc: ſanctus enim hic dies eſt domino. Nolite contriſtari: dominus enim clarificauit vos. Ex quibus patet ꝙ deiectio de qua dicit hoc cap. fuit dicta de captiuitate Babylonica, & clarificatio de reditu ab ipſa captiuitate. Nam reuera deiectio & ſacrificiorum & feſtiuitatum deteſtatio, prout hic enumerantur non poſſunt intelligi de tempore ſecundi templi, & circa eius finẽ, prout Burgen. quia ſtatim ante Chriſti natiuitatem ceremonialia legis erant accepta Deo, vt patet Luc.1. de Zacharia patre Ioannis baptiſtæ, cuius oratio tempore incenſi fuit exaudita, quando meruit etiam angelum videre, immo & dominus noſter Ieſus Chriſtus tempore templi ſecundi non venit ſoluere legem, ſed implere: & ipſe iuſſit diſcipulos ad diem feſtum aſcendere, & ipſe aſcendit, opera legis fecit, paſcha manducauit, prout in hiſtoria euangelica clarè continetur: & apoſtoli poſt mortem Chriſti multa legalia ſeruauerunt, vt patet in epiſtolis Pauli, & actibus apoſtolorum. Nam & ſi in morte Chriſti legalia fuerunt mortua, ante publicationem tamen euangelij non erant mortifera, prout haberi poteſt ex epiſtola ad Gal. & alibi. Legalia enim toto tempore templi & vſq; ad mortem Chriſti valuerunt. aſſiſtente opere operan-

operante. ſ. fide & deuotione, quo tempore idololatria publica nõ C permittebatur. Deteſtatio igitur legalium, de qua in hoc cap. dicitur, tempore ſecundi templi non habuit locum, ſed tempore primi templi, quando reges & populi fuerũt idololatriæ dediti, tunc deficientes fide. Secundum quod obuiat expoſitioni Burgen. trahitur ex hoc cap. in quo dicitur: Quomodo facta es meretrix ciuitas fidelis. Meretricium autem & adulterium in ſcriptura pro idololatria ponitur: quæ tempore ſecundi templi locum non habuit: immo præſides illius tẽporis eam ex corde perſequebantur. Quod autem Burgen. meretricium illud exponit de Iudæis negantibus Chriſtum & petentibus Barrabam, non videtur rationabile: quia meretrix & adultera dimiſſo vero ſponſo adhæret alieno. Iudæi autem Chriſto abiecto ex malicia petierunt Barrabam, nõ vt ei ex amore adhærerent, vt adulteræ conſueuerunt. Et hoc innuitur cũ dicitur: Ciuitas fidelis. Non enim fidelitatem quam ad Deum habere debuerunt, ad Barrabam conuerterunt, cum eum non fidelitate, ſed malitia ſaluarunt à morte. Tempore autem primi templi ille paſſus locum habet, quia tempore Dauid fuit ciuitas fidelis per cultum vnius Dei veri, ſed temporibus multorum aliorum regum facta eſt meretrix & infidelis defluens ad idola, ideo aſſignatur pro Babylonicæ deiectionis culpa & cauſa. Tertium quod obuiat expoſitioni Burgen. dicitur in hoc cap. Et reſtituam iudices tuos ſicut prius, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus, quia apoſtoli de quibus Burgen. exponit non erant tales iudices & populi conſiliarij, ſed potius à populo reputati aduerſarij, qui etiam non fuerũt ſicut prius & antiquitus: quia populus antiquitus conſenſit in iudices, & ſtetit eorum ſententiæ & dictamini. Apoſtolis autem & verbis & factis manifeſtè contradixerant. Item iudices antiquitus & conſiliarij cum populo remanſerant, & pro populo quantumcunque peruerſo interceſſerant, ſicut Moyſes qui dixit domi- Exod.32.c no: Aut dimitte noxam populo, aut dele me &c. Apoſtoli autem monitu ſpiritusſancti ab eis receſſerunt dicentes: Quia indignos vos feciſtis regno Dei, ecce conuertimur ad Gentes. Act.13.g. Nõ enim eſt bonorum iudicium, & conſiliariorum bona conditio, eos quibus conſulendum eſt relinquere, ſed vſque ad mortem conſulendo non deficere: ita fecit & docuit apoſtolorum magiſter dominus Ieſus. Exponitur igitur hic paſſus de Ieruſalem terreſtri & iudicibus Zorobabel, Neemia & cæteris. Nam exponere de eccleſia prout Burgen. & Gloſ. ord. eſt potius literam myſticare, quam ad literam ſenſum exponere &c. Quo ad ſecundum videndum de motiuis Burgen. Non enim concludit primum eius motiuum, cũ dicit cauſam huius deiectionis fore, quia non cognouerunt dominum, igitur non idololatria. Illa enim conſequentia non valet, D quia potius ex antecedẽte infertur oppoſitum quam propoſitum. Cum enim Deus à viatore cognoſcitur per fidem, & in litera aſſignatur defectus cognitionis, igitur & fidei. Defectus autem fidei reducitur ad idololatriam: quia nemo latria colit niſi eum quem Deum forte fide cognoſcit, nihil enim amatum, niſi cognitum. Quia igitur verum Deum fide non cognouerunt: ſequitur quòd nec verum Deum coluerunt, & per conſequens idola, qđ eſt propoſitum. Veritas huius conſequentis patet ex litera huius cap. vbi dicitur: Confundentur ab idolis quibus ſacrificauerunt &c. Sed Burgen. huius dicti extortam ponit expoſitionem dicens, ꝙ Iudæi confunduntur ab idolis, non quibus ipſi, ſed patres eorum ſacrificauerunt tempore primi templi. Iſta autem expoſitio lædit fidem noſtram, quia fauet Iudaiſmo moderno, qui falſam excuſationem huius extremæ eiectionis ſumunt ab idolis patrum ſuorum. Vt etiam Burgen. dicit: Quando enim quæritur à Iudæis cauſa tam extremæ & protenſæ captiuitatis eorum, reſpondẽt, vt Burgen. ꝙ eſt culpa patrum colentium idola: ſic autem ſe falsè excuſando nõ erubeſcunt, ſed gloriantur, quòd non ſit ex demeritis eorum iſta captiuitas: & per hoc perſuadent ſimplicibus ꝙ per patientiam ſuſtinent hanc captiuitatem pro peccatis non ſuis, ſed aliorum: & ſic per falſam excuſationem ſibi formant vanam ſpem: cui Burg. hic ſeruit. Non igitur confunduntur & erubeſcunt ab idolis ſic expoſitis, ſed potius vt dictum eſt ſperant & gloriantur. Nec valet Burgen. ſecundum motiuum, quia dicitur in litera: Excoquam ad purum ſcoriam tuam. Ex quo arguit, quia Iudæi in captiuitate Babylonica non fuerunt emendati, ſed manſerunt incorrigibiles, propter hoc quod dicitur in eodem capitulo. Super quo percutiam vos vltrà addentes præuaricationem. Dicta igitur depuratio ſcoriæ non habet locum in Babylonica captiuitate. Reſpondeo hic quòd Burgen. hic, ſicut multoties facit literæ tranſpoſitionem. Nam illud ſuper quo percutiam vos, pertinet ad Iudęorum captiuandorum incorrigibilitatem. Hoc autem quod dicitur in fine capituli. Excoquam ad purum ſcoriam tuam, ſecundum Gloſ. nihil pertinet ad purificationem reductorum de captiuitate, de qua purificatione allegatum eſt ſupra vltimum capitulum Eſdræ tertio. Nunc autem nititur Burgen. improbare emendationem reductorum à captiuitate per incorrigibilitatem nondum captiuorum. Videat Burgen. grandipenſor quantum valeat. Ex mutatione enim temporum, cauſarum & circunſtantiarum ſæpe in ſcripturis taliter incõſonantia reperiuntur. ſicut Matth.26.d. ſtatim correpto Petro & diſcipulis, quia dormierunt. poſtea ſequitur: Dormite iam & requieſcite. Et ſtatim ſequitur: Surgite eamus. Nec valet replica Burgen. ꝙ populus reductus non fuit purgatus,

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E gatus, ſed potius implicatus abominationibus Chananæorũ: quia dictum eſt ſupra, quod ad perſuaſionem Eſdræ dimiſerunt vxores cum prole: & ſic clarificati fuerunt, prout dicitur in loco per Burgen. allegato. 1. Eſdræ vlti. ca. Cum autem Burgen. dicit illam purificationem ad apoſtolos pertinere, non videtur verum ad literam: quia litera dicit de purificatione ciuitatis Ieruſalem: ideo ſubditur poſt purificationem. Ciuitas iuſti, vrbs fidelis. cuius ciuitatis ad literam apoſtoli, nec erant ciues, nec pars principalis, nec fortaſsis integralis, nec quantitatiua. Si dixeris, quòd ciuitas accipitur pro eccleſia, cuius ciues & principes erant apoſtoli, non nego ſecundum ſenſum allegoricum, ſed non ad literam. Nec valet tertium motiuum Burgen. ſumptum ex hoc capitulo. cum dicitur: Sion in iudicio redimetur, & reducet eam in iuſtitia. Arguendo ſic: Captiuitas Babylonica non eſt reducta per iuſtitiam, ſed potius per miſericordiam. Reſpondeo, quòd hoc argumentum fundatur ſuper falſa imaginatione. Sonat enim quaſi miſericordia & iuſtitia in omnibus operibus diuinis non concurrant, quod eſt contra magiſtrum in 4. diſtinct. 46. Vnde & ſi vna videatur redundare in vno effectu, alia in alio, manent tamen ſemper inſeparabilia ſecundum ſanctos doctores: Miſericordia exhibetur ſine meritis, iuſtitia autem pro meritis aut demeritis. Nunc igitur genus humanum non meruit redemptionem per Chriſtum factam: ideo dicit Apoſtolus ad Titum. 3. b. Secundum miſericordiam ſuam ſaluos nos fecit, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos. Male igitur nititur probare Burgen. quòd ſit facta per Chriſti iuſtitiam nobis occultam, quia contradicit Apoſtolo in multis locis dicenti, quòd ſolum ſecundum miſericordiam. Id igitur quod hic dicitur ſecundum expoſitionem Poſtillatoris populum de Babylonica captiuitate in iudicio & iuſtitia redemptam, eſt verum, inquantum pro culpa ſuſtinuit pœnam debitam, concurrente tamen miſericordia in punitione citra condignum. Et cum Burgen. in hac materia vltimo adducit, quòd videlicet populus reductus à captiuitate Babylonica non fuit immunis à peccato: idem poteſt argui de populo per Chriſtum redempto in eccleſia, qui non fuit ſine peccatis, ſicut patet de primo redempto latrone: & hodie in ſagena eccleſię capiuntur piſces, boni cum malis admixti, qui omnes ſunt per Chriſtum ſufficienter redempti. G

## GLOS. ORDIN. CAP. II.

VErbum quod &c. In prima viſione poſt comminationẽ proſpera promittitur. Reſtituam iudices tuos, vt fuerunt prius &c. In iſta poſt proſpera aduerſa nunciantur. Ecce dominator dominus exercituum auferet à Ieruſalem & Iuda validum & fortem &c. Ergo iuxta Hebraicũ, & in illa & in iſta non contra Iudam & Ieruſalem intelligendum eſt: vel pro Iuda & Ieruſalẽ vt voluere Lxx. ſed ſecundum Symmachum de Iuda & Ieruſalem, in qua poſſunt læta & triſtia contineri. Et notandum, quia ibi viſionẽ vidit, hic verbũ quod erat in principio apud Deũ. Et in illa Iudæis cõminans, venit ad ſalutem gen-

F

## CAP. II.

a ¶Venturum in carne viſibile. b ¶Intellexit. ¶Scilicet. c ¶Probat à natura dignum quod viderit cui oportet credi.

a VErbum quod uidit Iſaias a

b ¶Idest de Iuda & Ieruſalem.

filius Amos ſuper Iudã & Ieruſalẽ.

## NICOL. DE LYRA. CAP. II.

VErbum quod vidit Iſaias. Poſtquam propheta deſcripſit regni Iuda deiectionem, hic conſequenter deſcribit regni Chriſti, ſcilicet eccleſiæ electionem. Et diuiditur in duas partes: quia primo hæc erectio deſcribitur. & ſecundò propheta ad deſcribendum prædictam deiectionem reuertitur ibi: Proiecti enim. Prima pars à Chriſtianis & Iudæis de tempore Chriſti exponitur, contrario tamen modo, quia Chriſtiani dicunt hanc ſcripturam fuiſſe impletam in aduentu Ieſu Nazareni, quem confitentur eſſe Chriſtum in lege & prophetis promiſſum. Iudæi vero dicunt ipſam implendam fore tempore Meſsiæ, quẽ expectant: quia Ieſum Nazarenum negant eſſe Chriſtum. Et arguunt ex litera huius partis. Primo: quia dicitur hic: Et erit in nouiſſimis diebus præparatus mons domus domini &c. & ſic in nouiſſimis diebus litera huius partis eſt implẽda. Dies autem Ieſu Nazareni non fuerunt nouiſſimi, quia poſt mortem eius fluxerunt multi anni. ſ. M. cc. xciij. ergo non fuit Chriſtus: ſed alius expectatur qui erit in nouiſſimis. Item ſubditur: Mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur ſuper colles, & ſic in aduentu Chriſti mons Sion eleuabitur in altum, quod non eſt adhuc factum, ergo &c. Item ſequitur: Et fluent ad eum omnes gentes, ſcilicet per credulitatem in Chriſtum. Hoc autem non eſt factum de Ieſu Nazareno, quia Saraceni, Tartari & plures Gentiles alij, & etiam Iudæi pro maiori parte non crediderunt in Ieſum Nazarenum. ergo &c. Item ſequitur: Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit Gens contra gentem gladium &c. Ex quo videtur, quòd in aduentu Meſsiæ debeat tanta pax eſſe in mundo, quòd ceſſet vſus armorum, & materia eorum in inſtrumenta pro agricultura conuertatur. Iſta non ſolum poſſunt ſolui, ſed etiam in aduerſarios retorqueri, ſaltem pro magna parte. Ad primum dicendum, quòd nouiſſimum vno modo accipitur ſimpliciter & abſolute: & ſic tempus nouiſsimũ ſeu dies nouiſsimi dicitur tempus futurum prope iudicium. Alio modo accipitur reſpectiue, & ſic tempus gratiæ ſeu aduentus Chriſti dicitur nouiſſimum, quia legi euangelicæ alia non ſuccedet. propter quod argumentum non valet: quia iſtud tempus nouiſſimum habet longum tractum. Sicut vltima ætas hominis aliquando tantum durat quantum omnes aliæ præcedentes. Item Gen. 49. a. dicitur: Congregamini filij Iacob, vt annunciẽ quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis &c. Et omnia illa iam diu ſunt adimpleta, etiam ſecundum opinionem Iudæorum, ſicut ibidem fuit expoſitum. Propter quod ex illo verbo: In nouiſſimis diebus, nõ habent argumentum. Item ibidem ſubditur: Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, id eſt Chriſtus. Vnde in tranſlatione Chaldaica, quę tanta autoritatis eſt apud Hebræos: quòd nullus vnquam fuit auſus ei contradicere, habetur Meſsias, id eſt Chriſtus, vbi nos habemus qui mittendus eſt. Cum igitur ſceptrum & dominatio ſint totaliter ablata à Iudæis, & iam diu eſt, ſequitur quòd aduentus Chriſti tranſiit in præteritum. Et cum fuerit ablatum tempore Herodis, ad quem deuolutum fuit regnum Iudæorum, cum eſſet alienigena, & tempore ipſius natus fuit Ieſus Nazarenus: ſequitur quòd fuit & eſt vere Chriſtus, quia illo tempore nullus alius apparuit qui ex doctrina & operibus dici poſſet Chriſtus: & ſic argumentum reducitur ad propoſitum noſtrum. Ad ſecundum dicendum, quòd ratione illius dicti aliqui doctores Hebræi dixerunt, quòd in aduentu Meſsiæ mons Sinai & mons Thabor & mons Carmeli, qui ſunt prope montem Sion, ſunt adducendi diuina virtute, & ſuper illos mons Sion debet poni: vt ſic impleatur quod dicitur: Erit mons domus domini in vertice montium & cæt. Sed hoc dictum reprobat Rab. Sa. ſuper locum iſtum, dicens: Quòd talis eleuatio non eſt intelligenda ſecundum loci mutationem, ſed per ſignorum operationem, quia maiora ſigna fienda ſunt tunc in monte Sion, quàm in alijs tribus ſint facta. Et in hoc dicit veritatem: ſed in hoc deficit, quòd dicit futurum quod per Ieſum Nazarenum fuit factum. quod ſic patet: Maius ſignum factum in monte Sinai, fuit datio legis per angelum loquentem in perſona domini Act. 7. Maius ſignum ſine comparatione fuit, quòd Chriſtus verus homo, verus Deus, in templo docuit legem euangelicam: in quo legitur pluries docuiſſe. Quod quidem templum erat in monte Sion, vt frequenter dictum eſt, vbi etiam cæcos & claudos curauit, & multa alia miracula fecit: Vbi etiam ianuis clauſis ad diſcipulos intrauit, ſuam reſurrectionem manifeſtando: Et ibi ſuper apoſtolos, alioſque diſcipulos, ſpiritumſanctum in die Pentecoſtes miſit. Quod fuit maximum miraculum, ſcilicet quòd homines ſimplices & illiterati omnes ſcripturas intelligerent, & linguis omnium gentium loquerentur. Et per hoc patet, quòd maiora fecit Ieſus Nazarenus in monte Sion, quàm vnquam fuerunt facta in tribus montibus prædictis. Ex quibus concluditur Chriſtum veniſſe in perſona Ieſu Nazareni. Ad tertium dicendum, quòd hoc ſignum omnes, non diſtribuit pro ſingulis generum, ſed pro generibus ſingulorum, quia de omnibus Gentibus aliqui conuerſi ſunt ad fidem Chriſti, etiam à tempore apoſtolorum, ſicut diffuſius declaratum fuit Pſalmo decimooctauo. a. ſuper illud verbum: In omnem terram exiuit ſonus eorum: Sicut hæc propoſitio vera eſt: Omne animal fuit in arca Noe, quia aliqua indiuidua de ſingulis generibus animalium fuerunt ibi. Ad fidem verò Chriſti non ſolum aliqui de gentibus ſingulis, ſed multi ſunt conuerſi. Et quia ſecundum expoſitores catholicos & Hebræos prædicta diſtributio ſic eſt intelligenda, ex hoc concluditur Ieſum Nazarenum eſſe vere Chriſtum. Ad quartum dicendum, quòd per hoc quod dicitur: Non exercebuntur vltrà ad prælium, non habetur quòd poſt aduen- H

¶ tum Chriſti

Margin notes: Erectio eccleſiæ. — Diuiſio — Iudæorum rationes, Meſsiam veniſſe argumentis impugnantis. — Nouiſſimi dies.

## MORALITER.

* a Verbum quod &c. Principium huius ca. literaliter exponitur de dilatatione militantis eccleſiæ. Anagogicè verò poteſt exponi de dilatatione triumphantis, Chriſto cum electis, qui à principio mundi detenti fuerant in limbo illuc aſcendente: & ſic

* Et erit in



lutem gentium. In iſta autem à gentium ſalute incipiẽs, puA nito Iſraele ex vtroque pariete credentes in eccleſia congregat. Quando hæc fiat oſtendit: cum verbum fiet caro, quod vidit. i. intellexit Iſaias. Cætera enim verba audiuntur, non videntur. de hoc enim dictum eſt: Super terram viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. & de hoc ſubdit: Et erit ĩ nouiſſimis die. &c.

a In no. di. De quibus Iacob dixit filijs ſuis: Congregamini vt annunciem vobis, quod futurũ ſit in nouiſſimis diebus. Et paulò poſt: Non deficiet princeps de Iuda, donec veniat cui promiſſum. Inde Iohannes: Nouiſſima hora eſt, in qua. ſ. lapis abſciſſus de monte ſine manibus creuit in montẽ magnũ.

b Mons. Montes, Angeli, prophetæ, patriarchæ, Apoſtoli, martyres, & alij qui miraculis effulſerunt. Colles, minores à maioribus lumen accipientes. vnde: Saliens in montibus, tranſiliens colles. Et alibi: Montes in circumitu eius. & cæt.

c Et eleu. ſu. col. Super omnes ſanctos, quia de plenitudine eius omnes accipiunt (de quibus: Mõtes in circumitu eius) qui à monte Chriſto montes dicuntur.

d Domum Dei Iacob. Quod ideo dicitur, vt vetus teſtamentum ſuſcipiamus, non ſecundũ Manichæum aliã quàm domum Dei Iacob quæramus.

e Vias ſuas. quas alij triuerunt. Dominus quoq; aſcendens in montem docebit diſcipulos ſuos. Prius ergo diſcẽdæ viæ, poſt ambulandum in ſemitis.

f De Sion. Non de Sina petra, ſed de monte Sion in quo Ieruſalem, in qua templum & religio Dei. Dñs quoque in templo docuit, quod non oportuit propheta mori extra Ieruſalem.

B g Lex & verbum. Sicut ſupra verbum & legẽ populus ante perciperet. Qui enim fecerit legem, perueniet ad verbum Dei, exibit lex de verbo quaſi de fonte, vt alios irriget.

h Et conflabunt gla. ſuos. Omne ſtudium bellandi vertetur in pacem, quòd incarnato domino apertè factum eſt. Tanta enim ante eum in orbe diſcordia fuit vſque ad vigeſimum annum Octauiani Cęſaris, ſub quo natus eſt, vt non eſſet de prouincia in prouinciã tranſitus. Eo autem nato, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, in cuius natiuitate Angeli cecinerunt: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ volũtatis, omnia bella ceſſauerunt, & agriculturæ exercitatę ſunt. Spiritualiter gladij mutantur in vomeres, & lanceæ in falces, cùm ſeditiones diſcordiarum & iræ pelluntur, & duritia cordis vomere, id eſt verbo Dei frangitur, & ſpinæ vitiorũ eradicantur, vt ſemen ſermonis creſcat, & tandem labores manuum noſtrarum manducemus in tempore meſſionis, ſcilicet mortis.

a Domus

Margin notes: Baruc. 3. d. — †Mic. 4. a. Gen. 49. a. — 1. Ioh. 2. c. Dan. 2. g. — Can. 2. b. Pſal. 124. a. Ioh. 1. b. — Pſ. 124. a. — Matt. 6. a. — Ioan. 12. g. — Pax vniuerſalis totius mundi quãdo fuit — Ephe. 2. c. — Luc. 2. b.

a ¶Vbi venit plenitudo temporis. miſit Deus filium ſuum. b ¶In vltima ætate.

a †Et erit in nouiſſimis diebus pręa b

a ¶Prædeſtinatus a Deo, agnus occiſus ab origine mundi. b ¶Quem quaſi lapidem vidit Daniel abſciſſum de monte ſine manibus, & creuiſſe in montem magnum. c ¶Eccleſiæ.

b paratus mons domus domini in c

a ¶Deſiderio fidei.

vertice montium: & eleuabitur d

a ¶Cito abunde. b ¶Incarnatum.

c ſuper colles. Et fluent ad eum e

a ¶Plures de gentibus. & dabo tibi gen. b ¶Poſtula a me, c ¶Paſsibus fidei. ¶Iudæi.

omnes gentes: & ibunt populi

a ¶Non omnes, qui pauciores de Iudæis. b ¶Non contenti propria ſalute hortabuntur ſe inuicem. vnde: Venite aſcen. &c.

multi, & dicent: Venite, aſcen- f g

¶Chriſtum. ¶Dei.

damus ad mõtem domini, & ad

a ¶Eccleſiam. b ¶Iunioris populi. i. Chriſtiani per Iacob ſignificati. c ¶Cum fuerimus in domo Iacob.

d domũ Dei Iacob, et docebit nos h

a ¶Faciliora mandata quibus gradiamur ad eum. b ¶Poſt.

e vias ſuas, et ambulabimus in

a ¶Arctioribus. b ¶Venite aſcendamus.

f ſemitis eius: quia de Sion exibit i

a ¶Vetus ſpiritualiter intellecta. b ¶Euangelium. c ¶Scilicet. d ¶Primitiua eccleſia quæ eſt ſpeculatio & viſio Pacis ¶In qua religio.

g lex, & verbũ domini de Ieruſa-

a ¶Super peccatis: pro diuerſitate enim meritorum, diuerſitas pœnarum erit. b ¶Gentiles credituros. Qui non credit iam iudicatus eſt.

lem. Et iudicabit gentes, & ar- k l

a Corrigendo, quia Dei filium non receperunt. b ¶Iudæos.

¶Ideo.

h guet populos multos. Et confla- m

bunt gladios ſuos † in vomeres,

Syriæ in terram Iſrael, quia ceſſauerunt venire per aliquod tempus, tamen poſtea pluries venerunt, vt patet ex. 4. Regum. Similiter Geneſis. 35. b. dicitur ad Iacob: Non vocaberis vltrà Iacob, ſed Iſrael. & tamen poſtea vocatus eſt Iacob multoties. Per hoc concluditur Ieſum Nazarenum eſſe verum Chriſtum, quia natum tempore maximæ pacis, & temporibus à prophetis prænũtiatis. Ex prædictis patet ſententia huius partis. Tamen adhuc ad maiorem intellectum diſcurrẽdũ eſt breuiter applicando ad propoſitum, ſcilicet de eccleſiæ promotione, & præmittitur breuis præfatio, cùm dicitur: Ver. quod vi. Iſa. fi. Amos ſu. Iu. & Ie. q. d. verbum quod ſubditur eſt notabile, quia de maxima re, & ideo maximè attendendum. Et quid ſit illud oſtenditur, cum dicitur: C

a Et erit in no. di. id eſt tempore gratiæ, quod dicitur nouiſſimum, vt prædictum eſt. Et hoc modo dicit. 1. Ioh. 2. c. Nouiſſima hora eſt.

b Præ. mons do. domi. id eſt eccleſia, quæ dicitur hic domus domini. Tũ quia fundata fuit per prædicationem Chriſti, & eius miracula in monte Sion, vbi erat templum domini, vt prædictum eſt. Tum quia eccleſia quæ eſt domus domini, dignitate excellit omnem aliam congregationem à principio mundi ad Dei cultum ordinatam.

d Et eleuabitur ſu. col. i. ſuper terræ principes, quia tempore Cõſtantini cœperunt ſe ſupponere iugo Chriſti.

e Et fluent ad eum omnes gen. id eſt aliqui de omnibus gentibus, vt prædictum eſt. Vel poteſt dici quod hæc eſt locutio hyperbolica, ad deſignandum multitudinem Gentilium, quæ fidem Chriſti ſuſcepit, Iudæis pro maiori parte excęcatis in infidelitate remanentibus, ſecundum illud ad Ro. 11. c. Cęcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret ſicut dicitur: Omnes de ciuitate currunt ad tale ſpectaculum ad ſignandum multitudinẽ currentium, licèt aliquando maior pars remaneat.

f Et dicent: Venite, aſcendamus ad mon. do. & ad do. Dei Iacob. Quia illi qui recipiebant fidem Chriſti hortabantur alios ad ſimiliter agendum. D

h Et docebit nos uias ſu. & ambu. in ſemi. eius. Quia adulti venientes ad fidem Chriſti, antequam baptizarentur, catechizabantur, & inſtruebantur de his quæ pertinent ad fidem. † in ligões

i Quia de Sion exibit lex &c. Hoc non eſt referendum ad credentes, quaſi ſit verbum ipſorum: ſed eſt verbum Iſaiæ reddentis cauſam & modum de dicta multitudine gentium ad fidem Chriſti conuertenda: quia de Ieruſalem & Iudæa exierunt Apoſtoli, alijq; diſcipuli ad prædicandũ gentibus fidem Chriſti, propterquod dicitur Act. 13. g. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: ſed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: ſic enim præcepit nobis dominus.

K Et iudicabit gentes. iudicio diſcretionis, quo per prædicationẽ Apoſtolorum aliquos de gentibus vocauit ad fidem, alijs in infidelitate dimiſſis. Quod quidem iudicium iuſtum eſt, licèt nobis occultum.

l Et arguet populos mul. de infirmitate & alijs malis ſuis, ſicut patet in Actibus Apoſtolorum & legendis ſanctorum.

m Et conflabunt gla. ſuos in vome. &c. Hoc dicitur ad deſignãdum diuturnitatem pacis, quæ fuit vbiq; tempore natiuitatis Chriſti, vt prædictum eſt, & durauit in Iudæa, de qua terra Iſaias principaliter loquebatur à 20. annis & plus ante natiuitatẽ Chriſti vſq; poſt mortẽ eius per 40. annos vel circiter ſub dominio Romanorũ, vt põt colligi ex dictis Ioſephi & aliorum hiſtoriographorum, ſed Iudæis finaliter rebellantibus Romanis, deſtructi ſunt & captiuati per Titum anno. 42. à paſſione Chriſti. veriſimile autem eſt quod in pace tam longa ceſſantibus bellis multa arma & inſtrumenta bellica fuerunt cõuerſa in inſtrumenta agriculturæ apta, ſicut ſenſibiliter videtur in terris, vbi poſt bella ſequitur pax diuturna.

¶ a Non

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ tum Chriſti nullum debeat eſſe prælium, ſed quòd debet eſſe magna pax tempore ſui aduentus, & ita fuit: quia Chriſtus fuit natus tempore Cæſaris Auguſti, ſubiectis omnibus gentibus Romano Imperio & pacatis intantum, quòd ſub eo numeratus fuit totus orbis, vt habetur Lu. 2. Et durauit iſta pax per magnum ſpatium temporis. Nec plus habetur per illam dictionem vltra: loco cuius ponitur in Hebræo עוד od. & ſimiliter. 4. Regum. 6. c. habemus: Et vltra non venerunt latrones Syriæ

## MORALITER.

* a Et erit in no. præpa. mons. id eſt Chriſtus. de quo dicitur Dan. 2. c. Lapis qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus.

b Domus domini. id eſt triumphantis eccleſię.

c In vertice montium &c. id eſt Angelorum, Pſal. 124. a. Montes in circumitu eius, id eſt Angeli, ut exponit Auguſtinus. Homo nanq; Chriſtus eſt ſuper omnes Angelos exaltatus. Et quia triumphans eccleſia non ſolùm eſt dilatata per ſanctos aſcendentes cum Chriſto, ſed etiam per illos qui poſt eius aſcenſionem ſuſceperunt eius fidem, ſubditur.

e Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi &c. Credendo. nam aliqui ex omnibus gentibus in Chriſtũ crediderũt à tempore Apoſtolorum, & credentes alios excitauerunt ad credendum. In quorum perſona ſubditur:

g Venite, aſcendamus ad & cæt. & docebit nos vias ſuas. & ambulabimus in ſemitis eius. per Apoſtolos & ſucceſſores eorum.

i Quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem. i. eccleſia.

K Et iudicabit gentes. ſcilicet iudicio diſcretionis, quo credentes à non credentibus diſcernuntur.

l Et arguet populos multos. de peccatis commiſſis per prędicatores ueritatis.

m Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & cætera. propriè dicitur de doctoribus ad fidem conuerſis de Gentilibus & Iudæis, qui gladijs ſcripturarum fidem impugnabant ante conuerſionem



* ſuam, &

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Domus Iacob &c.* Poſt vocationem gentium & oſtenſionē E montis Dei, inuitat populum ſuū qui eſt de Iacob, vt exiens de tenebris infidelitatis ſuſcipiat lumen Chriſti.

Iohan. 12. f. Pſal. 33. a. Ioh. 3. e. Ibidem. 8. b.

b *In lumine.* Dum lucem habetis, credite in lucem. Accedite ad eum, & illuminamini, &c. Q. Qui malè agit, odit lucē; ſed venite mecum, ambulemus in luce domini qui dicit: Ego ſum lux mundi, &c.

c *Proieciſti enim.* Poſtquam exhortatus eſt, vidit in ſpiritu, duritiam eorum, & ſubitò oculos mentis ad dominum conuertens ait: Proieciſti enim &c. Q. & ideo hortādi: quia Proieciſti &c.

d *Qui repleti ſunt, vt olim &c.* Romanis ſcilicet eijcientibus Iudæos, in Iudæa habitauerunt alienigenæ, vndecunq; adducti à Tito & Veſpaſiano, vel cæteris principibus. Vel priuſquam à Babylonijs vaſtarentur, hęc commiſerūt ſub impijs regibus.

Philiſthijm

e *Vt Philiſtijm.* Philiſthijm qui hodie Paleſtini, quia, p. literam ſermo Heb. non habet, ſed pro ea Ph. Gręco vtitur.

f *Pueris &c.* Victorum ſignificat libidinem in Iudæā gentem. Græci enim & Latini diu hoc vitio laborauerunt: ſed ſub Conſtantino Imperatore & coruſcante euangelio, cum cęteris deleta eſt turpitudo hæc. Allegori. Pueris alienis, vel ſatellitibus dæmonum. Habent enim pueros ſicut & Chriſtus, qui dicit: Pueri mei quos dedit mihi dominus.

Allegoricè Iſa. 8. a.

g *Repleta eſt terra.* Et Romanorum & Iudæorum auaritia ſugillatur. Grecæ enim & Latinæ teſtantur hiſtoriæ nihil vtraque gente auarius eſſe. Inter idola auaritia condemnatur. vnde Paulus; Auaritia quæ eſt idolorum ſeruitus.

Romani & Iudæi auariſſimi. Col. 3. a.

a *Equis*

& lanceas ſuas in falces. Non ª leuabit gens contra gentem gla-
a ¶Sicut prius: & ſi enim prælia poſtea, nunquam tam grauia.
dium, nec exercebuntur vltrà ad
¶Mecum.
ª prælium. Domus Iacob venite, ᵇ
¶De virtute in virtutem.
ᵇ & ambulemus in lumine Dei no ᶜ
¶Nunquam.
ᶜ ſtri. Proieciſti eñ populum tuū ᵈ
a ¶Scilicet. ¶Quondam. ¶Qui deberent eſſe ſimiles. b ¶Et merito proieciſti: quia. c ¶Iniquitate & dolis.
ᵈ dòmū Iacob, quia † repleti ſunt ᵉ
a ¶In Aegypto, vel in terra promiſſionis, temporibus iudicum. b ¶Qui a garritu auium futura prædicunt vel præſeiunt.
ᵉ vt oliᵃm, & augures † habuerūt vt ᶠ ᵍ
a ¶LXX. Alienigenæ, vnde: alienigenę mihi ſubditi ſunt. ¶Vel Paleſtini, alia litera: qui huic ſuperſtitioni maxime ſeruiunt. b ¶A Deo recedendo: vel Gentilibus quos emebant ad abutendum. c ¶Sibi diuoſe.
ᶠ Philiſthijm, & pueris alienis ad ʰ
a ¶Q. cum abundent diuitiis, cupidi ſunt & auari.
ᵍ hæſerūt. Repleta eſt terra argen- ⁱ
a ¶Tamen. b ¶Semper auarus eget. c ¶Cupiditas theſaurum. Auarus non implebitur diuitijs.
to & auro, et non eſt finis theſau ᵏ
rorū eius. Et repleta eſt terra eius ˡ ᵐ

rem, & imperatoris honorem, & tamen Iudæi zelo legis accenſi, dicen- G tes non eſſe licitum aliquam imaginem quacunque de cauſa eſſe in templo vel circa templum, illam ad terram deiecerunt, ſcientes tamen quod ex hoc imminebat eis mortis periculum, ſicut et contigit: quia plures ratione huius facti fuerunt ab Herode occiſi. Item tempore Tyberij ſub quo paſſus eſt Chriſtus, Pilatus Iudææ præfectus imaginem Cæſaris portari fecit in Ieruſalem, Quod cum cognitum fuiſſet à Iudæis, in magna multitudine venerunt ad Pilatum, rogantes vt illam auferret, aſſerentes nō eſſe eis licitum aliquam imaginem eſſe intra ciuitatē. Et Pilatus videns multos eſſe paratos magis mori quàm permittere imagines in ciuitate, fecit illā in Cæſaream deportari ad præcauendum diſſenſionem populi. Et ſimile factum legitur tempore Caij, qui ſucceſſit Tyberio, eò quòd Petronius Iudææ præfectus volebat imaginem Cæſaris ad Ieruſalem portare, vt refert Ioſephus, libro de Iudaico bello. Et ideo ſaluo meliori iudicio, mihi videtur quòd hæc litera & ſequens vſque ad. 7. ca. referenda eſt ad tempus præcedens captiuitatem Babylonicam, quæ fuit inducta ſuper Iudæos maximè propter idololatriam, quæ tunc in eis multum viguit, vt patet ex 4. Reg. & 2. Paral. Igitur ſecundum hanc ſententiam litera iſta in qua Iſaias reuertitur ad deſcribendam punitionē regni Iudææ, quam deſcribere ſupra inceperat, vt ſupra dictum eſt, Primò in duas partes diuiditur, quia primò exprimitur culpa. Secundò ſubditur pœna debita, ibi: Non ergo dimittas. Circa primum dicit propheta: Proieciſti enim po. tuum do. Ia. id eſt proijcies. Loquitur enim de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ, quæ fuit impleta, quando Nabuchodonoſor Iudæos de Ieruſalem & de Iudæa eiecit, & captiuos in Babylonem duxit. Conſequenter oſtenditur ratio dictæ captiuitatis, cùm dicitur:

Iudæi indignantur imperatorum propter reponendas imagines currebant.

† abundè pluſquam orientales diuitijs † ſunt

Diuiſio

e Quia repleti ſunt &c. In Hebræo habetur: Repleti ſunt ab oriente, id eſt magica arte, quæ reperta fuit in parte orientali reſpectu Iudææ. vnde & Balaam ariolus & magus habitabat in partibus orientis, vt H habetur Numeri. 24. Et eadem ſententia eſt in tranſlatione communi, cū dicitur: Quia repleti ſunt vt olim. quia à tempore iudicum Iudæi cęperunt magicis vti.

f Et augures. id eſt diuinos diuinatione ſuperſtitioſa: cùm augurium propriè eſt diuinatio per garritum & volatum auium.

g Habuerunt ut Philiſthijm, qui talibus intendebant. Sciendum tamē quòd aliqua diuinatio per garritum & motum auium eſt licita, videlicet inquantum ſe extendit cognitio naturalis. Aues enim & bruta animalia citius ſentiunt immutationem aeris, eò quòd non habent intellectum diſtrahentem vim ſenſitiuam. Et ſecundum talem immutationem incipiūt garrire, vel moueri de loco ad locum aliter quàm antè: ad hoc quod ſequitur pluuia vel ſiccitas, vel ventus, vel huiuſmodi, ſecundum diuerſitatem naturæ auium vel brutorum. Et ex tali experientia cognoſcunt homines, quod talis garritus ſeu volatus eſt ſignum effectus naturalis ſequentis. Et hoc modo etiam nautæ pronoſticant de futura tempeſtate per motum delphinorum in ſuperficie maris. Sed ſi diuinatio talis extendatur ad actus humanos, qui dependent ex libero arbitrio, ſuperſtitioſa eſt talis diuinatio, qua vtebantur Iudæi ſicut & Philiſthæi.

Diuinationes per augures indicta.

h Et pueris alienis adhæſerunt, exercentes in eis vitium Sodomiticū, vt dicunt communiter expoſitores noſtri. Rab. Sa. verò exponit aliter dicens, quod Iudæi acceperunt vxores alienigenas idolorum cultrices, ſicut dicitur de Salomone. 3. Regum. 11. a. Et filij qui naſcebantur ex eis, ſequebantur idololatriam matrum, & ſic Iudæi faciebant filios alienos à cultu Dei.

i Repleta eſt terra argento & auro, & non &c. In hoc tangitur peccatum auaritiæ, ad quod Iudæi ſemper fuerunt proni.

l Et repleta eſt terra eius equis &c. In hoc tangitur peccatum diffidentiæ, quia in defenſione per talia contra aduerſarios magis confidebant, quàm de diuino auxilio.

a Et repleta

## NICOLAVS DE LYRA

F a Non leuauit gens &c. Hiperbole eſt ad deſignandum pacis diuturnitatem, prout communiter dicitur de aliquo negotio, quod protrahitur vltra modum conſuetum. Illud negotium nunquam terminabitur, licèt aliquando terminetur infra annum vel infra menſem, ſeu etiam in minori ſpatio ſecundum conditionem negotij. Et hic modus loquendi hyperbolicus, frequens eſt in prophetis.

b Domus Iacob uenite. Hic poſt conuerſionem Gentilium ponitur conuerſio Iudæorum, qui circa finem mundi recipient fidem Chriſti generaliter: & à tempore Chriſti vſque nunc recipiunt eam aliqui particulariter. Et quia ad hoc inducti ſunt per doctores conuerſos ad fidē de Gentilitate vel in ſe ſicut patet de Auguſtino & Ambroſio, & alijs multis, vel in parentibus ſuis, ſicut eſt de illis doctoribus, qui nati ſunt de parētibus Chriſtianis: tamen parentes eorum propinqui vel longinqui fuerūt de Gentibus conuerſi ad fidem Chriſti, & in perſona talium dicitur hic Iudæis: Domus Iacob. id eſt in lumine fidei Chriſtianæ.

d Proieciſti enim po. Aliqui doctores noſtri hanc literā & ſequētem vſque ad ſextum caput exponunt conſequenter ad præcedentem, referēdo eam ad tempus Chriſti, dicentes quod in iſtis capitibus deſcribitur pœna Iudæorum propter mortem Chriſti: Sed hoc non videtur mihi, quia hic præmittitur culpa pœnæ, q̄ deſcribitur in ſequētibus. Culpa aūt illa eſt principaliter multiplicatio idololatriæ. vnde ſubditur: Et rep. eſt terra. A tempore autem Chriſti & antè per longum tempus vſque ad deſtructionem ciuitatis Ieruſalem per Romanos, quæ fuit inducta propter mortem Chriſti, vt patet Lu. 19. non fuit idololatria apud Iudæos, imò eam mirabiliter horruerunt, intantum quod cùm Herodes ſub quo natus fuit Chriſtus, ſupra portam templi poſuiſſet aquilam auream, quod eſt ſignum Romani dominij, eò quòd regnum Iudæ receperat à Romanis, non ad hoc quòd in illa aquila adoraretur, ſed ſolum ad portæ decorem, &

Iudæi imagines idolorum valde deteſtatur, vbi & quando.

## MORALITER.

✱ ſuam, & conuerſi vſi ſunt ſcripturis ad agri eccleſiaſtici culturam.

a *Non leuabit gens contra gen. gladium &c.* Hoc intelligitur de Iudæis & gentibus in una eccleſia charitate coniunctis, qui prius aduerſabantur ſibijpſis.

b *Domus Iacob.* id eſt ſupplantatores uitiorum.

c *Ambulemus in lumine Dei no.* hic per fidem, & poſtea per apertam uiſionem.

d *Proieciſti.* Hic reuertitur propheta ad ſcribendum punitiones & peccata Iudæorum, per quæ ſignificantur punitiones & culpæ malorum Chriſtianorum, cum dicitur: Proieciſti enim po. tuum. de terra ſancta, & de Aphrica in multis locis.

e *Quia repleti ſunt vt olim.* id eſt ſicut olim eiecti fuerunt Iudæi de terra ſancta ꝑpter eorum peccata, ſic & Chriſtiani tempore Coſdroe, & poſtea tempore Saladini.

f *Et augures habu. vt Phili.* intendo diuinationibus ſuperſtitioſis.

h *Et pue. alienis adhæ.* in uitio contra naturam. Hæc enim uitia dicuntur fuiſſe in illa terra, antequam à Saracenis caperetur.

i *Repleta eſt terra,* ſcilicet eccleſię.

K *Auro & arg. & non eſt finis theſaurorum.* quia ſatiari non poteſt cupiditas multorum.

l *Et repleta eſt.* adhuc.

m *Terra eius eq.* multis & magnis ad pompam.

✱ a *Et innu-*



a *Equis & in.* Et hoc contra dominum, qui multiplicari cur A rus prohibuit & equos. Hæc enim animalia data ſunt ad adiuuandum, non ad ſuperbiendum. vnde & iumenta dicuntur. Alleg. Fallax equus ad ſalutem. Et alibi: Equum & aſcenſorem deiecit in mare.

Deut. 17. d. Pſal. 32. d. Exod. 15. a.

b *Opus manuum.* Alleg. Omne dogma cōtrarium veritati adorat opera manuum ſuarum: & incuruatur homo colligatus à diabolo, nec erigitur niſi à domino. Sicut mulier euangelica, quam alligauit ſatanas.

Luc. 13. d.

c *Incurua. ſe.* Vbi quondam templum & religio Dei, ibi ſtatua Adriani & idolum Iouis. vnde: Cū videritis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, &c.

Mat. 24. b.

d *Non ergo.* Non maledicit Iſaias, ſed benedicit: quia imprecatur eis quod iuſtum eſt, & omne iuſtum bonū eſt. Sed de Romanis melius intelligitur, ne propheta contra populum ſuum imprecari videatur. Ab eo loco quo dictum eſt: Repleti ſunt vt olim, vſq; ad hunc locum: quidā tam ad Iudęos referunt vt diximus, quam ad Romanos Chaldæoſq;, qui Iudæis captiuatis, terram eorum incoluerunt, & repleti ſunt idolis, &c.

† No

e *Ingredere in petram.* Allegori. Confuge ad Chriſtū. De quo alibi: Petra autem erat Chriſtus. Et Pſal. Petra refugium herinacijs.

Allegoricè 1. Co. 10. a. Pſal. 103. c. Pſal. 5. d.

f *Abſcondere in foſ. hu.* Allego. In protectione carnis eius in cruce foſſę: vnde: Foderunt manus me. & pe. &c.

g *A facie ti. do.* ab . ra iudicij.

h *Et à gl. ma. eius,* quia veniet cum poteſtate magna & maieſtate. Moraliter. Abſcondere in foſſa hu. Intra in cubiculum, & clauſo oſtio ora patrē, &c. Vel in foſſa humo abſconditur, qui B intra ſpeluncam carnis mala occultat quæ cogitat, ne per operationem carnis prodeant foras.

Luc. 21. c. Moraliter Matth. 6. a.

i *Oculi ſub. &c.* Nec diuitiæ, nec potentiæ, nec nobilitas generis quenquam ſaluabit, omnibus ſuperueniet vna captiuitas. Poſſunt & de die iudicij hæc accipi, cum omnis creatura in conſpectu Dei humiliabitur, & nihil ſe eſſe ſentiet comparatione eius.

† & excelſum

k *Domini exercituum.* Vbicunque de victoria vel vindicta domini loquitur, dominum exercituum eum commemorat, ne dubitemus de eius victoria, cuius tanta eſt potentia.

l *Cedros Liba.* Vox domini cōfringentis cedros. Et, Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Libani, & tranſiui, & ecce non erat. Sunt tamen cedri boni odoris, qui cū Apoſtolo dicere poſſunt: Chriſti bonus odor ſumus. Vnde cedri Libani quas planta. &c. Et alibi: Ponam in terram abſque aqua cedrum & buxum. Libanus mons eſt Phęnicis regionis, cedros habens excelſas ſuper omnes arbores. Baſan, regio Arabiæ, cui rex Og imperauit. Quercus habet glandiferas, qui cibus eſt porcorum, non hominum. Per cedros Libani, de nobilitate ſuperbi: Libanus enim candidatio: Per quercus Baſan (quæ ignominia interpretatur) qui in cęno libidinis volutantur, accipiūtur: quorum fructus dæmonum cibus eſt, non hominum.

Pſal. 28. a. Ibid. 36. g. 2. Cor. 2. d. Iſa. 41. e. ſecundum LXX. Deu. 3. a.

m *Mon. exc.* Pro varietate virtutum, alij bonorum mōtes, alij colles appellantur. Pro diuerſitate vitiorum, alij impiorum montes alij colles, quibus dicitur: Ego inducam ſuper vos gladium & cætera.

Ezech. 11. b.

a *Et ſuper*

a ¶Victorum vel Iudæorum. b ¶Quia non eſt dignum numero quod contra Deum eſt. c ¶Hi in curribus, & hi in equis, nos &c.
ª equis, & innumerabiles quadri- ª
a ¶Nimiam abundantiam ſequitur idololatria. b ¶Terreni.
gæ eius. Et repleta eſt terra eius ᵇ
a ¶Et. ¶Statuis & huiuſmodi. ¶Admirabilis dementia. Quid melius: quod factum eſt, an qui fecit?
ᵇ idolis: opus manuum ſuarū adorauerunt, quod fecerunt digiti eo ᶜ
a ¶A dignitate ſua. vnde: Homo cum in honore eſſet non intellexit. b ¶Terrenus, infirmus fide: quare homo ab humo dicitur.
ᶜ rū. Et icuruauit ſe homo, & humi ᵈ ᵉ
a ¶Qui vir noſter eſſe videbatur, quia vir à virtute. b ¶Quia tam a commiſerunt. c ¶Alias dimittam, ſecundum LXX. ex perſona Dei.
ᵈ liatus eſt uir. † Non ergo dimittas ᶠ
a ¶Quia non vis conuerti. b ¶Tunc dicent montibus: Cadite ſuper nos, & collibus cooperite nos.
ᶠ eis. Ingredere in petrā, & abſcon- ᵍ ʰ
a ¶In ſpeluncis quod & factum eſt, ſicut hiſtorici narrant. b ¶Babyloniorum vel Romanorum, per quos Deus probauit ſe timendum & glorificandum.
ᵍ dere in foſſa humo à facie ti mo- ⁱ
ʰ ris domini, & à gloria maieſtatis ᵏ
a ¶Et tunc. ¶Superbia. b ¶Potentia.
ˡ eius. Oculi ſublimis hominis hu ˡ ᵐ
a ¶Vaſtantibus Romanis, vel Babylonijs. b ¶Nobilitas generis.
miliati ſunt, & incuruabit alti tu ⁿ
a ¶Quia nemo iram eius effugiet. ¶Malis humiliatis.
do virorum: exaltabitur autem ᵒ
a ¶Quando per Romanos vel Chaldæos ſe vindicabit. b ¶Ideo hæc veniet.
ſolus dominus in die illa. Quia ᵖ
a ¶Qui ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. vnde: Quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur.
ᵏ dies domini exercituū ſup oēm ᑫ
a ¶Sacerdotes, ſcribas & Phariſæos: vel dies iudicij ſuper diabolum & membra eius: Qui ſe exaltat, humiliabitur.
¶Veniet.
ſuperbum † & excelſum: & ſuper ʳ ˢ
a ¶Cum ex ore infantium & lactentium laus perficitur, vt inimicus deſtruatur.
omnem arrogantē, & † humilia-
a ¶Nobilitate ſuperbos.
ˡ bitur: & ſuper oēs cedros Libani ᵗ
a ¶Scilicet. ¶Nobilitate. b ¶Superbia.
ſublimes & erectas, & ſuper oēs ᵘ
a ¶Luxurioſos qui fructificant porcis. i. dæmonibus. ¶Superiores.
ᵐ quercus Baſan. Et ſuper omnes ˣ
montes excelſos, & ſuper omnes

patet 4. Regum. & maximè tempore Manaſſe. 4. Regum. 21. C

f Non ergo dimittas eis. Præmiſſa culpa, hic conſequenter deſcribitur pœna. & primò in generali. ſecundò magis in ſpeciali, ca. ſequenti. Prima in duas: quia primò deſcribit pœnam. ſecundò oſtendit medelam, ibi: Quieſcite. Circa primum dicit propheta: Non ergo dimittas eis. Quaſi diceret: Ex quo faciunt iſta turpia, vt præmiſſum eſt, non eſt dimittendum tantum dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ. Conſequenter conuertit ſermonem ſuum ad populum, dicens:

Diuiſio

g Ingredere in petram, et abſcondere in foſſa et cæt. Quia multi de populo timore regis Nabuchodonoſor & exercitus eius abſconderunt ſe in cauernis petrarum, & in foſſis terræ.

i A facie timoris domini. id eſt ipſius Nabuchodonoſor à Deo miſſi ad puniendum prædicta peccata, qui fuit in hoc flagellum domini.

K Et à gloria maieſtatis eius. Id eſt à maieſtate eius glorioſa, quia fecit Nabuchodonoſor venire cum valde magna & excellenti poteſtate, cui nullus de regno Iudæ potuit reſiſtere. ideo ſubditur:

l Oculi ſublimis hominis. id eſt Sedeciæ regis, qui eleuatus in ſuperbiam rebellauerat Chaldæis.

m Humiliati ſunt. Quia fuit captus & excoculatus, vt habetur. 4. Regum. 25.

n Et incuruabitur altitudo uirorum. Quia viri bellatores fuerunt occiſi & captiuati.

o Exaltabitur autem ſolus dominus in die illa. Id eſt tunc apparebit eius potentia in puniendo peccatore. Ideo ſubditur:

p Quia dies domini exercituum. Id eſt tempus vindictæ eius.

q Super omnem ſuperbum. Id eſt corde elatum.

r Et excelſum. Scilicet ex ambitione.

s Et ſuper omnem arrogantem. Id eſt ſuperbè loquentem contra Deum.

t Et ſuper omnes cedros Libani ſublimes et erectas, et ſuper omnes quercus Baſan. D Id eſt machinamenta ex talibus lignis non potuerunt eos defendere.

x Et ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos. Id eſt fortalitia in rupibus & locis quaſi inacceſſibilibus deſtruentur per reges Babylonis, quantumcunque ſint fortia in muris. Ideo ſubditur: Et ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum &c.

a Et ſuper † humili

## NICOLAVS DE LYRA.

b Et repleta eſt terra eius idolis. Hic tangitur peccatum eorum multiplicis idololatriæ. & quantùm ad idolorum fabricationem, & quantū ad venerationem. ideo ſubditur:

c Opus manuum ſuarum adorauerunt. Et ſubditur:

d Et incuruauit ſe homo. Idolis inclinando. Omnia enim iſta peccata multiplicata fuerunt inter Iudæos ante captiuitatem Babylonicam, vt patet.

## MORALITER.

✱ a *Et innumerabiles quadrigæ eius.* Id eſt ſummarij propter ſupellectilis abundantiam.

b *Et repleta eſt terra eius idolis.* Id eſt paſtoribus fictis, ſecundū illud Zachari. 11. d. O paſtor et idolum derelinquens gregem.

c *Opus manuum ſuarum adorauerunt.* Scilicet illi qui eos elegerunt.

d *Et incuruauit ſe homo.* à rectitudine rationis.

e *Et humiliatus eſt vir.* Id eſt electus à ſtatu virtutis.

f *Non ergo dimittas eis.* ſine debita punitione.

g *Ingredere.* Deſcripta culpa, hic ſubditur medela, cùm dicitur: Ingredere in petram. Id eſt Chriſtum, per pęnitentiam recurrendo ad ipſum.

h *Abſcondere in foſſa humo.* Id eſt in carne Chriſti confoſſa clauis et lancea.

i *A facie timoris domini, & à gloria maieſtatis eius.* ſcilicet in iudicio finali, in quo Chriſtus apparebit in maieſtate.

l *Oculi ſublimis hominis humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorum.* id eſt ſuperbi tunc humiliabuntur.

p *Quia dies domini exercituum ſuper omnem ſuperbum.* ſcilicet corde.

r *Et excelſum.* id eſt abutentem poteſtate.

s *Et ſuper omnem arro.* locutione.

t *Et ſuper omnes ce.* id eſt principes ſuperbos.

u *Et ſu. omnes quercus Baſan.* i. ſuper luxurioſos. eò quòd Baſan, interpretatur pinguedo.

x *Et ſuper omnes mon. ex. & ſuper omnes colles.* id eſt ſuper prędatos maiores et minores ſuperbos.

 ✱ a *Et ſuper*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et ſuper omnem tur.* Ad literam. Venientibus Romanis, & E turres & muri funditus euerſi ſunt. Allego. Quia qui vita & virtutibus eminebāt, vel pręeminere debebāt, in illa die ſubuertent. Turris, vel ad munitionē vrbis eſt, vel ad ſpeculū fit, Hāc cōputatis ſumptibus debemus ædificare oēs. Sed ſi ſuperbierit, cadet ſup eū à quo ædificata fuit: ſicut illa in Siloa vel Ieruſalē q̄ 18. hoies interfecit. Muri eccleſiæ, ſapientes viri & oī rōne firmati, ne dogma peruerſum prævaleat veritati, vnde dominus ad Ieruſalem loquitur: Super manus meas depinxi muros tuos.

Allegoriè

Iſa. 49. d. ſecundum LXX.

b *Naues.* Habuit Ioſaphat naues quas mittebat in Tharſis, ſed cōtritæ ſunt in Aſiōgaber. Habuit & Salomon naues q̄ ibant in Tharſis, & reuertebant̄ cū argento & auro, & ebore & ſimijs. Sed q̄a vterq; peccauit, alius voluptate Gētiliū fęminarū, ali⁹ regis Samarię ſocietate: vterque ad ethnicos referī & hęreticos, in q̄bus fulgor tm̄ eloquētiæ & ſenſus diabolica arte cōſtructus, & ſermo mortuus: q̄d ſignificaī in ebore, & ſimilitudo humanę rōnis, quā veneramur in ſimijs. vñ: In ſpū vehementi cōteres naues Tharſis. Sūt & naues bonę, de quibus dicitur: Qui deſcendunt mare in naui. &c.

2. Par. 20. g. Ibidē. 9. e. 3. Reg. 11. a. Pſal. 47. b. Pſal. 106. e.

c *Tharſis.* Cuiuſlibet maris. Heb. n. quodcunq; mare Tharſis appellā, & quaſcunq; cōgregationes aquarū maria. Iuxta illud: Congregationes aquarū appellauit maria. Sicut narrat Ioſephus, aduenientibus Romanis, qui in portiōus erant cōprehēſi ſūt, & naues eorū ſuccēſę. Heb. putāt lingua ſua mare pprię Tharſis appellari. Si aliter dr, Syrum eſt.

†Inf. 31. d. Gene. 1. b. Ioſephus † omnia

d *Loca manis.* Alleg. Human⁹ ſermo rōnabilis vī, ſi nō ſit diuinę ſciētię cōparatus. Cum autē mendacium veritati, quaſi ſtipula igni appropinquauerit, voratur & deperit: & dogmata falſitatis quę idola vocātur, ab eo quoq; quo conficta erāt, penitus conterentur.

Allegoricè F † ſcisſuras

e *Et idola pe.* Hoc ī captiuitate Chaldæorum, qñ Iudæorum idola comminuta ſunt, & in Babylonē aſportata metalla. In vltima enim captiuitate nō leguntur Iudæi idola coluiſſe. Ideo commiſtum de vtraq; & de die iudicij cum dicat hoc ſpecialiter ad priorem ſenſum referendum eſt. Beda Ædificauit Salomon rex in Ieruſalem Aſtaroth idolum Sydoniorum &c. vbi (ni fallor) oſtenditur, quia Salomon nunquam perfectè pęnituit, quia idola quæ ædificauerat, non deleuit.

†in quo reputatus eſt ipſe

3. Reg. 11. b. Salomon non poenituit Allegoricè Eſa. 2. b.

f *In die illa.* Allegoricè. Argentum, eloquentia, aurum ſapiētia, quæ à Deo danī hominibus vt ſeruiant Deo, & de Deo loquantur: Illi verò abutuntur in idolorum ſimulatione. vnde: Dedi eis argentum & aurum: ipſi verò inde operati ſunt Baal. Cum ergo quis perterritus primum in ſpelunca pectoris ſui idola condiderit, & in voraginibus terrę abſcōderit, non audens proferre quod malè finxit, ſecundus profectus eſt vt proijciat, & in ſe eſſe non patiatur.

g *Vt ado. tal.* Non in re, ſed ſicut talpę ſimulacra gentiū, oculos habent & non vidēt. Et ſicut veſpertiliones quæ lucem fugiunt, cæca enim ſunt. Sic omnia dogmata veritati contraria: quibus proiectis, ingrediuntur qui proiecerāt in fiſſuras petrarum, & in cauernas ſaxorum, vt non in puluere & vili luto, ſed in firma ratione verſentur, & inueniant ſibi diuerſa virtutum foramina, quibus ad veritatem peruenitur.

h *Quieſcite er.* Quia hæc euenient niſi quieſcatis. Quieſcite ergo ne ſęuiatis in Chriſtum, qui purus homo videtur: quia ſpirat naribus, & viuit ſicut alij homines.

Pſal. 112. a. Ibidē. 89. a.

i *Excel. ea.* Excelſus ſuper oēs gentes dn̄s. Et ipſe fundauit eā altiſſimus. Hebræum tamen excelſum ſignificat, non excelſus. Ipſe eſt enim ipſa altitudo, non tantummodo altus.

¶Superbos.

a colles eleuatos, & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper oēm murum a

a ¶Eos qui manibus lucra ſectantur.

b c munitum, & ſup omnēs naues Thar b

a ¶Templum quod valde pulchrum, virgines & iuuenes. b ¶Humana ratione conſtructum, erigens ſe contra rationem Dei.

ſis, & ſuper ōmne quod viſu pulchrū c

a ¶Alij venunda. i. alij occiſi, alij fame mortui. b ¶Potentia, nobilitas.

d eſt. Et incuruābitur omnis ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuābitur domi- d e

a ¶Id eſt altus apparebit, vel in iudicio.

a ¶Cum dederit inimicos ſuos in captiuitatem.

e nus ſolus in die illa. Et idola penitus f

¶Idola. ¶Hoc ad vtrunque.

conterentur. Et introibunt in ſpelun- g

a ¶Id eſt latibula cordium in quibus condita ſunt. b ¶Vt abſcondant, præcipitia terræ hiantia.

cās petrarum, & in vōragines terræ à h

a ¶Immiſſa a domino. ¶Quando apparebit glorioſus qui contemnebatur.

facie formīdinis domini, et à gloria

a ¶Qui videbatur dormire. b ¶Per Romanos vel Chaldæos vel in iuditio.

maieſtatis eius: cū ſurrēxerit pērcute- i

a ¶Terræos ¶Promiſſionis. ¶Captiuitatis.

f re tērram. † In die illa proijciet homo k

a ¶Facta dogmata. b ¶Eloquentia. c ¶In quibus confidebant. d ¶Sapientiæ.

† idōla argēnti ſui & ſimūlacra aūri l

g ſui, quæ fecerat ſibi, vt adoraret talpas & veſpertiliones. Et ingreditur † fiſſuras petrarum, & in cauernas ſaxorum à facie formidinis domini, & à gloria maieſtatis eius, cùm ſurrexe- m n

a ¶Hic verſus in LXX. non habetur.

h rit percutere terram. Quieſcite ergo o p

a ¶Chriſto.

ab hōmine, cuius ſpiritus in naribus q

a ¶Quieſcite quia Deus. b ¶Secundum diuinitatem. c Creditur ab Apoſtolis & alijs ſanctis.

i eius eſt: quia † excelſus reputātus eſt r ipſe.

c Et ſuper omne quod ui. &c. *quia Chaldæi abſtulerant de regno Iudæ quicquid erat pretioſum & pulchrum.* G

d Et incurua, om. ſub ho. *i. deijcietur per captiuitatem & mortem.*

e Et eleuabitur do. *exponatur vt ſupra.*

f Et ido. pe. com. *quia Chaldæi confregerunt ipſa, portantes ſecum aurum & argentum & alia metalla, Ierem. 52. d.*

g Et introibunt in ſpe. pe. *ibi fugientes & ſe abſcondentes à Chaldæis, vt prædictū eſt. nam & ipſe Sedecias rex fugit per viā ſubterraneam, vt dictum fuit. 4. Reg. 25.*

h A fa. for. do. *ſic eſt in Hebræo, & exponatur vt ſuprà.*

i Cum ſurrex. per. ter. *ſ. Iudææ per Nabuchodonoſor, tanquā per ſuum flagellum.*

K In die illa proijciet homo. *id ar. ſui. quia plures de populo fugientes portabant ſecum talia: Sed quia propter pondus impediebātur à velocitate fugæ, proiecerunt ea ne caperentur à Chaldæis, ſicut proijciunt merces in mari, ne homines ſubmergant.*

m Vt adoraret talpas & ueſperti. *In talibus enim imaginibus per artem Necromātiæ factis dæmones aliquando dabant reſponſa.*

n Et ingredie. fiſ. pe. *Exponatur vt ſupra. quia eſt replicatio eiuſdem ſententiæ ad maiorem terrorem.*

o Quieſcite er. ab ho. *Hic conſequenter oſtendit medelam contra prædicta mala pęnæ, ceſſationem à prouocatione iræ diuinæ, maximè per peccatum idololatriæ. & hoc eſt quod dicitur: Quieſcite er. ab ho, Id eſt à Deo, eius offenſam cauendo. Scriptura enim veteris teſtamenti ſacra frequenter loquitur de Deo more humano. Et ſimiliter vocat eum aliquando hominem vel virum, & maximè, quia erat humanandus. vnde dicit: Exo. 15. a. Dominus quaſi vir pugnator. In Hebræo habetur: Dominus vir pugnator, ſine quaſi. Et ſicut ibi vocatur vir pugnator, ita hic homo iratus, quaſi ad vindictam paratus, ideo ſubditur:* H

p Cuius ſpiritus. *id eſt anhelitus.*

q In naribus &c. *Homo enim iratus emittit anhelitum fumoſum per nares.*

r Quia excel. re. eſt ipſe. *ab angelis ſanctis, qui eum ſummè reuerentur, & multò fortius debet timeri & reuereri ab hominibus cauendo ab offenſa ipſius ſecundum Hebræos litera eſt iſta. Quieſcite ab ho. cu. ſpiritus in na. eius eſt. quia in quo appretiatus eſt ipſe? & ſecundum ipſos non intelligitur de Deo, ſed de homine mortali, & ideo non eſt ponenda ſpes in eo, ſed in Deo, & hoc eſt quod dicitur: Quieſcite ergo ab homine, cuius ſpiritus in naribus eſt. id eſt qui viuit per reſpirationem aeris, & ſic eſt fragilis & mortalis ſicut alia animalia reſpirantia: quia in quo appretiatus eſt ipſe? quaſi diceret, in nihilo reſpectu Dei. Et ex hoc ſubintelligitur, quod adhuc idola quæ ſunt ab eo facta, ſunt minus appretianda, vt exponit Ra. Sa. & rationabiliter quantum ad hoc: quia effectus nō excedit ſuam cauſam efficientem, ſed magis deficit ab ea.*

¶ Ecce enim

MORALITER.

✱ a *Et ſuper omnem tur. ex.* id eſt doctorem ſuperbum.

b *Et ſuper omnem mu.* i. congregationem ſuperborum.

c *Et ſuper omnes na. Thar.* i. ſuperbientes de fortitudine claſſis.

d *Et in cur. omnis ſubli.* i. ſuperbia quocunque modo facta.

f *Et ido. pe. conte.* i. paſtores ficti & religioſi falſi.

g *Et intro. in ſpe. &c.* id eſt intrarent ſi poſſent.

K *In die il. proijci.* id eſt proijcienda cognoſcet.

l *Idola ar. ſui &c.* id eſt fictiones ſanctitatis & ſapientiæ, quas faciunt hypocritæ, ut honorentur ab hominibus parum aut nihil de cognitione ueritatis habentibus: propter quod per talpas & ueſpertiliones ſignificant. & ideo cum dicitur:

m *Vt ado.* exponendum eſt. id eſt adorare faceret, ſcilicet ſeipſum à prædictis.

o *Quieſcite.* Hic exponitur medela cōtra mala prędicta cum dicitur: Quieſci. &c. Chriſto eius offenſam cauendo.

p *Cuius ſpiritus &c.* id eſt acriter puniens peccata. Talis enim puniens fumum de naribus emittit.

r *Quia excel. &c.* ſcilicet à Deo patre, qui conſtituit eum iudicem omnium. Iohan. quinto. d. Pater non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio, qui iudicabit in forma humana glorioſa.

✱ a Ecce

NICOLAVS DE LYRA.

¶ b Et ſuper omnes na. *quia Sedeciæ & populo ſuo defecerunt uino victualia. Iere. 52. quæ ſolebant apportari in copia per naues Tharſis.*

c Et ſuper



GLOS. ORDINARIA. CAP. III.

A Ecce enim. Hucuſq; de iudicio dici putant, quod ſequitur de captiuitate ventura: quā alij ad Babylonios, alij ad Romanos referunt. Sed melius eſt cuncta referri ad paſſionem Chriſti, poſt quam omnes gratiæ donationes à Iudæis ablatæ ſunt.

Allegoricè

b *Omne robur pa.* Allego. Diuina ſcriptura, qñ attritione expoſitionis indiget, cibus eſt: qñ facilè & ſine labore ſumitur, potus. Hāc abſtulit Deus Iudæis, & dedit gentibus. vnde: Auferet à vobis regnum Dei, &c. Et alibi: Mittā famē in terram, non famē panis, neq; ſitim aquę, ſed audiendi verbum Dei. Hñt Iudæi panem, hñt & aquas: ſed ſine fortitudine vel robore. Legūt ſcripturas, & nō intelligūt: tenēt mēbranas, ſed Chriſtū ibi ſcriptū fugiunt: & lacte alunī quaſi paruuli, non ſolido cibo: q̄a fortitudinē perdiderūt, infirmi ſunt, & olera comedūt. Athletarū ſolidus cibus eſt, q vitam ſuſtentant, cor confirmat.

Matt. 21. d. Amos. 7. d. Allegoricè

c *Virum bellatorem.* Non eſt apud Iudęos qui pro lege bellet, qui ſ in eam iudicet, oēs enim vani & ſtulti ſunt.

d *Et ariolum.* Qui aliqñ vera ariolātur vt Balaam, & diuini quinq; vrbiū Paleſthinorū, quorum conſilio arca domini remiſſa eſt. Q. ēt veri prophetæ & falſi auferentur à Iudæis.

Num. 22. 1. Reg. 6. a.

e *Senem.* Quē LXX, presbyterū tranſtulerunt. Gloria ſenis canicies. i. ſapientia. de qua: Canicies hoium prudētia eſt. Solus Abrahā presbyter. i. ſenex appellatus eſt, qui paucioribus annis quā multi qui ab Adam vſque ad ſe vixit. Roboam perdidit regnū: quia presbyteros audire noluit.

Prou. 20. d. Sap. 4. a. 3. Reg. 12. b.

f *Principem ſuper quinquaginta &c.* Allego. Princeps pęnitentiæ, & eorum qui ſaluanī per pęnitentiā Chriſtus eſt. vñ dr: Quòd ſi quinquaginta viri iuſti inueniant in ciuitate, ſaluanda ſit. Iubileum quoq; quinquagenarius ſignificat, cuius Chriſtus eſt princeps, ſicut ſabbathi & aliarū ſolennitatū. vnde: Dn̄s eſt filius hois & ſabbathi. Pęnitentialis Pſalmus quinquageſimus ponitur: Miſerere mei Deus. Per quinquagenarium à parte totū intellige. Per hos, omnes principes intellige ablatos, & ideo nō eſt mirum, ſi apud eos omnis dignitas perit, quibus non conceditur bellandi poteſtas.

Allegoricè B Gen. 18. d. Matt. 12. a. Pſal. 50.

g *Prudentem.* Doctorē vel auditorem. Primus enim beatus eſt, qui ſapiens eſt. Secūdus q ſapientē audit. Prudētē LXX, auditorē: q in eccleſia neceſſarius. Vñ ſacerdotes olim cōſtituti ſunt, q diſcernerēt quo ſpiritu prophetæ loquerentur.

h *De ar.* Ipſe Chriſtus fabri filius dicitur: & in Paralipomenon vallem artificū legimus. Ibi quippe erant artifices quos non inflabat ſcientia, ſed humilem Chriſtum ſequebantur. vnde: Ego ſum minimus Apoſtolorum.

Matt. 13. g. Allegoricè 1. Para. 4. e. 1. Cor. 15. b. † ppona 3. Reg. 12. b.

i *Et dabo puero.* Cū cętera in pſona † ſua dixiſſet, ſubitò inducit dn̄m loquentē, p maiori autoritate, Dabo &c. Talis fuit Roboā q ſecutus eſt conſilia iuuenū, cū quadraginta duorū annorū regnū cepiſſet: Salomō aūt 12. annorū, nec tñ iuuenis dictus eſt, q̄a ſapiēs. Daniel quoq; añ iudiciū puer, poſtq̄ iudicauit, ſenex pſbyter dictus eſt, q̄a ſapiēs. Inde prohibet Apoſtolus epm eligi neophytū, ne ſuperbiat ſicut diabolus. vnde: Videbam ſatanam ſicut fulgur, de cęlo cadentem.

Dan. 13. 1. Tim. 3. b. Luc. 10. c.

k *Eff.* LXX, illuſores. Quales. ſ. illuſerunt concubinæ Leuitæ in Gabaa effęminati delicioſi fracti in fęminas. Alleg. Magiſtri quoq; populorū illuſores ſunt, q deuorāt populū Dei ſicut eſcā panis, & peruersè ſcripturas iterpretanī. Sic & in eccleſia pp pctā ppli auferunī boni principes, religioſi, doctores, cōſiliarij, & prudētes. Cōſurgit puer contra ſenē, nulluſq; ordo honoratur. Sanctus eccleſię ſtatus confunditur.

Iudic. 19. Allegoricè

a Apprehen-

CAP. III.

a ¶Quia noluiſtis quieſcere ab homine tali, ſed fudiſtis ſanguinem iuſtum. ¶Ideo modo b ¶Cui nemo reſiſtit.

a Ecce enī dōminator dn̄s exer- a b

a ¶Ab tribubus. ¶A ſacerdotibus b ¶A principibus.

cituum auferet à Ieruſalem & à Iu- c d e

a ¶Omnia eis languida omnia infirma: quia Chriſtum occiderunt in quo ſolo confortatio.

b da vālidum & fortem: omne robur f g h

a ¶Per panem quicquid comeditur: hoc Iudæis ſic ablatum, ſit dominus, vt & ſlios deuorarent. ¶Qui de cęlo deſcendit, qui confirmat cor hominis. b ¶Per aquam quicquid bibitur. ¶Qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterum.

pānis, & omne robur aquæ, & for-

a ¶Vt nemo poſſit reſiſtere hoſtibus viſibilibus ſiue inuiſibilibus, qui vſque hodie ſequitur b ¶Quia Romanos iudices poſt captiuitatem habuerunt.

c tem & virum bellatorē, & iudicem i k

a ¶Iam nō eſt propheta & nos nō cog. amplius. ¶Moribus.

d e & prōphetā & ariolum & ſenem: l m n

a ¶Quinquageſimum caput accipiunt Leuitæ ianitores.

f Principem ſuper quinquagintā & o p

a ¶Qui ſola vultus reuerentia ſoiet honorari. b ¶Vt inconſulte omnia perficiant.

honorabilem vultū, & conſiliariū q

a ¶Principem artificum, vt fuit Beſeleel. b ¶Quibus perditis omnis ędificandi gratia ad eccleſiam tranſlata eſt. vnde. Sicut ſapiens architectus fundamentum poſui. c ¶Q. i. exercitatus ſit in lege & euangelio.

g h & ſapientem de architectis, & pru- r s

a ¶His ablatis quos dederam.

i dentem eloquij myſtici. Et dābo t

a ¶Moribus, non ætate. b ¶Væ ciuitati, cuius princeps iuuenis eſt, & princeps mane comedit. c ¶Laſciuos, imbelles.

k puerōs principēs eorū, & † effœmi- u

enim Ieruſalem, Circa primum præmittitur pœna tranſmigrantium. & ſecundò ſubditur pœna remanentium, ibi: Et dabo pueros &c. Circa primum dicitur: C

a Ecce enim dominator. *quantum ad actum gubernandi.*

b Domi. *quantum ad poteſtatem.*

c Exercituum. *id eſt angelorum qui ſunt executores diuinæ voluntatis.*

d Auferet. *per Chaldæos in hoc ſibi miniſtros.*

e A Ieruſalem & à Iuda validum. *quantùm ad agilitatem membrorum.*

g Et fortem. *quantùm ad robur.*

h Omne robur panis & omne robur aquę &c. *Quia in Ieruſalem obſeſſa à Chaldæis defecit omnino cibus et potus. vnde deberet robur bellatorum ſuſtentari.*

K Et iudicem. *id eſt iudices ad quos referebantur caſus varij in Ieruſalem de alijs ciuitatibus.*

l Et prophetam. *id eſt prophetas falſos qui decipiebant Sedeciam regem & populum, aſſerentes quòd non traderentur in manu regis Babylonis, vt habetur Ieremi. 37.*

m Et ariolum. *id eſt ariolos, qui immolando dæmonibus in aris diuinabant.*

n Et ſenem. *quia Chaldæi non deferebant ætati aut dignitati. ideo ſubditur:*

o Principem ſuper quinqua. & hono. vul. & conſiliarium. *in agibilibus dubijs.*

r Et ſapientem de archi. *id eſt principales in mechanicis.*

s Et prudentem eloquij myſtici. *id eſt doctores magnos qui intelligebant legem & prophetas: non tantùm ſecundum ſenſus literales, ſed etiam myſticos. Quod autem de omnibus ſtatibus prædictis multi fuerunt ducti in Babylonem cū Ioachin rege Iuda, patet. 4. Reg. 24. Et dicitur illa captiuitas propriè tranſmigratio, quia Ioachin reddidit ſe regi Babylonis.*

† pueri

t Et dabo pueros principes eorum. *Hic conſequenter ponitur pœna remanentium. Et primò a tranſmigratione Ioachin vſque ad deſtructionem ciuitatis ſub Sedecia, ſecūdò ſuper deſtructionem, ibi: Apprehendet. Circa primum ſciendum, quòd tunc populus remanens fuit peſſimè gubernatus: propter quod in populo ſurrexerunt contentiones & diuiſiones & alia miſeriæ, ita quod illi qui ducti fuerant in Babylonem, iudicabantur melioris conditionis quam illi qui remanſerant. & hoc eſt quod dicitur: Et dabo pueros principes eorum. quia poſt Ioachin prædictum regnauit filius eius, 18. annorum, & poſt illum Sedecias. 21. annorum. & ſic fuerunt iuuenes ætate, & iuniores moribus, & per conſequens fuerunt peſſimi.* D

u Et effœminati domina. eis. *quia fuerunt ignorantes, & mutabiles*

¶ ſicut

MORALITER.

✱ a *Ecce domi.* Hic propheta deſcribit magis in ſpeciali pœnam malorum Iudæorum, per quam ſignificatur punitio malorū Chriſtianorum, cum dicitur:

b *Do. ex. qu.* id eſt auferri permittet.

e *A Ieruſalem.* i. ab eccleſia metropoli & circunſtante diœceſi.

f *Validum.* ad ſuſtinendum pro iuſtitia laborem.

h *Omne ro. pa.* Id eſt ſpiritualis nutrimēti, eò quòd in ſcriptura per panem & aquam, omnis cibus & potus ſignatur.

i *Et virum bel.* contra vitia.

k *Et iudicem.* ſcilicet iuſtum.

l *Et prophetam.* id eſt prædicatorem deuotum pro ſalute animarū, & non propter quæſtum.

m *Et ariolum.* i. diuinatorem ſuperſtitioſum, in quo confidunt mali Chriſtiani. propter quod in pęnam eorum dicitur hic auferri.

n *Et ſenem.* moribus & ętate. nam in eccleſia præficiūtur iuuenes, quantùm ad vtrunque.

o *Principem ſuper quinquaginta.* id eſt dominantem quinque ſenſibus cum obſeruatione decalogi: quinquies enim decem faciunt quinquaginta.

p *Et honorabilem vultu.* id eſt verum religioſum.

q *Et conſiliarium.* id eſt confeſſorem diſcretum.

r *Et ſapientem de architectis.* Ille eſt qui diſponit opus & alij exequuntur. ideo per ipſum ſignificatur doctor ſcribendo, cuius ſcripturam alij exequuntur legendo vel prædicando.

s *Et prudentem eloquij myſtici.* i. exponere ſcientem ſcripturam literaliter & myſticè. Dictę namque perſonę pro magna parte defecerunt pro peccatis eccleſię.

t *Et dabo.* Hic ponitur mutatio quę nō eſt dexterę excelſi, cum dicitur Et dabo pueros. ſcilicet moribus, ętate, & ſcientia.

u *Et effœminati.* delicijs & laſciuia.

NICOL. DE LYRA. CAP. III.

Ecce enim do. *Hic conſequenter deſcribitur pœna comminata magis in ſpeciali. Et primò propheta oſtendit propoſitum, ſecundò ad hoc inducit exemplum parabolicum, cap. 5. tertiò confirmat dictum ſuum, cap. 6. Prima in duas, quia primò pœna deſcribitur. ſecundò ab ea pars populi excipitur, ſequenti ca. ibi: In die illa erit germen domini. Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur pœna in ſexu virili. ſecundò in muliebri, ibi: Et dixit dominus Deus pro eo. Prima adhuc in duas. quia primò deſcribitur pœna, ſecundò ſubditur cauſa, ibi: Ruit enim*

Diuiſio



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Apprehendet*. Ad literam. Dum Iudæi Romanorum obſidione clauderentur, in tres partes diuiſi erant. Alij templũ arcemque tenebant, alij ſuperiorem partem ciuitatis, alij inferiorem, & quos volebant, ſibi præficiebant, etiam vernaculos patrum ſuorum dicẽtes: Veſtimen. ti. eſt, prin. no. &c. rui. autem hæc ſub ma. tua. Hoc eſt victum habes & veſtimẽtum, princeps eſto noſter, dummodo à fame eruas nos, & ruina noſtra tuo ſuſtentetur auxilio.

Diuiſio Iudæorum

b *Reſpondebit*. Hoc in Hebræo nõ eſt, ſed de LXX. hoc additur. Secundum Hebræum enim ita iungitur: In die illa dicet:

Moraliter c *Non ſum me*. Moraliter. non ſtatim multitudinis iudicio acquieſcamus, ſed electi ad principatum, menſuram noſtram nouerimus, quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Multi eſurientes & nudi, cũ nec ſpirituales cibos, nec Chriſti tunicam habeant, alijs veſtimenta promittunt & alimoniam, & vlceroſi ſe eſſe medicos iactant, non timentes quod dicit: Ne quæras iudex fieri, ne fortè non poſſis auferre iniquitates.

Iaco. 4. d. — Eccle. 7. a.

d *Ruit enim Ieruſalem*. Ex perſona prophetæ. Quaſi. Ideo non inuenient qui velit eis ſubuenire, quia dominũ blaſphemauerunt, dicentes: Dæmonium habes, & huiuſmodi.

† Iurabit — Ioh. 8. f.

e *Quia lingua* Quamuis Romani quantum ad ſe pro tributo quod negabatur, in obſidionem venerunt, tamen præcipuè mors domini cauſa fuit.

f *Agnitio*. Agnoſcent, propter peccata ſua hoc contigiſſe, vel ante oculos mẽtis ſemper peccata ſua habebunt.

Moraliter g *Et peccatum*. Moraliter. Peccatũ ſuũ quaſi Sodoma prædicat nec abſcondit, qui peccati ſui exemplo tanquam fœtore alios corrumpit.

F

h *Væ animæ eo*. LXX. Væ animæ eorũ, quoniam cogitauerunt conſiliũ peſſimum contra ſemetipſos dicentes: Alligemus iuſtum, quĩ inutilis eſt nobis.

Sap. 2. c.

a Populum

## NICO. DE LYRA.

*ſicut mulieres: Vterque enim rebellauit regi Babylonis in malum ſuum & totius populi.*

a Et corruet populus. *in peccata & miſerias propter defectum regiminis, ſecundum quod dicitur Prouerb. 11. b. vbi non eſt gubernator, populus corruet.*

† teſtificabitur contra eos

b Vir ad virum. *id eſt contra virum: ideo ſubditur:*

c Tumultuabitur puer contra ſenem &c. *ſubtracta omni reuerentia & honore.*

d Et ignobilis contra nobilem. *ſubtracto timore ex defectu regentium.*

f Apprehendet enim vir fra. ſuum. *Hic deſcribitur miſeria remanentium poſt ciuitatis deſtructionem, quia illi qui euaſerant per diuerſas ſocietates, fugiebant ad loca deſerta, & erant poſiti in tanto timore & miſeria, quòd nullus volebat recipere curam reginimis alicuius turmæ ſeu ſocietatis, & hoc eſt quod dicitur: Apprehendet enim vir fra. ſuum. vt ſit ſub cura & protectione eius, ideo ſubditur:*

g Et di. ne. &c. pri. eſto. no. *qui ſumus omnibus denudati, in ciuitate enim cæcorum monoculus eſt rex.*

† malo h Ruina autem hæc. *ſ. populi noſtri.*

i Sub manu. *id eſt ſub cura tua ſit.*

k Reſpondebit. *hoc renuendo, dicens:*

l Non ſum me. *id eſt non habeo poteſtatem nec ſcientiam vos ſaluandi.*

m Et in do. mea non eſt pa. *id eſt in tanta paupertate ſum ſicut & vos, ideo nolo vobis præeſſe.*

p Ruit enim Ie. *Hic conſequenter ponitur cauſa pœnæ prædictæ. Licèt enim ſit ſuperius poſita cauſa, tamen hic replicatur & adducitur alia. Cauſa autem iſta fuit multiplicatio peccatorum, inter quæ primò ponuntur peccata contra Deum, ſecundò contra proximum, ibi: Populum meum. Circa primum dicitur: Ruit enim Ieruſalem. quantùm ad ciuitatem & populum.*

Diuiſio

G

q Et Iu. concidit. *id eſt regnum Iudæ, cuius metropolis erat Ieruſalem. Et ſubditur cauſa, cùm dicitur:*

r Quia lingua eorum & adinuentiones eorum contra do. *per hoc quod dicitur: Lingua. oſtenditur quòd erant blaſphemi. Per hoc quod autem quòd ſubditur:*

s Et adinuentiones. *oſtenditur, quòd non peccabant ex paſſione, vel ignorantia, ſed ſtudioſè, & ex certa ſcientia ſiue malitia, quod erat grauiſſimum.*

† vim faciet, vel affliget

t Agnitio vultus eorum reſpondebit eis. *Id eſt ita erunt excæcati in malis, quòd malitia relucebit in vultibus ſuis, ſicut luxuria meretricis relucet in facie eius. Et non ſolummodo in eorum vultibus, ſed etiam in verbis & geſtibus, ideo ſubditur:*

† rigeſcet, inſoleſcet

x Et peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt. *inuerecundè & publicè peccando.*

y Væ animę eorũm. *Propter culpam, & etiam pœnam ſequentem. ideo ſubditur:*

z Quoniam reddita ſunt eis mala. *ſcilicet mala pœnæ pro malis culpæ. Veruntamen quia qui fuerunt iuſti, inuenerunt tunc Babylonios propitios, vt patet de Ieremia, Ieremiæ. 40. ideo ſubditur:*

a Dicite iuſto quoniam bene. *ſcilicet ſibi erit.*

b Quoniam fructum adinuentionum &c. *Id eſt retributionem bonorum ſuorum percipiet. Et contrarium dicitur de impio cùm dicitur:*

e Væ impio in malum. *Et patet ſententia.*

a Populum

---

(Textus)

a ¶Tunc. b ¶Vbi non eſt gubernator, corruit populus.

nati dominabuntur eis. Et † corruet populus, vir ad virum: vnuſquiſq; ad proximum ſuum. † tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem ſuum, domeſticum patris ſui, & dicet: Veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſter: ruina autem hæc ſub manu tua. † Reſpondebit in die illa dicens: Non ſum medicus, & in domo mea non eſt pãnis, neque veſtimentum. Nolite conſtituere me principem populi. Ruit enim Ieruſalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum & adinuentiones eorum contra dominum: vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Agnitio vultus eorum † reſpondebit eis, & peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Væ animæ eorum, quoniam reddita ſunt eis mala. Dicite † iuſto quoniam bene, quoniam fructũ adinuentionum ſuarũ comedet. Væ impio in † malũ: Retributio

(Gloſſæ interlineares:) ¶Contra. — a ¶Contra. b ¶Quem debet diligere ſicut ſemetipſum. — a ¶Sine ratione. b ¶Ætate vel moribus. — a ¶Genere vel vita. — a ¶Alij alios non communiter eligunt. — ¶Etiam. ¶Vernaculum. — ¶Ideo. — a ¶Penuria. b ¶Defenſione. — a ¶Electus in principem. — a ¶Non ſufficio mederi miſerijs veſtris. ¶Solus Chriſtus ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum. — a ¶Qui ſufficiat mihi & vobis. — ¶Ergo. — ¶Sine auxilio. — a ¶Beniamin. ¶Ipſa ciuitas. b ¶Iudæa prouincia. c ¶Ideo. — a ¶Crucifige crucifige eum. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. b ¶Poſſum deſtruere templum hoc manufactum. — ¶Manſuetum. — a ¶Ad iram. b ¶Reſpectum miſericordię. — a ¶Quia. ¶Qui in Chriſtum in carne videntes credere noluerunt. — a ¶Quando poſiti in miſerijs agnoſcent ſe propter necem Filij Dei hęc ſuſtinere. — a ¶Polluti Sodomitico vitio vel officio. b ¶Clamantes: Crucifige eum. ¶Inuerecunde. — a ¶Secunda poſt naufragium tabula eſt, impietatem abſcondere. b ¶Ergo. — a Non ſolum corpori. b ¶Quaſi: Merito ſuo puniuntur. c ¶Pro peccatis. — a ¶Sua. b ¶Lectores: Laudate iudicium domini & iuſtitiam. c ¶Chriſto cui iudicium eſt datum. — a ¶Iuſte iudicauit. b ¶Mercedem. — a ¶Quę ſeminauerit homo, hęc & metet. ¶Impius. — a ¶Iuſte bene, quia impio vę malum quia iniquo vę ſemper durat. b ¶Tendent. c ¶Qui principem ſuum Romanę poteſtati tradidit, & ipſe ſubiacebit ei.

## MORALITER.

a *Et corruet populus vir ad &c.* Prouerbiorum. 11. b. Vbi non eſt gubernator, populus corruet.

H

c *Tumultuabitur puer contra ſenem*. quod frequenter fit in religione.

d *Et ignobilis*, moribus.

e *Contra nobilem*. id eſt bene morigeratum.

f *Apprehendet enim vir fratrem ſuum &c.* Sequitur: Et dicet veſtimentum eſt tibi: princeps noſter eſto. Sic eliguntur modò præſidentes in eccleſijs communiter, ſcilicet ratione propinquitatis, ſanguine vel natione. Quod notatur cùm dicitur: Appprehendet vir fratrem ſuum &c. Vel ratione lucri temporalis: quod notatur cùm dicitur: Veſtimentum tibi eſt.

K *Reſpondebit que*. Id eſt debet reſpondere.

i *Non ſum medicus*. Id eſt habens ſcientiam animas medicandi.

m *Et in domo mea non eſt panis*, ſcilicet ſacræ ſcripturæ, quo poſſem ſubditos paſcere.

n *Neque veſtimentum*, ſcilicet virtutum.

o *Nolite conſtituere me*. uobis paſtorem. Sed omnes quantancunque defectuoſi reſpondent ſicut rhamnus, Iudicum. 9. b. Si uerè me regem conſtituitis, uenite, & ſub umbra mea requieſcite.

† iuſtus ſi fuerit bonus, tunc

p *Ruit enim Ieruſalem*. Hic conſequenter ponitur cauſa dictæ punitionis, quæ fuit peccatum contra dominum, ideo ſubditur:

r *Lingua eorum &c. cõtra do.* blaſphemãdo.

s *Et adinuentiones eorum*, ad nouitatem malorum ſtudendo.

t *Agnitio vultus eorum*. id eſt eorum malitia aperta in modo & uerbo.

u *Reſpondebit eis*. pœnam debitam ſuſtinendo, ideo ſubditur:

y *Væ animæ eorum*. quod eſt comminatio æternæ pœnæ.

a *Dicite iuſto &c.* ſuppie erit ſibi in retributione.

c *Fructum adinuen.* quæ ſunt in bono.

d *Comedet*. in beata fruitione.

e *Væ impio in*, ſcilicet in pœna gehennæ.

a Populum



a *Populum me. &c.* Caueamus ne ſimus exactores in populo, ne iuxta impium Porphirium matronæ & mulieres ſint noſter ſenatus, quæ dominentur in eccleſijs, & de ſacerdotali gradu fauor iudicet fęminarum.

A

Porphirij Eludatio — Iere. 6. d. — Ezech. 11. d. — Ioh. 14. a.

b *Et viam greſ. &c.* Interrogate quæ ſit via bona, & ambulate in ea. Sed ſi errauerimus, audiamus dominum in Ezechiele dicẽtem: Dabo eis viam alterã. De qua: Ego ſum via veritas & vita.

c *Stat ad iudicandum*. Iam quaſi iratus. Non ſedet paratus vnicuique reddere ſecundum opera ſua. Vel, Non ſedet adhuc vt in pſenti iudicet, ſed ſtat, conſiderans & diſcernens oĩum opera, quaſi adhuc penitentiæ locus eſt, & ſpatiũ reſeruat. Populus qui pp imperitiam, & ſimplicitatem deceptus eſt, adhuc vocatur, vt ſaluetur. Nõ ſedet dñs quaſi iudicans, ſed ſtat ad iudicãdũ, volens populum ſtare, cuius via diſſipata eſt. Cõtra principes & præsbyteros venit, ut iudicet, dans eis locum defenſionis. vnde: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, &c.

Pſ. 50. a. d *Vos enim depa*. Iero. Reor hoc fuiſſe inter ſenes & principes veteris populi, qđ inter presbyteros & epiſcopos noſtri temporis.

Pſ. 79. a. — Infra 5. b. e *Vineam me*. Vineam de Ægypto tranſtuliſti. Vinea domini Sabaoth domus Iſrael eſt.

f *Quare atteritis popu. meum*. Noſtri quoq; principes cùm pauperes delinquentes publicè arguant & confundant, diuitibus peiora peccantibus nec nutum faciunt. In quorum domibus rapina pauperum, dum eccleſiæ opes ſibi theſaurizant, & in delicijs abutuntur. Quæ ad ſuſtentationem pauperum dantur, & ſibi reſeruãt, vel propinquis diſtribuũt, & aliorum inopiam, ſuas vel ſuorum diuitias faciunt.

g *Pro eo q ele*. Hoc ad vxores ſcribarũ, & Phariſęorum præcipuè, & ad alias quoq; põt referri, ob quarum delicias & luxum, viri earum pauperes expoliabant. Ne ſe ergo immunes exiſtimarẽt à peccato, dicit dñs: Pro eo &c. Moraliter. Pro eo qđ ele ſunt. Corripiũtur animæ quæ in ſuperbiã eriguntur, et non virilẽ duritiam, ſed diſſolutionem fęmineam ſectantur, & perdunt ornamẽta virtutum, quæ torquibus, monilibus, armillis & huiuſmodi deſcribũtur. Cõtra quoque fœminas hæc dicũtur, quæ ambulant extento collo, nutu, ſignisq; loquuntur.

B — † confundita — Moraliter

Matt. 10. a. h *Decaluabit*. Quod occultum eſt patebit, & fœda caluicies apparebit. Nihil enim opertum eſt, quod non reueletur.

i *In die illa*. ſ. Babylonicæ captiuitatis. Vel verius quando capti ſunt à Romanis, & omnia ornamenta perdiderunt. Siue metaphoricè mulierum. i. vrbium ornamenta deſtructa ſunt, quæ in plateis, porticibus, foro, & gymnaſijs, & in mœnibus publicis. Moraliter quoque ad animam hæc referimus.

Moraliter — † nates — Deu. 29. a.

K *Calceamentorum*. Quæ in ſolitudine nõ ſunt attrita, ſed ita vt extraxerunt de Aegypto, per quadraginta annos in deſerto habuerunt. His calceantur q agni carnes ſunt comeſturi. Calceati pedes in præpara. Euãgelij pacis. Calceamentorum. Hæc durare non poſſunt, ſi extento collo ambulatur. Si pedibus veſtimenta trahuntur, vt pro munditia matronali terræ ſpurcitia vertatur.

Exo. 12. b. — Ephe. 6. c.

a Annulos

## NICOLAVS DE LYRA.

a Populum meum. *Hic conſequenter ponuntur peccata contra proximum cùm dicitur: Populum meum exactores ſui. id eſt ſuperiores qui erant tyranni non principes.*

b Spoliauerunt. *Bonis ſuis.*

c Et mulieres dominæ ſunt eis. *Quia pertrahebant viros, vos ad idololatriam.*

C

d Populę meus &c. *Iſti erant falſi prophetæ promittentes eis proſpera, ex quorum promiſſione populus rebellauit regi Babylonis, & ſic cum ciuitate periit. Et quia hoc factum fuit iudicio diuino. ideo ſubditur:*

f Stat ad iudicandum do. *i. ad punitionem malorum paratus. Et quia iſta mala erãt principaliter ſuperioribus, vt dictum eſt, ſequitur:*

† populi mei exactores poeti ſunt.

g Do. ad iudi. *ſ. vt iudicet eos de ſuis tyrannidibus, ideo ſubditur verbum ipſius Dei ad eos dicentis:*

i Vos enim depaſti eſtis, *i. populum Iſrael, qui dicitur vinea domini infra ca. 5. b. cuius bona deuorabant principes, & populus remanebat pauper & nudus. ideo ſubditur: Et rapina pauperis in domo veſtra.*

K Quare atteritis populum meum. *Angarijs, & iniurijs.*

† ductores tui

l Et facies paupe. con. *i. macie attenuatis, quia intantum rapiebant bona populi, quòd non remanebat ei ſufficientia victus.*

m Et dixit do. *Hic conſequenter deſcribitur pœna in ſexu muliebri. Et primò quantum ad ſubtractionem ornamentorum. ſecundò quantum ad mortem virorum, ibi: Pulcherrimi quoque viri. Circa primum præmittitur inſolentia mulierum, cùm dicitur:*

Diuiſio

n Pro eo quod eleua. *Elatione mentis.*

o Et ambu. exten. col. *Quod eſt indicium interioris elationis.*

p Et nutibus oculorum ibant. *Impudicè reſpiciendo.*

q Et pla. *Diſſolutè ludendo.*

r Et am. *Curioſè & laſciuè incedendo, per quæ prouocabantur homines ad luxuriam, ideo ſubditur pœna debita, cum dicitur:*

t Decal. do. *Auferendo naturale ornamẽtum: qꝛ crines à natura dati ſunt mulieri in ornatũ.*

u Stat ad. *Declarando falſitatẽ capillorum extraneorum ad compoſitionem capitis additorũ.*

x In die il. *ſ. diuinæ punitionis.*

y Auferet do. *Quia mulieres ſotularibus curioſis vtebantur.*

D

z Et lunu. *i. inciſiones ad modum lunæ factas in ſotularibus, ut dicunt aliqui. Alij verò dicũt, quòd lunulæ erant quædam paruæ bullæ aureæ dependentes circa collum.*

e *Væ qui di. &c.* Hoc ſpecialiter, cõtra Iudæos qui Barrabam elegerũt. Chriſtum condemnauerunt. Generaliter ad omnes qui iniuſtum iuſtificant, iuſtum cõdẽnãt. Malum, tenebras, amarum, in ſimili ſignificatione & figura ponuntur. In Barraba diabolum intelligimus, de quo: Libera nos a malo. Alleg. Væ qui dicitis &c. Omnia dogmata veritati contraria, amara ſunt, veritas dulcis. Cauendum eſt ergo ne pro veritate ſequamur mendacium, pro luce tenebras. Multæ viæ videntur rectę, & nouiſſima eorum in inferno. Eſt iuſtus qui perit in iuſtitia ſua. Cui dicitur: Ne ſis nimis iuſtus. vnde: Nõ declinabimus ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Difficile n. vitamus hoc maledictum, cum malis adulemur pp potentiam, & bonos deſpiciamus propter inopiam. vnde Aquila ſignificantius: Vę qui dicitis malo, bonus es: & bono, malus es. Scribæ quoq; & Phariſæi verba ſaluatoris non recipientes, ſed traditiones hominum & fabulas aniles, fecerunt bonum malum, & malum bonũ.

Matt. 27. b. Matt. 6. b. B. Eccl. 7. a. Ibidem. Deu. 5. d. Matt. 15. a

f *Væ qui ſa. eſtis.* Deſpecta Dei ſapientia, de veſtra apud vos extollimini. Sapientia eſt diuinarum humanarumq; cognitio rerum. Prudentia tantum eſt humanarum, ſecundum Stoicos. Hæc contra ſcribas & Phariſæos, qui habent clauẽ ſcientiæ, nec intrant ad Chriſtum, nec permittunt intrare.

Luc. 11. g

a Ad

a ¶In ſe. b ¶Sanctus apparebit. ¶Sanctificetur nomen tuum. c ¶Facta.
ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia.
a ¶Tunc. ¶Illic remotis. b ¶Doctrina patris. c ¶Electi, manſueti. ¶Non hædi. d ¶Capacitatem.
a Et paſcentur agni iuxta ordinem a b
a ¶Scripturas a Iudæis deſertas. b ¶Spiritualis intelligentię.
ſuum, & deſerta in vbertatem ver c
a ¶Gentes.
b c ſa aduenæ comedent. Væ qui †tra d
d hitis iniquitatẽ in funiculis vani- e
a ¶Vinculum peccati. ¶Corrigiam ſecundum Lxx.
tatis, & quaſi vinculũ plauſtri pec- f
a ¶Væ vobis. b ¶Non, putatis iam Dei venturam, ſed prophetias fruſtra minari.
catũ. Qui dicitis: Feſtinet, & citò ve g h
a ¶Captiuitas quam prædicitis vos prophetæ. b ¶Si verum ſit.
niat opus eius, vt videamus: & ap-
a ¶Quos vos ſoli contemplamini.
propiet & veniat cõſilium ſancti
a ¶Qui modo non credimus. b ¶Conſilium. c ¶Mortificant animas quæ moriuntur, & viuificant quæ non viuunt.
e Iſrael, & ſciemus illud. †Væ q di- i
a ¶Iniuſtum. ¶Barrabam. ¶Diabolum. b ¶Iuſtum. ¶Chriſtum: Ego ſum paſtor bo.
citis malum bonum, & bonũ ma- k l m
a ¶Diabolum qui eſt nox & tenebræ, transfigurans ſe in angelum lucis. vnde: Quæ ſocietas lucis ad tenebras?
lum, ponentes tenebras lucem, n o
a ¶Chriſtum: Ego ſum lux mundi. b ¶Falſitatem.
& lucem tenebras: ponentes ama p q
a ¶Veritatem.
rum in dulce, & dulce in amarũ. r s t
a ¶Superbia cordis. u
f Væ qui ſapientes eſtis in oculis x y
a ¶Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos.
veſtris, & coram vobiſmetipſis z
a ¶Vnde ſupra: Væ qui conſurgitis mane ad ſectandam ebrietatem. b ¶Potentior iudicatur magis ebrioſus.
prudentes. Væ qui potentes eſtis. a

peccatorum, vt dictum eſt.

C f Et quaſi vinculum plauſtri peccatum. *id eſt procedendo vlterius ad peccata grauiora. Vinculum enim plauſtri eſt groſſius quam funiculus, & ſic per hanc ſimilitudinem deſignatur, q ſuperbia primò eſt occaſio peccatorum minorum, & poſtea maiorum, & ſic erat in populo regni Iudææ, intantum quod inciderat in errorem circa diuinam prouidentiam, tenendo quod Deus non haberet prouidentiam de iſtis inferioribus, nec per conſequens inferre propter ea quæ fiunt hic aliquam pęnam, ideo ſubditur,*

g Qui dicitis. *diuinam iuſtitiam deridendo.*

h Feſtinet & cito veniat &c. *propheta enim comminabatur eis pœnam à Deo inferendã pro malis ſuis. Et ipſi deridendo reſpondebant: Feſtinet & cito veniat opus eius. id eſt pęna quam comminamini nobis. quaſi dicant, non timemus eam. Vnde ac ipſis dicitur Ezech. 9. d. Dixerunt: dereliquit dominus terram, & non videt nos. Et ex hoc errore ceciderunt vlterius in aliud malum, dicentes quod cultus diuinus non erat alicuius valoris hominibus. Hoc enim ſequebatur ex eo, q ponebant Deum non habere prouidentiam de humanis actibus: & econtrario cultum idolorum dicebant eſſe bonum, quia in illis dabantur aliquando reſponſa hominibus de agibilibus, & tãquam eſſet ibi aliquid numinis habens prouidentiam de actibus humanis. & hoc eſt quod dicitur,*

† 1. pergitis in iniquitate,

i Væ qui dicitis malum. *id eſt cultum idolorum.*

† 11. q. 3. Væ q dicitis.

K Bonum. *i. vtilem hominibus.*

l Et bonum. *ſ. diuinum cultum, qui eſt bonus ſecundum veritatem.*

m Malum. *i. eſſe nullius vtilitatis.*

n Ponentes tenebras. *erroris.*

o Lucem. *ſcilicet veritatis.*

p Et lucem. *ſcilicet fidei.*

q Tenebras. *eſſe ignorantiæ.*

r Ponentes amarum. *id eſt idololatriam, quę ducit ad gehennæ amaritudinem.*

D

s In dulce. *tãquam per eam homo conſequatur optatum finem.*

t Et dulce. *id eſt ipſam latriam quæ coniungit ſummo bono.*

u In amarum, *quod ſit ibi labor inutilis & expenſæ, & ex hoc ſequebatur, quod iſti ſic errantes ſuam ſcientiam præferebant notitiæ prophetarum contrarium aſſerentium, ideo ſubditur,*

x Væ qui ſapientes eſtis. *id eſt cognoſcentes diuina, non ſecundum veritatem, ſed tantum ſecundum opinionem veſtram, ideo ſubditur,*

y In oculis veſtris. *ſ. & ſicut ſe æſtimabant ſcientes circa diuina, ita & circa humana falsò tamen, ideo ſubditur,*

z Et coram vobiſmetipſis pru. *Prudentia enim eſt propriè circa agibilia humana. Ex prędictis autem erroribus ſequebatur, q abſq; vllo timore implicarent ſe peccatis carnalibus, ideo ſubditur,*

a Væ qui potentes eſtis ad bibendum. *De hoc enim iactabant ſe, q vnus poterat tantum bibere, quantum plures alij: & ſic poterant eos inebriare.*

a Qui

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et paſcentur agni. *id eſt comedentur agni filiorum Iſrael ab hoſtibus, vt ponunt doctores noſtri.*

c Et deſerta in vbertatem ver. adue. come. *hoſtes ſcilicet, quia non ſolum comederunt Babylonij animalia Iudæorum, ſed etiam terræ naſcentia. Ra. Sa. ad contrarium ſenſum exponit iſtam literam ſic: Et paſcentur agni, id eſt iuſti, quia filij Iſrael ducti in Babylonem habebant victũ ſufficientem ſecundum ordinem ſuum, id eſt ſecundum ſui ſtatus decentiam. Hoc de Daniele patet & ſocijs eius, Dan. 1. & de Ioacim rege, 4. Regum vlt. Et idem eſt dicendum de alijs iuſtis ſaltem pro maiori parte. Et deſerta in pinguedinem verſa, id eſt domos peccatorum pinguibus plenas. Aduenæ comedent, id eſt iuſti de Iſrael inter Gentiles, vt aduenæ habitantes. Sed melius videtur intelligi de filijs Iſrael reuerſis de captiuitate Babylonica, vt ſit ſenſus: Deſerta in pinguedinem verſa, id eſt fructus terræ Iſrael, quæ fuit deſerta tempore captiuitatis, quia manſit inculta: & ideo quando incepit coli à reuertentibus de captiuitate, protulit fructus vberiores, & meliores. Aduenæ comedent, id eſt filij Iſrael de captiuitate reuerſi, qui fuerant aduenæ in Babylone.*

d Væ qui trahitis iniquitatem. *Hic conſequenter propheta arguit populum de peccato ſuperbiæ, quæ trahit hominem ad alia peccata, ſecundum quod dicitur Eccl. 10. b. Initium omnis peccati ſuperbia. Et hoc eſt quod dicitur: Væ qui tra. ini. vobis aggregando eam.*

e In funiculis vanitatis. *id eſt ſuperbiæ, quæ eſt occaſio omnium aliorũ*

pecca-

## MORALITER.

a *Et paſcentur agni.* ideſt innocentes, in paſcua cęleſti.

b *Iuxta ordinem ſuum.* ideſt ſecundum qualitatem meritorum.

c *Et deſerta in vbertatem verſa aduenæ comedent.* ideſt ſcripturam veteris teſtamenti à Iudæis quantum ad intellectum ſanum deſertam, Gentiles comedent per ſpiritualem intelligentiam. Conſequenter arguitur ſuperbia malorum Chriſtianorum, cum dicitur,

d *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Superbia namq; trahit poſt ſe multa peccata: propter quod dicitur initium omnis peccati, vt dicitur Eccl. 10. b.

g *Qui dicitis.* deridendo pęnas ſcriptas & prædicatas pro peccatis reddendas.

h *Feſtinet & cito veniat opus eius, vt videamus, & appropiet.* Peccatores enim obſtinati non timent talia.

i *Vę qui dicitis bonum malum &c.* Hoc enim faciunt aduocati mali, falſas cauſas ſcienter ſuſtinendo, & legitima impugnando.

x *Vę qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.* Iſti ſunt vani doctores relinquentes vtilia, & curioſa docentes.

a *Væ qui potentes eſtis.* iſti ſunt ebrioſi.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Ad bibendum vinum &c.* Allegoricè. Vinum, quodlibet vitium. Ipſi enim ebrij inebriant populos, vt bacchantes contra dominum clament. Sacerdotes ingreſſuri tabernaculũ non debẽt vinum bibere & ſiceram, nec Nazaræi, quibus nec vua paſſa, nec acetum ex vino datur. Vnde: Noli vinũ dare regibus, ne forte obliuiſcantur ſapientiam, ne qui plus poſſunt cæteris vitijs & ira præcipuè ſubiectis noceant. Miſcet autem ſiceram, qui cum ebrietate plenus ſit, vmbras quaſdam & imagines virtutum mentitur.

E | *Allegoricè.* | *Leu.10.b* | *Num.6.a* | *Pro 31.a*

b *Ebrietatem.* Vinum continet vnum vitium. Ebrietas (quæ Hebraicè ſicera) ſignificat omnia quæ ſtatum mentis euertunt. Ex abundantia panis & vini peccatum Sodomorum creuit. *Sup.40.b*

c *Qui iuſtificatis impium pro muneribus.* Supra dictum eſt, quia pro vuis attulerũt ſpinas, & fęnum, & ligna, & ſtipulas, & vepres arſuros: quia non tantum iſta fecerunt, ſed & legem abiecerunt, & eloquium Dei blaſphemauerunt. De quibus: De Sion exibit lex, & verbum domini de Ieruſalem. *Sup.2.a* | † q ſquilias flamma

d *Radix eorum.* Praua cogitatio, ex qua procedit opus tanquam germen. Vnde Apoſtolus: Ne qua radix amaritudinis ſurſum germinans, &c. *Heb.12.d*

e *Ideo iratus.* Notandum, quòd non exprobrat idololatriam & cætera peccata, ſed quòd abiecerunt legem euangelij, & blaſphemauerunt ſanctum ſermonem domini. Qui iratus fuerat contra principes & potentes, qui erant ſapiẽtes ſibi & munera ſequentes: quos deuorauit lingua ignis, vt potentes potenter tormenta patiantur. Iratus eſt. Non quòd humanis ſubiaceat paſſionibus: ſed qui delinquimus, niſi dominum iraſcentem audierimus, nõ timemus. Vnde: Patientia Dei ad pęnitentiam te adducit: tu autem ſecundum duritiam tuam & impęnitens cor theſ. tibi iram in die iræ. *Blaſphemia non idololatria Iudæis improperatur.* | *Sap.6.a* | † populum ſuum | *Rom.2.a*

F

f *Et percuſſit &c.* Futura quaſi præterita dicit prophetali certitudine. vnde: Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea po. &c. *Pſal.68.c*

g *Et ſibilabit ad eum de finibus terræ &c.* Hebræi hunc locum de Babylonijs intelligunt: Nos autem conſequentia attendentes Romanos intelligimus, qui in finibus terræ commorantur. Vnde Italia, eò quòd ibi Heſperus occidat, olim dicta eſt Heſperia. Si enim de Babylonijs ſermo eſſet, prophetali cõſuetudine dixiſſet: Vocabo eum qui eſt ab aquilone, eò q iuxta Iudææ ſitum Aſſyrij atq; Chaldæi in ſeptentrionali plaga ſint. Vel apertius Babylonios Aſſyrioſq; demonſtraſſet. † *Infra 9.c & 10.a*

a *Aſpi.*

a Draconis.
ad bibendum vinum, & viri
a In hoc fortitudinem veſtram iactatis.
fortes ad miſcendam ebrietatem.
a Iuſtitiam habere dicitis.
Qui iuſtificatis impium
a Non cauſam penſantes, ſed munera. Quod iuſte ei iudicare ut.
pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.
a Propter prędictas iniquitates.
Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam † lingua ignis, & † calor flammæ exurit,
a Ignis æterni.
ſic radix eorum quaſi † fauilla
a Opus malum.
erit, & germen eorum vt pul-
Non ſic impij non ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit &c. Et merito.
uis aſcendet. Abiecerunt enim
a Nouam ſ. euangelij. b Ideo.
legem domini exercituum, et
a Idem. Quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.
eloquium ſancti Iſrael † blaſphe-
a Propter peccata principum. b Vindicta. Domine in furore tuo arguas me. Et Ieremias: Corripe me domine in iudicio, & non in furore.
mauerunt. Ideo iratus eſt fu-
a Ante in patribus. Iacob funiculus hæreditatis eius.
ror domini in † populo ſuo, &
a Percuſſurus. b Filium. vnde: Brachium domini cui reuelatum eſt? Et alibi: Manus domini tetigit me.
extendit manum ſuam ſuper
a Populum. b Populum. Vnde. Hyperbolice pro magnitudine malorum.
eum, & percuſſit eum. Et conturbati ſunt montes, & facta
a Fruſtrata a Romanis.
ſunt morticina eorum † quaſi ſtercus in medio platearum.
Sed. Quia illi non ſunt conuerſi.
In his omnibus non eſt auer-
a Potentia percutiendi.
ſus furor eius, ſed adhuc ma-
a Tanquam adhuc percuſſura. b Quia eloquium domini blaſphemauerunt.
nus eius extenta. Et eleuabit
a Vocationis, quo congregabit Romanos contra Iudæos. b Romanorum.
ſignum in nationibus procul,
a Hoc eſt ſignum. b Inſpirabit. c Romanum exercitum congregandum.
et ſibilabit ad eum de finibus
a Percepto ſigno. b Non ſua, ſed Dei tractus potentia.
terræ: & ecce feſtinus veniet
a Hyperbolice. b Tanto itinere aliquis.
velociter. Non eſt deficiens,

b Blaſphemauerunt. *verba eorum deridendo, ſecundum quod habetur 2. Paral. 45.* G

i Ideo iratus eſt. *Hic conſequenter propheta comminatur pęnam populi ſeparatim. Et primò pęnam quę præceſſit captiuitatem Babylonis. Secundò pœnam ipſius captiuitatis, ibi: In his omnibus. Circa primum dicitur: Ideo iratus eſt furor domini. propter peccata prædicta. In populum ſuum: ideſt contra regnum Iudæ, vbi erat templum domini.* *Diuiſio.*

k Et extendit manum ſuam ſuper eum. *multipliciter affligendo populum, & principes per reges Aſſyriorum, & Babylonis ante captiuitatem Babylonicam, vt patet 4. Regum & 2. Parol.*

l Et percuſſit eum. *ſcilicet populum.*

m Et conturbati ſunt montes. *ideſt principes. nam & Manaſſes rex Iuda tunc fuit captus, & catenatus ductus extra terram ſuam per regẽ Aſſyriorum, vt habetur 2. Par. 33. Et ſimiliter Ioathan filius Oziæ per regẽ Aegypti. 4. Reg. 23.* † flammæ

n Et facta ſunt morticina eorum quaſi ſtercus in medio platearum. *quia Iechonias rex Iuda fuit occiſus, & cadauer eius extra muros Ieruſalem proiectum ſicut dixerat Ieremi. de eo. 22. cap. e. Sepultura aſini ſepelietur. & ita fuit de pluribus alijs.* † putredo

o In his omnibus. *Hic conſequenter deſcribitur pęna Babylonicæ captiuitatis, cum dicitur: In his omnibus. ideſt ex pęnis prædictis à Deo illatis.*

p Non eſt auerſus furor eius. *quia ex pęnis illis populus non fuit emendatus: ſed magis obſtinatus in malo, vt patet ex. 4. Reg. & 2. Paral. ideo ſubditur.* † contempſerunt

q Sed adhuc manus eius extenta. *ad puniendum populi obſtinationem per exercitum regis Babylonis, ideo ſubditur,*

r Et eleuabit. *ideſt faciet eleuari.*

s Signum. *ideſt vexillum, ad congregationem bellatorum.*

t In nationibus procul. *quia ex longinquis partibus venit ille exercitus contra Ieruſalem.* H

u Et ſibilabit ad eum de finibus terræ. *ideſt faciet eum venire.*

x Et ecce feſtinus velociter veniet. *quia ille exercitus quamuis fuerit valde magnus, tamen fuit in breui tempore congregatus: & citò venit ad Ieruſalem, quia non fuit impedimentum in via. Quod declarat conſequenter, di.* † ſicut enim ſto. i. faſciculus ad incendium proiectus

y Non eſt defi. neq; laborans in eo. *Ex tanta enim voluntate veniebant contra Ieruſalẽ, q quaſi non ſentiebant laborem, & ſic tollitur impedimentum laſſitudinis.*

a Non

## NICOL. DE LY.

a Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. *dando ſententiam iniquam pro eo contra iuſtum pauperem. Conſequenter propter prædicta ſubditur debita pœna, cum dicitur,*

b Sicut deuorat ſtipulam lingua ignis. *In Hebræo & in libris correctis habetur: Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis. Quando enim ignis modicum tangit ſtipulam, quaſi lambendo ſtatim exuritur. Et ſic dicit propheta, quòd pęna prædictorum peccantium citò veniet à Deo, ideo ſubditur,*

c Sic radix eorum quaſi fauilla erit. *Ideſt totaliter exterminabitur ſicut arbor, cuius radix eſt totaliter incinerata.*

d Et germen eorum. *Ideſt proles eorum.*

e Vt puluis aſcendet. *quia ſicut puluis eleuatus in aere per ventum ad alium locum diſpergitur, ſic filij eorum extra terram ſuam fuerunt ducti in captiuitatem. Cuius cauſa adhuc repetitur in generali, cum dicitur,*

f Abiecerunt enim legem domini. *eam abſque timore tranſgrediendo.*

g Et elo. ſancti Iſrael. i. *ipſius Dei: quod per prophetas eis mandabat.*

b Bla-

## MORALITER.

a *Qui iuſtificatis impium &c.* Iſti ſunt iudices iniqui.

b *Propter hoc.* Hic ponitur pęna pro prędictis, cum dicitur: Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam &c. quia prædicti malefactores ſunt digni pęna infernali, & etiam imitatores eorum. ideo ſubditur,

d *Et germen eorum.* Et ſubditur cauſa cum dicitur,

f *Abiecerunt enim legem domini*, ſcilicet euangelicam, quæ tradita eſt immediatè à domino Ieſu Chriſto, propter quod multi Chriſtiani ab infidelibus grauiter ſunt afflicti in terra ſancta, & aliis locis pluribus, prout frequenter ſuperius expreſſum eſt. Sed quoniam adhuc reſtat maior tribulatio Antichriſti tempore futura, ſequitur,

o *In his omnibus non eſt auerſus furor eius: ſed adhuc manus eius extenta.*

r *Et eleuabit ſignum in nationibus procul, &c.* ideſt eleuari permittet, ſcilicet ad congregandum exercitum Antichriſti de diuerſis partibus mundi.

x *Et ecce feſtinus veniet velociter.* nam in breui tempore vltra humanam æſtimationem aggregabitur ſibi multitudo magna & ad bellum expedita, ideo ſubditur,

y *Non eſt deficiens, neque laborans &c.*

---



a *Aſpiciemus.* Non auſi reſpicere cęlum, cuius habitatorem Deum oſtendimus.

A

## GLOS. ORDINARIA. CAP. VI.

In anno &c. Ozias ipſe eſt Azarias, qui cum temerè ſacrificium offerret, lepra percuſſus eſt. Eo regnante prædicta viſa ſunt, quo mortuo Iſaias vidit dñm ſedẽtem ſup ſoliũ excelſum. Morali. Dum eñ rex leproſus i. diabolus, regnat in nobis, nec dñm in ſua maieſtate videre, nec myſteria trinitatis poſſumus agnoſcere: ſic filij Iſrael mortuo Pharaone ad dñm potuerũt clamare. Ezechiel mortuo Phacea peſſimo principe, cadens in faciẽ excelſa voce clamat ad dñm. *4. Reg. 15. a* | *Moraliter* | *Exod. 2. b.* | *Ezec. 44. a.*

c *Rex Ozias.* Rex. ſcilicet leproſus, qui ſacerdotium vſurpauit. *2. Par. 26. c* | *Ioh. 12. f.*

d *Vidi.* Chriſtum. ſ. vnde. Ioh. Hęc dixit Iſaias, qñ vidit gloriã eius. Et Paulus in Actibus Apoſtolorum: Bene locutus eſt ſpirituſſanctus per Iſaiã: Aure audietis & nõ intelligetis, & viden. videbitis, & non perſpi. &c. Viſus eſt filius in habitu regnantis. Locutus eſt ſpirituſſanctus propter conſortiũ maieſtatis, vnitatemq; ſubſtantiæ. Deum nemo vidit vnquã. ſ. oculis carnis. Poteſt autem quis eum videre oculis cordis, ſicut vidit Iſaias. vnde: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Vel certè non in natura ſua, ſed in ſubiecta creatura viſus eſt pphetis. *Act. 28. f.* | *Ioh. 1. b.* | *Math. 5. a.*

e *Sa. ſo.* Qui videt dominum regnantem in cęleſtibus virtutibus, videt eũ ſuper ſolium excelſum & eleuatum, quæ ſunt throni & domi. &c. Moral. Daniel vidit dominum ſedentem, ſed non ſuper ſolium excelſum. Et alibi dicitur: Sedebo, & iudicabo populũ in valle Ioſaphat. Qui peccator eſt, videt dominum ſedentem in valle Ioſaphat, id eſt iudicij. Iuſtus vt Iſaias ſuper ſolium excelſum. Dum conſiderat quomodo humana diſpenſat, & pro noſtra ſalute deſcendit ad terras, vides humilem & proximum terræ thronum eius. † tribulatio | *Dan. 7. c.* | *Moraliter* | *Ioel. 3. c.*

B

a *Domus*

a Vt videtur p. o deſiderio efficiendi. b Exercitu. c Ardore præliandi.
neque laborans in eo: non dormi-
a Nocte, vt ſemper parati ſint.
tabit, neq; dormiet, neq; ſoluetur
a Vetuſtate. Plus ſolito durabunt omnia.
cingulum renum eius, neq; rumpetur corrigia calceamẽti eius. Sa-
a Qualitas armorum deſcribitur.
gittæ eius acutæ, & omnes arcus
a Non remiſſi.
eius extenti. Vngulæ equorũ eius
a Infatigabiles. b Curruum.
vt ſilex, & rotæ eius quaſi impetus
a Metaphora: Non tam ad pugnandum quam ad prædandum, & deuorandum ſicut leo veniet.
tempeſtatis. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonũ. Et fren-
a Iudæos & ſua. b Cuſtodie.
det & tenebit prędã, & amplexabitur, & nõ erit qui eruat: & ſona-
a Strepitus victorum.
bit ſuper eũ in die illa ſicut ſoni-
a Tunc. Compatiendo adiungit ſe populo ſuo propheta. Qui modo ſuperbi.
tus maris. Aſpiciemus in terram,
a Deſperatio. b Spei quam in domino habuimus.
& ecce tenebræ † tribulationis, & lux
a Tribulationis.
obtenebrata eſt † in caligine eius.

### CAP. VI.

Erat liber iſtem de hac viſione.
a Regnum peccati.
IN anno quo mortuus eſt rex
a Sub quo præcedentia ſunt viſa. b Regnante filio Ioathan qui fecit rectum in conſpec. domini. c Filium. d Quaſi regnantem. e In habitu regnantis. f Angelos in quibus ſedet, & per quos ſua iudicia decernit.
Ozias, vidi dñm ſedẽtẽ ſup ſoliũ
a Non modo in hominibus regnantem.
excelsũ & eleuatũ, & plena erat

## NICO. DE LYRA. CAP. VI.

C

IN anno. *Hic conſequenter Iſaias confirmat dictum ſuum, nam poſſet aliquis dicere, quòd verbum eius non eſſet autenticum, eo q prædicta non dixiſſet ſpirituſſanctus: propter quod in hoc capite oſtendit ſe locutum fuiſſe ſpiritu diuino. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur diuina apparitio. ſecũdò Iſaiæ legatio, ibi. Et dixi. Ad intelligentiam primæ partis ſciendum, q Iſaias viſione imaginaria vidit dominum in ſpecie cuiuſdã magni viri ſedentis, cuius ſedile erat in cęlo, & ſcabellum pedum eius in templo. ſecundum quod dicitur infrà. 61. a. Cęlum mihi ſedes eſt, & terra ſcabellum pedum meorum: & duos angelos ſtantes in vtroq; latere eius, & intellexit ſignificationẽ viſionis: aliter non eſſet viſio prophetica, ſicut Pharao qui vidit ſpicas Geneſ. 41. & Balthaſar, qui vidit manum ſcribẽtem in pariete, Danielis. 5. b. Viſione imaginaria ille dormiẽs, iſte vigilans: neuter tamen fuit propheta: ſed Ioſeph et Daniel qui viſiones intellexerũt, vnde dicitur Daniel. 10. a. Intelligentia opus eſt in viſione: ſicut diffuſius dictum fuit in principio libri Pſalmorum, ubi dictum fuit de modis & gradibus prophetiæ tanquam præambulũ ad omnes libros prophetarum. Igitur circa iſtam viſionẽ Iſaiæ q fuit intellectualis & imaginaria. primò ponitur apparitio diuina. Secundò angelica, ibi: Seraphim. Circa primam primò notatur tempus, cùm dicitur:* *Diuiſio.*

l In anno quo mortuus eſt &c. *ſecundum quod dicit Rab. Sa. Iſte non fuit annus mortis Oziæ regis, accipiendo mortem pro ſeparatione animæ à corpore, ſed annus quo fuit à Deo percuſſus lepra, eo quod voluit ſibi officium ſacerdotale vſurpare: vt habetur 2. Paral. 26. c. quia ex tunc mundo reputatus fuit mortuus, quia ex tunc habitauit in domo ſequeſtrata, & Ioathan filius eius regebat palatium, & iudicabat populum terræ, vt habetur. 4. Regum. 15. & 2. Paral. 26. Huic autẽ dicto Rab. Sa. conſonat litera ſequens in hoc ca. vt videbitur. Conſequenter ponitur ipſa apparitio Dei cum dicitur:* † in cœlis | D

m Vidi do. *ſecundum Dionyſium in 3. ca. cęleſtis hierarchiæ, angelus fuit, tamen dominus nominatur, eo quod ad repræſentandum perſonam domini apparebat, & in eius perſona loquebatur, ſicut et angelus loquens Moyſi in mõte Sinai, dominus nominatur, vt patet in Exodo pluribus locis. Quòd autẽ fuerit angelus, habetur Act. 7. e. vbi dicitur de Moyſe: Hic eſt qui fuit in eccleſia in ſolitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sinai & cum patribus noſtris, quia præcepta decalogi dedit audiente populo, vt habetur Exod. 20.*

n Sedentem. *Sedere autem propriè eſt iudicantis. illa autem apparitio fiebat ad proferendum ſententiam contra Oziam regem thurificare volentem de præſenti: quia tunc lepra fuit percuſſus, vt dictum eſt: & contra populum de regno Iudæ de futuro, vt videbitur infrà: & ideo illa apparitio fuit in effigie hominis ſedentis. Per illam etiam apparitionem in effigie hominis ſedẽtis ſignificabatur Deus homo mundus in perſona filij. Et hoc eſt quod dicitur Iohan. 12. vbi allegatur ſcriptura, quæ ponitur infrà in hoc capite, Excæca cor populi huius & cætera. Et ſubdit euangeliſta: Hoc dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo.*

o Super ſolium excelſum. *hoc eſt ſupra expoſitum.*

p Et plena erat domus. i. *templum à Salomone ędificatum: ibi enim fiebat illa viſio.*

a A maieſtate

## NICOLAVS DE LYRA.

a Non dor. *id eſt cum magna ſolicitudine feſtinationis veniet, & ſic tollitur impedimentum pigritiæ.*

b Neque ſo. cin. re. eius. *& ſic tollitur impedimentum, quod aliquando prouenit in exercitu ex diſſipatione armorum ad ſuſtinendum. Similiter & impedimentum armorum ad inuadendum, cum ſubditur: Sagittæ eius acutæ. Similiter tollitur impedimentum, quod aliquando prouenit ex defectu equorum, cum dicitur: Vngulæ equorũ eius, vt ſilex. q. d. in via non lędentur quamuis cum feſtinatione veniant.*

c Et ro. ei. i. *currus eius, in quibus pugnabant antiquitus.*

d Quaſi imp. tem. *id eſt terribiles ad modum tempeſtatis, cui non poteſt reſiſti humana virtute.*

e Rugi. eius. *quaſi dicat nõ flectetur miſericordia. vnde & rex Babylonis filios Sedechię regis occidi fecit in eius oculis, & poſtea oculos eius eruit, & nobiles de regno Iudæ captos occidit. 4. Reg. 2. vlti. Sedechiam autem excæcatum duxit ligatum in Babylonem, & populum terræ captiuum. vnde ſubditur:*

f Et fren. *per iracundiam.*

g Et te. præ. *quia nec à Deo nec ab homine fuerunt de manibus eius ſaluati.*

h Et ſo. ſu. eum in die il. ſi. ſo. ma. *quia in tanta deſtructione fuit magnus clamor & terribilis tam ex parte Babyloniorum ſe ad cędem populi exhortantium, quam ex parte morientium & aliorum in captiuitatem ductorum, ideo ſubditur:*

i Aſpi. in ter. & ec. *præ confuſione non potentes oculos ſurſum leuare, & aſſociat ſe propheta cum eis, eo quod erat pars illius populi, quamuis mortuus fuerit diu ante iſtam captiuitatem, ſcilicet tempore Manaſſe regis, vt dictum eſt ſupra, ca. 1.*

k Et lux obte. eſt in ca. eius. *quia tribulatio illius captiuitatis fuit tanta, quod tota gloria quæ fuerat in populo Iſrael, videbatur ſimpliciter extincta.*

NICO.

## MORALITER.

a *In anno quo mortuus eſt rex Ozias.* Per Oziam regem & leproſum, ſignatur diabolus, de quo dicitur Iob. 41. d. quòd ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Ipſe etiam eſt leproſus, inquantũ peccatum eius eſt incurabile. Ipſe verò fuit mortuus in Chriſti paſſione, inquantum eius poteſtas fuit notabiliter diminuta, ſicut de homine multùm deiecto dicitur, quòd ipſe eſt mortuus. Et in illo anno homo Chriſtus fuit ad dexterã patris in cęleſtibus aſſumptus: & ſic viſus à credẽtibus per fidem, & à beatis per apertam viſionem, ideo ſubditur:

m *Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & eleuatum, & plena erat domus.* ſcilicet cęleſtis.

 a A maieſtate

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Domus a maieſta.eius.* Superna eccleſia plenè cognoſcit maieſtatē eius.i.quantus ipſe eſt, q̄ non facit ea quæ deorſum.
E
Luc.12.f. Iſaiæ.24.e. Pſal.11.b. b *Seraphim.* Seraphim interpretatur incendium. De quo: Ignem veni mittere in terram &c. Et: Nonne cor noſtrum ardēs erat in nobis, cùm aperiret &c. Et eloquia domini argentum igne examinatum. Eſt ergo ſalutare incendium in ſacris ſcripturis, quibus peccata purganť. Vel initium oris, quod ſignificat linguā Hebræam, qua vetus teſtamentum ſcriptum eſt. Incēdium ergo & initium oris duo ſunt teſtamenta, quæ circa Deum ſtant, & per ea cognoſcitur.
Allegoricè Allego. Duo ſeraphim, duo ſunt teſtamenta inuicem ſe aſpicientia, per omnia.ſ.conueniētia, quibus media tātum cognoſcimus. Origenes. Duo ſeraphim dominus meus Ieſus & ſpiritusſanctus. Ne putes trinitatis † diſcindere naturam, ſed nominum ſeruantur officia. Quod Hiero. impium dicit. Quidam dicūt ſeraphim virtutes in cęlo Deo aſſiſtentes & laudantes, quæ in miniſteria mittuntur, maximè ad eos qui purgatione indigēt, & propter peccata aliqua ex parte ſupplicijs. Hiero. Cherubim, multitudo ſcientiæ, ſuper quos dominus in modum aurigæ ſedere oſtēditur. vnde: Qui ſedes ſuper Cherubim ma.co.eff.be.&. ma. Seraphim autem præter hunc locum in ſcripturis canonicis me legiſſe non memini. Errant ergo qui in precibus ſolent ſcribere: Qui ſedes ſuper Cherubim & Seraphim.
† deſignare † faciē ſuā † ſuos Pſal.79.a.

c *Stabant.* id eſt ſtāt aſſiſtentia Deo, volant demonſtrātia Deū, nudant quaſi medietatem: non manifeſtant quæ velata ſunt, non velant quæ nota ſunt.
Deu.27.a. Exo.39.b. d *Sex alæ vni.* Hier. Victorinus duodecim apoſtolos intelligit. Nos autē 12. lapides altaris quos ferrum non tetigit. Et. 12. gemmas in diademate ſacerdotis. Alas habere dicuntur angeli, quia in ſuperioribus commorātur, vel propter velocem in omnibus diſcurſum, ſicut & venti alati dicūtur.
F
e *Duabus vel.fa.* Ante hæc quæ fuerūt neſcio, ex his quæ ſunt, Deum intelligo. vnde Iſaias: Priora annuntiate mihi, & nouiſſima quæ erunt: & dicam q̄ dij eſtis. Seraphim, id eſt prædicta teſtamenta
Infra.41.f.

a ¶Eccleſia. ¶Quæ ſurſum non quæ deorſum, quam ſapiens mulier ædificat, inſipiens diſſipat. b ¶Regnante. ¶Maieſtas ſuperiora, angeli inferiora replent. c ¶Agmina angelorum vel miracula.

domus à maieſtate eius: & † eā quæ
a ¶Inferiora Deo. b Miniſterio ſuo. ¶Diuerſis donis. c ¶Id eſt eccleſiam quæ deorſum. ¶Moraliter. Fac te templum et impleaeris.

ſub ipſo erāt, replebant templum.
a ¶Duo ſcilicet, vel duo ſunt teſtamenta, quod melius eſt. Ardentes, vel incendentes amore Dei. ¶vnde: Et miniſtros ſuos ignem vrentem. b ¶Angeli ſuper eccleſiam tanquam cuſtodes. c ¶Templum.

Seraphim ſtabant ſup illud: ſex alę vni, & ſex alæ alteri. Duab. velabant
a ¶Quia quæ ante mundem fuerunt neſcimus. b ¶Dei, non ſuam.

† faciem eius, & duabus velabāt pedes † eius, & duabus volabant. Et
a ¶Poſt hæc quæ futura ſunt quis pronuntiabit. b ¶Media aperiendo. ¶Quia per duo teſtamenta ſemper ad ſuperna prouehimur.
a ¶Inuicem ſe ad laudem Dei cohortantes. b ¶Vetus teſtamentum continetur in nouo, & econuerſo.

clāmabāt alter ab alterū, & dicebāt:

† ſubiectis eius

menta duabus alis ſuis (doctrina.ſ.ſua, quæ habet alas: quia leuat ad cęlum: & duas, quia duo ſunt teſtamenta. Vel, duas alas, quia docent dilectionem Dei, & proximi) velabant faciem Dei, id eſt nihil docent quod ante mundum fuerit. Angeli quoque & prædicatores nihil inde docent, ſimiliter velant pedes.
G
f *Velabant pedes.* Quid poſt hunc mūdum futurum ſit, ignoramus: media tamen quæ ſex diebus vel ætatibus facta ſunt vel fiunt, cognoſcimus; tantum. Duabus volabant. quia de præſenti tantummodo notitiam habemus. Hier. Hebræus meus longè alia via ingreſſus eſt. Ait enim nullum prophetarum extra Iſaiam vidiſſe Seraphim circa Deum ſtantia, & nec ipſa quidem Seraphim alibi lectitari. Dehinc conſummationis & captiuitatis Ieruſalem, quæ ſub Nabuchodonoſor facta eſt, ſignū eſſe præmiſſum. Ab Ozia quippe ſub quo prophetare orſus eſt vſq; ad Sedechiā, q extremus regnauit: & q cęcus in Babyloniam ductus eſt, fuiſſe reges. 11. & duodecimum Godoliam, quem conſtituerat rex Babylonis ſuper terram, quem interfecit Iſmahel filius Nathanael inter medias epulas reliquiarum patriæ parricida. Et has eſſe. 12. alas ex quibus quatuor faciem velēt, ſicut in quibuſdam exemplaribus inuenitur, quatuor pedes contegāt. Ex his quippe duodecim regibus quatuor iuſtos tantùm fuiſſe cōſtat, Oziam, Ioathan Ezechiam & Ioſiam, qui ſublimes per ſingulas captiuitates glorificare audent dominum: Sanctus ſanctus ſanctus dominus Deus ſabaoth. Reliquos verò propter peccata faciē velare, & alios qui in captiuitatē ducti ſunt, pedum velare veſtigia. Superliminare verò ſublatū, & domū impletam fumo (ſicut ſupra diximus) euerſionē Ieruſalē & incendium templi expoſuit. Forcipem de qua altaris carbo comprehenſus eſt, & labia purgata, propriam Iſaiæ aſſerit paſſionem, quia ſub Manaſſe interfect9 eſt, & tūc verè purgatus labijs dixi ad dn̄m: Ecce ego, mitte me.
H



g *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant.* non leuiter dicunt, ſed ſalutarem omnibus confeſſionē clamore pronuntiant:

Sanctus

NICOLAVS DE LYRA.

a A maieſtate eius. *quia ab illa effigie videbatur fulgor mirabilis procedere. Sciendum quòd iſtud: Et plena erat domus eius à maieſtate, non eſt in Heb. nec in libris correctis.*

b Et ea quæ ſub ip.e.re.tem. *In Heb. habetur: Et oræ eius replebatur templum. Et accipitur hic oræ, pro finibus veſtimentorum ſeu veſtimenti ſui. Illa enim effigies apparebat quaſi induta ad honeſtatem: & finis veſtimenti deſcendebat vſque ad templi pauimentum, ſicut, communiter fit de oris veſtimentorum hominum ſedentium.*

c Seraphim. *Hic conſequenter deſcribitur apparitio angelica cum dicitur: Seraphim ſt.*a. *ſic enim apparebant tanquam parati ad miniſtrandum Deo, & exequendum eius imperium. Sciendum tamen, quòd non erant de ſuperiori ordine, qui dicitur ordo Seraphim: ſed erant de angelis qui mittuntur in miniſterium ad exteriora: nominantur tamen Seraphim ab effectu propter purgationem labiorum Iſaiæ per incendium, ſicut dictum eſt de alio angelo, q̄ nominabatur dominus, eo quòd loquebatur in perſona eius.*

d Super il. *ſcilicet ſuper templum, vt dicunt expoſitores noſtri: tamen in Hebr. habetur, deſuper ei, id eſt domino, quia ſtabant ſuper templū parati ei obſequi, ideo ſic apparebāt, quòd vnus erat ad dexteram Dei, alius ad ſiniſtram.*

e Sex alæ uni. *per alam contemplatio deſignatur, vt dicit* Greg. *ſuper Eze. Igitur per duas alas ſuperius erectas intelligitur contemplatio diuinorum, quæ ſunt ſupra naturam angelicā. per duas protenſas inferius ad cooperiendum corpus & pedes ipſorum Seraphim, cognitio eorum quæ ſunt inferiora angelis deſignatur, per duas medias ad volandum extenſas, cognitio angelicæ naturæ, ideo ſubditur:*

f Duabus uelabant. *In Hebræo habetur: Faciem ſuam.ſ.ipſorum Seraphim ſecundum Hebræos, non q̄ eſſent extenſæ ante faciem eorum, ſed ſuper capita, quaſi tranſuerſaliter & ſic velabant caput ſuperius: & per conſequens faciem quæ eſt pars capitis.*

g Et

g Et dua.ve. *In Hebræo habetur: Pedes ſuos.i.ipſorum Seraphim: quia tranſuerſaliter verſus inferiora protendebant: & ſic corpora Seraphim & pedes velabāt. & hoc ad quandā decentiā & honeſtatē. Apparebat enim in figura humana, quæ honeſtior apparet operta quàm nuda.*

h Duabus *ſcilicet alis medijs.*

i Volabant. *ad deſignādū, q̄ angeli ſemper ſunt parati ad diuina aſcendere, & ad inferiora deſcendere ſecundum domini voluntatem: ideo volatus in medio loco diſponitur, quaſi ad vtrunque paratus. Et ad melius capiendum poſui hic figuram ſecundum intentionem Hebræorum.*

k Et clamabant alter ad alterum, et dicebant, etc. *id eſt ſimul & concorditer, vel quia vnus primò dicebat, & poſtea idem alius repetebat, ſicut duo chori in eccleſia aliquando idem dicunt alternatim.*

a Sanctus

MORALITER.

a *A maieſtate eius.* nam ciues cęleſtes reficiuntur interius in aſpectu ſuæ deitatis, exterius in aſpectu ſuæ humanitatis.

b *Et ea quæ ſub ipſo erant re.t.* id eſt ſpiritusſanctus ab ipſo procedens in ſigno viſibili repleuit collegium Apoſtolorum, Act. 2.a. Et repleti ſunt omnes ſpiritusſancto &c.

c *Seraphim ſtabant ſuper illud.* ſ. templum. nam angelorum cuſtodia ſtabat ſuper Apoſtolorum collegia. Vel per templum intelligitur eccleſia: Per ſeraphim prælati, qui ſuper curam eccleſiæ debent ſtare, & non exterius euagare.

e *Sex alæ vni &c.* per quas deſignantur eorum motus ad bonum. Nam per duas alas ſuper caput erectas ſignificatur motus contemplationis in Deum. per duas protenſas verſus pedes, motus compaſſionis ad proximum. Et per duas medias, motus debitæ conſiderationis circa ſeipſum.

k *Et clamabant alter ad alterum & dicebant.* nam excitare mutuo ſe debent ad laudandum Deum trinum et vnum, ideo dicitur

ter Sanctus,



Sanctus ſanctus ſanctus, quia & ipſa.ſ.ſeraphim ſancta: Sanctius.n.his nihil eſt. Mirantur autem, quod Dei filius tātum ſe humiliauerit, & crucem ſubierit, & terrenis innotuerit.
A
a *Sanctus ſanctus &c.* Myſterium trinitatis. In vtroq; teſtamēto trinitas prædicatur, dn̄s Chriſtus.ſ. qui hic quatuor literarum eſt: quod propriè de Deo ponitur, Iod He: Iod He.i. duo ia. q̄ duplicata ineffabile nomen Dei faciunt.
† Apoc.4.c. Matth.6.b. b *Plena eſt om.ter.* Et implebitur cum hoc impletum fuerit. Fiat voluntas tua &c. Adhuc volūtas patris in cęlo eſt, q̄ in terra nondū impleta eſt: vt credatur.ſ. in terra, q̄ nondū in omni terra habuit. Primò in omni terra gloria dn̄i prædicatur, & poſtea templū fumo repletur, quia prius euangeliū toto orbe prædicatū eſt, & tunc templum à Romanis incenſum eſt, poſt 42. annos à paſſione domini.
c *Superliminaria.* In veteri teſtamēto locutus eſt dn̄s ad oſtium tabernaculi, quia nondum Introduxerat in ſancta ſanctorum. i. in cęlū, ſed Chriſto ad terras deſcendente ſuperliminare quaſi obſtaculū quoddam ſublatum eſt, & totus mundus impletus eſt fumo. i. gloria Dei. Deus noſter ignis cōſumens eſt. Sed quia totā ſubſtātiam eius capere non poſſumus, leuior quidam & quaſi rarior natura in mūdo diſpergitur quaſi fumus, quem capientes dicimus. Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus.
† 24.q.3.c. q negligit Deu.4.d. 1.Cor.13.c.
d *Pollutus.* hoc dicit pro ſocietate populi, cum quo cogebat loqui. Noxiū eſt cum peccatoribus viuere. Qui tāgit picem, coinquinabitur ab ea.
Eccl.13.a.
e *Ego hab.* Nota cum peccatoribus non eſſe morandum.
Gen.18.d. f *Ego re. &c.* Sic Abraham poſtq̄ vidit dn̄m, & vocem eius audiuit, ſe cinerē & puluerē eſſe confitetur: quia quantacunq; ſit hominum dignitas, vileſcit in comparatione eius.
B
† carbo
g *De ſe.* Seraphim per, m, in maſculino genere. per, n, in neutro gn̄e plurali dicimus. Seraphin tn̄ ſingulariter dici pōt, ſicut cherubī & cherub.
h *Et in ma.eius.* i. operatio eius. i. Chriſti. Calculus, ideſt charitas, quem forcipe, ideſt doctrina duorum teſtamētorum, de altari tulerat, & Iſaiæ in exemplum poſuerat.
i *Calculu.* LXX, carbunculus, lapis ignitus, qui propter flammeum colorem igneus dicitur.
Gen.28.c. Luc.21.a. Matt.17.d. k *Forcipe.* Hæc eſt ſcala Iacob gladius bis acutus. Hæc ſunt duo minuta, quæ mittit paupercula in Dei dona. Hic eſt ſtater duorum denariorum, qui in ore piſcis repertus pro domino, & Petro redditur. Nouum teſtamentum habens vtraque, mandata ſcilicet ſua & veteris teſtamenti, Dei ſermonem duplici acie præceptorum comprehendens.
Apoc.1.c. Pſal.17.b. Luc.12.f. Pſal.119.a. l *De altari.* Quod Iohannes vidit in Apocalypſi, quod eſt plenum calculis ignitis, quibus poſſunt peccata purgari. vnde: Carbones ſuccenſi ſunt ab eo. Et alibi: Ignem veni mittere in ter.
m *Ecce te.hoc la.tua.* vnde: Quid detur tibi, aut quid adijciatur tibi ad linguā doloſam? Sagittæ potentis acutæ cū carbonibus deſolatorijs. Hic eſt ſermo Dei, de quo dr̄: Habes carbones ignis: ſedebis ſuper eos, hi erunt tibi in adiutorium.
Ier.1.b. n *Et auferetur ini.* Ieremias qui puer erat ideo penè immunis à peccato ſolius manus attactu purgatur. Ad Iſaiam verò q dicit, vir pollutus labijs ego ſū: angelus cū calculo mittit.

a Quem

a ¶Pater. b ¶Filius. c ¶Spiritusſanctus. d ¶Non domini vnus in ſubſtantia. ¶Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

† Sanctus ſanctus ſanctus dominus
a ¶Olim notus in Iudæa Deus. In tempore gratiæ, plena eſt omnis terra. vnde. Domine do. noſter quam ad. eſt no. tu. in vni. ter. b ¶Non tantum Iudæa.

Deus exercituum: plena eſt omnis
a ¶Chriſti. b ¶Sciſſo velo. ¶Vicina templi per Romanos euerſio ſignatur. vnde: Relinquetur vo. do. veſtra deſer.

terra gloria eius. Et commota ſunt
a ¶Vt ſint altiora vnde. Tollite por. princi. veſtras. b ¶Duorum teſtamentorum.

ſuperliminaria cardinū á voce clamantis, & dom9 impleta eſt fumo.
a ¶Chriſti & ſpiritusſancti. ¶Multitudinis. ¶Transeamus ex his ſedibus. b ¶Templum. ¶Ænigmatica. ¶Iacob. c ¶Ignorantiæ & infidelitatis, vel per fumum incendium templi prædicitur. ¶Emiſſione ignis, fumus enim vapor ignis eſt.
¶Mortuo Ozia. a ¶Quia Oziam & alios liberè non reprehendi, ideo cum angelis Deum laudare non merui, & timeo ne dicatur mihi, quare tu enarras iuſtitias meas. b ¶A laude Dei, vide quātum ſe humiliat, agnoſcit peccata, ideo mundatur.

Et dixi: † Væ mihi, quia tacui: quia
a ¶Indignus laudare Deum videre. ¶Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. b ¶Sicut apoſtolis pollutis pedibus, quos dominus lauit.

vir pollutus labijs ego ſum, & in
a ¶Quibus idola laudauit. ¶Non plus quam ſe, vel minùs accuſat populum. ¶Populus impœnitens, immunditiam labiorum ſuorum neſciens non meretur purgationem.

medio populi polluta labia habentis ego habito: et regē dominū ex-
a ¶Tamen.
a ¶Cum pondere pronunciandum. b ¶Tamen. c ¶Ideſt miniſterium compleuit. ¶Sponte, quia huic mancipatus officio.

ercituum uidi oculis meis. Et volauit ad me vnus de ſeraphim, &
a ¶Purgandum. b ¶Charitas a patre miſſus eſt propter auferenda peccata. a ¶Similitudinem hominis vidit ne timeret. b ¶Ignitus ſermo Dei.

in manu eius † calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os
a ¶Duobus teſtamentis quæ ſpiritusſancti vnione ſociantur. ¶Quo a vitijs circumcidis, ne amplius immundus ſermo exiret. b ¶Quod apparuit in viſione. ¶Igne altaris purgantur labia. c ¶Calculo.
a ¶Quaſi: Ne timeatis. b ¶Igne tribulationis. ſ. vel charitatis aſſione.

meū, & dixit: Ecce tetigi hoc labia
a ¶Sic. b ¶In alios. c ¶In eos.

tua, & auferet iniquitas tua, & pec-

d Et commota ſunt &c. *quia hęc viſio facta eſt die percuſſionis Oziæ, vt dictum eſt ſupra, & tunc fuit terræmotus terribilis, ſecundum quod habetur Zach. 14.a. Et fugietis ſicut fugiſtis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iudæ: qui terræmotus factus fuit ad oſtendendum indignationem domini contra præſumptionem Oziæ. Ex illo autem terræmotu, moti fuerunt parietes templi, & per conſequens ſuperliminaria & cardines oſtiorum.*
C
e A voce cla. *quia talia fiūt in inferioribus per angelos.*

f Et dom. *ad deſignandum incendium futurū domus domini per Chaldæos, vt habetur 4. Reg. vlt.*

g Et dixi. *Hic conſequenter deſcribitur Iſaiæ legatio. Et primò deſcribitur diſpoſitio debita, ſecundò, legatio ſibi iniuncta, ibi: Et audiui. Diſpoſitio autem iſta facta eſt primò per Iſaiæ contritionem de eo quòd peccauerat per omiſſionem, ideo dicit:*

h Væ mihi quia tacui. *à reprehenſione, vel repreſſione Oziæ regis de ſua præſumptione. erat enim Iſaias de genere regio, vt dictum eſt ſupra 1. capit. & propter hoc magis poterat ad regem accedere, & defectus ſuos ſibi oſtendere, quàm alius de populo: idem peccauit hoc omittendo, ideo ſubditur,*

i Quia uir pollutus &c. *Sicut enim polluuntur labia loquendo, q̄ non decet ita etiā tacendo quod dici debet.*

k Et in medio populi &c. *non ſolum per omiſſionem, ſed etiam per commiſſionem, quia multi de populo iſto erant blaſphemi, vt dictum eſt ſupra.*

l Et regem. *ideſt angelorum.*

m Vidi ocu.me. *q.d. ex quo ſum peccator, iſta viſio non eſt mihi ad profectum, ſed ad interitum. Et ſic etiam dixerat Manue ad vxorem ſuam, Iud. 13.d. Morte moriemur, quia vidimus dominum. Secundò facta eſt Iſaiæ diſpoſitio per angelum purgantem eius peccata, hoc tamen fuit ſolum inſtrumentaliter, quia ſolius Dei eſt purgare peccata principaliter. Dicit igitur:*
D
n Et volauit ad me vnus de ſeraphim. *Per iſtum volatum intelligitur velocitas angelica ad exequendum domini mandatum, ſeu beneplacitum.*

o Et in manu eius calculus. *ideſt carbo ignitus. Calculus enim plura ſignificat. Vno enim modo ſignificat lapidem paruulum. Alio modo ſignificat numerationem, quia antiquitus ſolebant homines cum lapillis numerare. Significat etiam carbonem ardentem, & etiam quædam alia, vnde verſus: Calculus eſt ratio, numerus, ſententia, carbo. Calculus eſt pondus, minimus lapis, enſis acutus. Per calculum autem iſtum ſignificabatur prophetiæ donum tunc Iſaiæ datum.*

p Quem forcipe tulerat de altari. *ſcilicet holocauſtorum, vbi erat ignis continuus, vt habetur Leu. 6. Sciendum tamen, quòd non accipitur hic altare ſeu carbo materialiter, quia iſta fiebant viſione imaginaria, ſicut dictum eſt, quia videbatur angelus accipere carbonem de altari holocauſtorum.*

q Et tetigit os meum. *ad deſignandum purgationem peccati ſui per taciturnitatem prędictam, ideo ſubditur: Et auferetur iniquitas tua &c.*

a Et

NICOL. DE LYRA.

a Sanctus ſanctus ſanctus. *Secundum Hebræos dicitur ter ſanctus, ad maiorem diuinæ ſanctitatis expreſſionem, ſicut Ier. 22. g. dicitur: Terra terra terra, audi verbum domini, ad excitandam maiorem attentionem. Secundum verò doctores catholicos hic dicitur ter ſanctus, ad deſignandum in Deo perſonarum trinitatem, & ſubditur,*

b Dominus Deus exercituum. *ad deſignandum eſſentiæ vnitatem.*

c Plena eſt omnis terra gloria eius. *quia in omnibus creaturis relucet virtus & bonitas ipſius.*

d Et

MORALITER.

d *Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum à voce cla.* Per ſuperliminaria ſignificantur intellectus, & voluntas ſuperiores animæ potentiæ. Per cardines, electio boni & deteſtatio mali. Per vocem clamantis, vox prædicatoris, per quam intellectus & voluntas auditorum moneri debent ad eligendum bonum, & deteſtandum malum.

f *Et domus impleta eſt fumo.* quia domus conſcientiæ debet impleri fumo pœnitentiæ.

g *Et dixi. Væ mihi.* Per Iſaiam qui tacuit, donec purgatum ſe cognouit, ſignificatur prædicator, qui conſcius ſibi de peccato mortali debet à prædicatione ceſſare, donec purgatus ſit vera confeſſione, vel ſaltem contritione, aliter verbum Dei tractaret indignè, Pſal. 49. c. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iuſtitias meas &c.



h. Extera

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Quem mittam.* Non cogit, ſed voluntatem quęrit: voluntas E enim ſola præmiũ meretur. Iſaias aũt tanq̃ purgatus, offert ſe ſpontaneus. Origenes. Nota filius à patre miſſus, ſolus hic dimittit peccata, quæ dimittit tota trinitas. Qui enim in vno credit, in omnibus credit: ne putes filium quaſi minorem à patre miſſum. Simile dictum: Faciamus hominem ad imaginẽ, & ſimilitudinem noſtram. Ego & pater vnum ſumus. Vnum, propter naturam, ſumus, propter diuerſitatem perſonarum. Sic iubente domino trinitas imperat.

Gen. 1. d
Ioh. 10. f

b *Mitte me.* Putat ſe bonũ nuntiaturum, & ideo dicit: Mitte me. & ideo ſe vltrò offert. Sed quia audiuit: Dic populo huic: Auribus audietis, & nõ intelligetis, &c. cum poſtea dicatur ſibi: Clama: nõ ſtatim clamat, ſed interrogat, quid clamabo? Ieremias quoq; cui dictũ eſt: Accipe calicem, & propinabis omnes gentes, &c. libẽter accipit. Cum verò audit, primò propinabis Ieruſalem, reſpondit: Decepiſti me domine, &c. Nos autem dicimus non temeritatis eſſe, ſed obedientiæ, quod ſe obtulerit.

†aliàs non habet ſum
Iere. 25. d
† Impigua

c *Audit. au.* Lucas ſecundũ LXX in Actibus apoſtolorum: Aure audietis & non intelligetis, & ſimilia. In quo facilis interpretatio, quæ dicit quid populo facturus ſit. Quã interpretationem Paulus quoq; in epiſtola ad †Hebræos poſuit. Vnde ei contradicitur, quia Hebræis teſtimonijs non vtatur. Nec Iudæi ante ſcripturã falſauerant. Dñs. n. & apoſtoli hoc non tacuiſſent: nec apoſtoli, vel euangeliſtæ ita protulerunt, vt Iudæi falſaturi F erant. Tradunt autem Lucã medicũ fuiſſe, & magis Græcas literas quam Hebræas nouiſſe. vnde in vtroq; volumine ſecularem redolet eloquentiã, & magis Grecis quam Hebraicis vtitur teſtimonijs.

Act. 28. f
† Ro. 11. b
Col. 4. a

d *Exca. c.* Cui ſimile: Suſcitaui te: vt oſtendã in te virtutem meã. Et dedi eis oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant. Excæca. Præuidens Propheta cæcitatẽ ſuperuẽturam in Iſrael, vt plenitudo gentium intraret ad fidem, dicit: Dñe excęca cor populi huius. Q. Si totum mundum ſaluare deſideras, excęca cor populi huius. Si. n. populus hic excæcatus fuerit, gẽtes illuminabuntur. Nec eſt Dei crudelitas, ſed miſericordia, infidelibus excæcatis humiles illuminare. vnde: Quoties volui congregare filios tuos, &c. Et: Concluſit Deus omnia ſub peccato, vt omnium miſereatur. Et paulò poſt: O profundum diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei.

Iere. 5. c
Rom. 11. d
Luc. 13. g
Rom. 11. d
Ibidem.

e *Et con.* Quamuis graue peccatum ſit, ſi conuertatur quis, põt ſaluari: Sed hi pro magnitudine ſceleris, pęnitẽtia ſunt indigni. vnde: Volui congregare filios tuos, & nolebas.

Luc. 13. g

f *Et ad. & pro.* ideſt adhuc ex ea gẽte decimatio, quaſi adhuc decima pars illius gentis remanebit.

g *Et erit.* Sub Adriano Iudæa iterum vaſtata eſt. l. verò anno poſt captiuitatem Romanorum. Prohibiti enim ſunt publicis legibus Iudæam intrare.

a Et

*a ¶Non populi indigni. f. qui non confitentur ſicut tu.*

catum tuũ mũdabitur. Et audiui a

*a ¶Spiritusſancti. b ¶Subſtantiæ vnitas.*

a vocem dõmini dicentis: † Quem b

*a ¶Ad prædicandum populo meo. b ¶Acquiſitiue. ¶Perſonarum pluralitas.*

mittam, & quis ibit nobis? & dixi: c

*¶Adſum. ¶Quia purgatus.*

b Ecce ego † ſum, mitte me. Et dixit: d e

*a ¶Ergo. b ¶Chriſtum prædicantem. ¶Permiſſiue, non imperatiue. a ¶Quaſi: Quia non vultis non intelligitis. b ¶Deum in homine.*

c Vade, & dices populo huic: † Audite audientes, & nolite intelligere: f g

*a ¶Hominem. ¶Chriſtum corporaliter. b ¶Deum.*

& videre viſionem, & nolite cognoſcere.

*a ¶Quaſi: Si vis mundum ſaluari, quod volo & ego. ¶Quod iuſtum eſt peccatus, non impecatur. b ¶Tam nequam.*

d ſcere. † Excæca cor populi huius, & h

*a ¶Cordis. b ¶Peccato. c ¶Interiores.*

aures eius aggraua, & oculos eius i

*a ¶Oſtio peccatorum. b ¶Quaſi poſſet ſi vellet.*

claude: ne forte videat oculis ſuis,

*¶Expoſitio eſt.*

& auribus ſuis audiat, & corde ſuo

*a ¶Intelligendo.*

e intelligat, & conuertatur, & ſanem

*a ¶Conuerſum. b ¶Condolendo populo meo. c ¶Excæcabitur.*

eũm. Et dixi: Vſquequo domine? k

*a ¶A Romanis ſole fiant. Et hoc eſt, abſq; habi. &c.*

& dixit: Donec deſolẽtur ciuitates l

*¶Sint.*

abſq; habitatore, & domus ſine homine: & terra relinquetur deſerta,

*¶A terra ſua. ¶Iudæos. a ¶In terra aliena naſcendo in ſeruitutem.*

& lõgè faciet dñs homines, & mul- m

*¶Alias deſerta. a ¶A Deo. b ¶Vel erat.*

tiplicabitur quæ derelicta fuerat in

*a ¶Vbi captiua tenebitur. b ¶Tamen. c ¶Vt in ea decima pars remanebit. vel in toto orbe, vel in Iudæa.*

f medio terrę. Et adhuc i ea decima- n

*a ¶Iterum ſub Adriano ¶Reliquiæ Iſrael ſalue ſiunt.*

g tio: & conuertet, & erit in oſtẽſionẽ o p

*a ¶Sine folijs & fructu. b ¶Audi.*

ſicut terebinthus, & ſicut quercus

*Heb. & rationabiliter, vt videtur, quod iſtud quod dicitur in hoc c. præ* G *ceſſit tempore ea quę ſcripta ſunt. ſup. à principio huius libri, in quibus Iſaias arguit multipliciter peccata eius populi, ad ea quæ arguenda miſſus fuit à Deo, ſicut & alij prophetæ. Et in hoc cap. ponitur prima eius miſſio, vt videtur. Nec obſtat q̃ vltimò ſcribitur, quia frequenter in ſacra ſcriptura ſcribuntur poſterius prius facta, & econuerſo, vt frequenter dictum eſt ſupra in alijs libris canonicis.*

f Et di. po. &c. *auribus corporis.*

g Et nolite intel. *ideſt nolletis. Non enim incitauit eos Propheta ad non intelligẽdum, & non obediendum, ſed prædixit hoc futurum, prænuntiando. ſ. populi obſtinationem in malo. ideo ſubditur,*

† 8. q. 1. c. In ſcripturis

h Excæca cor popu. *i. denuntia ad excæcãdum per errorem in intellectu.*

i Et au. eius ag. *i. aggrauandas denuntia in affectu per obſtinationem. Circa quod ſciendum, quòd talis excæcatio, & obduratio non eſt à Deo directè, ſed ex liberi arbitrij defectibilitate. Homo enim auertens ſe à Deo, meretur, vt iuſtè Deus retrahat gratiam ſuam ab eo, cuius effectus eſt illuminare intellectum, & mollificare affectum, & ideo ipſa ſubtracta homo excæcatur, & obduratur ex ſua malitia. Hoc ad literam fuit impletum, quando ad prædicationem Chriſti Iudæi pro magna parte fuerunt obdurati, ſecundum quod dicitur expreſsè, Ioh. 12. Propterea non poterant credere, quia dixit Iſaias: Excęcauit oculos eorum: & indurauit cor eorum, &c. Et ſequitur: Hoc dicit Iſaias, quando vidit gloriam eius. ſ. Chriſti, & locutus eſt de Deo. Cognouit enim tunc trinitatem perſonarum & filium incarnandum, vt prædictum eſt, & ſic tunc vidit gloriam Chriſti, ideſt eius diuinitatem.*

† Matt. 13. b

K Et dixi: Vſquequo do. *ſcilicet durabit hęc excęcatio, & obduratio.*

l Et dixit: Donec deſo. &c. *quod impletum fuit tempore Titi, qui deſtruxit ciuitatem, & templum & terram Iudęorum, & duxit populum captiuum, & diſperſit per orbem, vt non habitaret amplius in Iudęa. ideo ſubditur: Et longè faciet dominus homines.* H

m Et multiplicabitur &c. *Hic conſequenter Propheta denuntiat conſolationem credentium, quod frequenter fit in hoc Propheta & in alijs. ſ. denuntiatio conſolationis bonorum iuxta denuntiationẽ deſolationis malorum, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis elucescant. & hoc eſt quod dicitur: Et multiplicabitur &c. quia ante aduentum exercitus Romanorum contra Iudęam, Chriſtiani qui erant ibi per admonitionem angeli tranſierunt in regnum Agrippę, qui erat confœderatus Romanis. & ſic fuerunt derelicti alijs partim captiuatis, & partim trucidatis, qui poſtea multiplicati ſunt per orbem vniuerſum, vt patet ad ſenſum.*

n Et adhuc decimatio in ea. *quia decimę dantur à fidelibus eccleſię.*

o Et conuertetur. *ab abiectione & paucitate & perſecutione, quam paſſa eſt eccleſia. Primò à principibus Iudęorum, vt patet Act. 8. & in pluribus alijs eiuſdem libri: & poſtea ab imperatoribus Romanis & eorum prefectis, vt in ſanctorum legendis & in chronicis habetur.*

p Et erit in oſtenſionem ſicut terebinthus, *quod impletum videmus maxime à tempore Conſtantini. in quo incepit eccleſia notabiliter, & mirabiliter exaltari & dilatari.*

a Semen

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et audi. *Hic conſequenter deſcribitur legatio iniuncta Iſaia à domino. Primò quantum ad illud quod pertinet ad afflictionem malorũ, ſecundò quantum ad conſolationem bonorum, ibi: Et multiplicabitur. Primum deſcribitur cum dicitur: Et au. vo. do. apparentis in effigie prædicta.*

b Dicentis: Quem mittam &c. *Hoc non quæſiuit ex ignorantia, ſed ad conuenientius iniungendum negotium Iſaiæ ſe offerenti ab obediendum, ſicut Gen. 3. b. dicit dominus Adam: Vbi es? vt ex eius reſponſione conuenientius argueret eum de tranſgreſſione.*

c Et dixit &c. *paratus ad obediendum.*

d Mitte me. *nec ſe offerendo peccauit, quia ante diſpoſitum ſe vidit per purgationem prædictam.*

e Et dixit. Vade. *ad arguendum peccata regum Iudæ. Ex hoc dicunt* Heb.

## MORALITER.

h *Excęca cor populi huius. &c.* ideſt excæcandum denuntia, ſi perſeueret in malitia, propter quam Deus retrahit gratiam ſuam. & ſic excæcatur mens peccatoris & obſtinatur, quod debet prædicator denuntiare populo vt caueat à tanto malo. Et conſequenter ſubditur remedium, cum dicitur,

l *Donec deſolata ſint ciuitates.* ideſt homines peccatores per amaritudinem pęnitentiæ. Et quia ſequitur ad hoc bonorum operum fructificatio, ſubditur:

m *Et multiplicatur quę de. ſu.* à Deo propter peccatum.

p *Et erit in oſtenſionem ſicut tere. &c.* nam bona fructificatio peccatoris per pęnitentiam conuerſi proponitur alijs in exemplum pœnitendi, vt patet de Magdalena.



A a Semen ſanctum erit id quod ſte. *quia fideles non multiplicãtur per generationem carnalem: ſed per gratiam ſanctificantem in baptiſmo. veruntamen quia excæcationis, & obdurationis Iudæorum tempore prædicationis Chriſti & apoſtolorum: eius figura fuit obduratio prædeceſſorum ſuorum tempore prædicationis Ieremiæ & aliorum prophetarum, qui fuerunt inuenti tempore deſtructionis factæ per Nabuchodonoſor regem Babylonis, ideo litera iſta poteſt exponi pro illo tempore, licèt principalis intentio prophetæ feratur ad obſtinationem Iudæ rum tempore prædicationis Chriſti & apoſtolorum. Et ſecundum iſtam ſententiam dicitur: Et dixi: Vſquequo domine: ſupple durabit iſta excæcatio & obduratio? Et dixit: Donec deſolatæ ſint ciuitates abſq; habi. quod adimpletum fuit tempore Sedechiæ, quando rex Babylonis deſtruxit ciuitates regni Iudæ, & populum duxit captiuum in Babylonem, ideo ſubditur: Et lon. fa. do. ho. Et mul. Hic conſequenter propheta denuntiat conſolationem bonorum, & iſtud fit frequenter in hoc libro & in alijs li. prophetalibus iuxta deſolationem malorum, denuntiando conſolationem bonorum, vt oppoſita iuxta ſe poſita ma. elu. & hoc eſt quod dicitur: Et mul. ideſt terra Iuda, quæ derelicta fuerat à ſuis habitatoribus in captiuitatem ductis: multiplicabitur adhuc in hominibus, animalibus, & alijs bonis, quod impletum fuit poſt captiuitatis reditum ſub Zorobabel. & Nehemia, & Machabæis. In medio terræ, hoc dicitur, quia Iudæa eſt in quarto climate terræ habitabilis. Et adhuc in ea decimatio, ideſt adhuc dabuntur ibi decimę bonorum ſacerdotibus, & Leuitis Deo miniſtrantibus, ſicut habetur Nehemiæ 10. Et conuertetur à captiuitate in proſperitatem. Et erit in oſtenſionem ſicut terebinthus &c. quia proſperitas eorũ poſt tantam captiuitatem fuit magis admirabilis: & hoc tempore Machabæorum, quando recuperauerunt ciuitatem & templum contra Antiochum regẽ tũc valde potentem. Semen ſanctum erit id quod ſte. in ea. quia poſt reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur Iudæorum populus ad idololatriam declinaſſe, niſi aliqui pauci ex violentia regis Antiochi, vt habetur 1. Machab. & 2. & tunc etiam aliqui licèt pauci comparatiuè reſpectu totius populi acceperunt aliquas conditiones Gentilium, faciendo ſibi præputia, paleſtram, & ephebiam, vt habetur 1. Machab. 1. non tamen dicitur ibi, quòd declinauerunt ad idololatriam.* C

*a ¶Apoſtoli & alij fideles. vnde: Niſi dominus Sabaoth reli. no. ſe. &c.*

quæ expandit ramos ſuos. Semen a

*a ¶Per fidem, ne cadat per infidelitatem.*

ſanctum erit quod ſteterit in ea.

*In cap. 6. vbi dicitur in poſtilla: Poſſet enim aliquis dicere, q̃ verbum eius non eſſet autenticum.*

### ADDITIO I.

¶ Iſaias in principio ſuæ prophetiæ dixit: Audite cęli, & auribus percipe terra, qm̃ dñs locutus eſt: & ideo nullus poſſet dicere ei, q̃ verba illa dixiſſet ſpiritu ſuo, & non ſpiritu Dei: niſi tali contradiceret ſuæ prophetiæ. quam qui negaret, ſimiliter poſſet negare præſentẽ viſionẽ, & ideo non oportet dicere, q̃ hæc viſio ponitur ad cõfirmationẽ prædictorũ, ſed eſt viſio per ſe reuelata prophetæ.

*In eodem capite vbi dicitur in poſtilla. Sicut Ier. 22. dicitur: Terra terra terra.*

### ADDITIO II.

¶ Quòd legitur in Ieremia: Terra terra terra, audi verbũ domini: non oportet vt intelligatur ad excitandam maiorem attentionem, ſicut Iudæi dicunt: ſed ad denotandam terræ cui loquebatur, expreſſam diſtinctionem. Erat. n. terra cui loquebatur tripertita, cuius vna pars dicebatur terra Iudææ, alia Galilææ, alia verò trans Iordanem, vt patet in libro qui dr̃ Canchedrin. Vnde ad denotandam talem diuiſionem ter nominat terrã, & ideo in hoc loco cũ ſeraphim B ter ſanctus clamabant, ad literam planè intelligendum eſt ad deſignandã trinam diſtinctionem in diuinis perſonis, prout fides catholica tradit. Vnde & quodlibet iſtorum trium nominum in cõcreto ſignat ſanctitatẽ, vt denotetur pluralitas ſuppoſitorum, q̃ cõcretiuè intelliguntur. Verbum autem ſubſtantiuum ibi ſubintellectum, in ſingulari numero ponitur, vt eſſentiæ vnitas intelligatur. Et notãdũ q̃ quidam expoſitores Hebræorum attendentes, q̃ in vnitate diuina quæ ſumma eſt, periculum eſſet iterare nomina quæ omnino ſimilia eſſent, ex quo neceſſe erat vt intelligeretur aliqua pluritas, iõ aliter interpretati ſunt hæc dicta. ſ. vt ſanctus qui in primo loco dicitur: & etiam ſanctus qui in ſecundo loco dr̃, intelligantur in vocatiuo caſu, ſic q̃ vterq; ſeraphim clamabat ad alterũ, dicens: O ſancte ſanctus dñs Deus exercituum &c. & hoc audent dicere, eò q̃ in lingua Hebraica in his nominibus non eſt differentia caſualis. Sed hoc non valet aſpiciẽti proprietatem harum dictionum, prout hic ponuntur. vnde translatio Chaldaica iſta tria nomina de Deo intelligit: & ideo hæ duæ expoſitiones quas poſtillator ponit, nõ debẽt intelligi quaſi indifferenter conſonent literæ: ſed prima expoſitio non eſt verè literalis, ſed quaſi à veritate literæ fugitiua. Secunda autem catholica & propriè literalis. Vnde magiſter in 1. diſt. 2. Inter alia teſtimonia trinitatis, quæ in veteri teſtamento inueniuntur, hanc autoritatem tanquam à literali ſenſu ſumptam allegat.

*In eo. ca. vbi dicitur in poſt. Et dixit. vade ad arg. peccata re. &c.*

### ADDITIO III.

¶ Licèt Iſaias in præcedentibus argueret multipliciter populũ de peccatis eorum, nunquam tamen eorum obſtinationem prænũtiauit, quæ obſtinatio in hac viſione fuit primò ſibi reuelata, cum dr̃: Audite, & nolite intellige. &c. excæca cor populi huius. Vnde non eſt neceſſe dicendum, q̃ hæc viſio præcedat alias prophetias prædictas, ſicut Hebræi minus rationabiliter dicunt. nam in præcedentibus arguebat peccata & ſcelera populi de mandato Dei, vt dictum eſt. In hac autem viſione ſibi iniunctum eſt, vt excæcationem & indurationem eorum futuram tpe aduentus Chriſti, eis pronũtiaret.

*In eodem ca. vbi dicitur in poſt. Et adhuc decimatio in ea, &c.*

### ADDITIO IIII.

¶ Vbi nos habemus. Et adhuc decimatio in ea. in Hebræo hr̃ quędã dictio, q̃ licèt deriuetur à decẽ, tñ non ſignificat decimationem, ſed ſignificat decẽ. i. numerũ denarũ in genere fœminino, & eſt ſenſus ſecundum Hebræos, q̃ à tpe huius viſionis adhuc remanebũt decẽ reges in Iudæ vſq; ad tranſmigrationẽ Babylonis incluſiuè, qui quidẽ reges apud eos ſunt Ionathan, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Amõ, Ioſias, Ioachaz, Ioacim, Iechonias, Sedechias. Poteſt etiam aliter intelligi iſte numerus denarius, vt referatur ad illud qđ legitur Gen. 18. vbi Deus conceſſit Abrahæ quod ſi inuenirentur in Sodomis decẽ iuſti, parceret toti ciuitati p̃ eis. vnde in hoc loco dñs dicebat Iſaiæ, quod licèt populus eſſet ita malus ſicut populus Sodomorũ, prout ſup. dixerat. inf. ca. Audite verbũ dñi principes Sodomorũ, tñ adhuc remanebat in ea. ſ. in Iudæa & in Ieruſalẽ dena videlicet iuſtorum, qua volebat eos ſuſtinere & tolerare, donec conuerterẽtur. D

### GLO. ORD. CAP. VII.

ET *factum eſt in die.* Quæ ſupra ſcripta ſunt vſq; ad locum ſub Ozia & Ioatham filio eius, viſa ſunt quæ ſequuntur ſub Achaz rege impijſſimo, qui à Deo derelictus ab inimicis expugnatur.

a Achaz

### NICOL. DE LYRA. CAP. VII.

ET factum eſt. *Poſtquàm Iſaias denũtiauit regni Iudæ punitionem, hic denuntiat eius liberationem à perſecutione duorum regum, vt tanquam bonus Samaritanus poſt vinum mortificatiuum infundat oleum lenitiuum. Sciẽdum tamen, quod principalis intentio prophetæ eſt denuntiare Chriſti aduentum, qui interponitur. vnde dicit Ra. Sa. ſuper 9. cap. Zach. Quòd vniuerſi prophetæ non ſunt locuti niſi ſuper annos redemptionis, & ad dies Meſſiæ, quod eſt intelligendum de principali intento. Et ideo pars iſta in tres diuiditur. quia primò in ſignum dictæ liberationis denuntiatur Chriſti incarnatio. ſecundò eius reſurrectio, ſeq. cap. tertiò eius aſcẽſio, cap. 9. Sciendum tamen q̃ hæc diuiſio non eſt præciſa, quia in ſecunda & tertia parte fit mentio de contentis in prima quantum ad aliquid, quia prophetę frequenter replicant idem, alio tamen modo. quia modo exhortatiuo loquuntur. Præſens autem cap. in tres partes diuiditur: quia primò ponitur regni Iudæ imminens periculum. ſecundò promittitur liberationis beneficium, ibi: Et dixit dominus. tertiò datur huius liberationis ſignum, ibi: Et adiecit. Circa primum præmittitur tempus, cum dicitur,*

Luc. 10. f
Diuiſio.

# CAP. VII.

ET factum eſt in diebus a

a Et fa. eſt. *quia quarto anno regni ſui factum eſt illud quod ſequitur,*

a Filij

## MORALITER.

a *Et factum eſt.* Per Ieruſalem ſignificatur anima fidelis ſecundum ſenſum moralem, in qua ciuitate debet Chriſtus regnare, contra eã venit Raſin, qui interpretatur iniquus. i. non æquus, & ſignat ſuperbiam. Nam ſuperbus vult alios excedere, & ſic refugit æqualitatem. & Phacee qui interpretatur oris apertio, & ſignat auaritiã. vnde auarus dicitur quaſi æris auidus: & ſic os apertum habere dicitur, quia nunquam pecunijs ſatiatur. & hæc duo vitia dicũtur hic titiones fumigantes & caudas habentes: titiones, quia concupiſcentiam inflammãt, fumigantes, quia mentis oculos tanquam fumus excæcant: & caudas habentes, quia poſt ſe alia vitia trahunt. De ſuperbia namq; dicitur, Eccl. 10. b. Initium omnis peccati ſuperbia. De auaritia 1. ad Tim. 6. b. Radix omnium malorum eſt cupi. Per Iſaiam verò dictam ciuitatem aſſecurantem, prædicator ſignificatur veritatis, dans pro ſigno liberationis conceptionem & natiuitatem ſpiritualem Chriſti in hominibus bonæ voluntatis. Per Achaz verò recuſantem ſignum, ſignificatur peccator obſtinatus in malo. De bello verò vitiorum contra Ieruſalem moralem dicit Bern. ſuper Miſſus eſt: Venit auaritia, & vendicat in me ſibi ſedem, iactantia cupit dominari, ſuperbia vult mihi eſſe rex, luxuria dicit, ego regnabo, ambitio, inuidia, & iracundia certat in memetipſo, cuius potiſſimum eſſe videar, ego quantum valeo reſiſto, renitor quantum iuuor, dominum meum Ieſum reclamo, & dico, non habeo regem niſi Ieſum.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Achaz.* Qui clauſit ianuas templi, & Baalim adorauit, filium ſuum idolo conſecrauit, altare æneum abſtulit, & altare idolorum in templo poſuit. Iure ergo à domino derelictus eſt, & ſurrexerunt aduerſus eum inimici. E 2.Par.28.d

b *Aſcendit.* ſecundò. Primò.n. Aſſyrij de tribu Iudæ multos interfecerant, & captiuos in Damaſcū duxerant: & hac fiducia reuertuntur tēpe Achaz, ſed non præualent auxiliante Deo, non meritis Achaz, ſed ſola miſericordia Dei. Aſcē. Ra. rex. Hic eſt rex Aran qui interpretatur excelſus, ſapiētia. ſ. ſeculari tumidus. Et Phacee filius Romeliæ (rex. ſ. decē tribuum ſecūdū prophetam Oſee) rex hæreticorum. Hi. ſ. vt expugnent eccleſiam, conſentiunt. Quā audiens domus Dauid. i. ſimplex populus Chriſti pertimeſcit, quia non arboribus frugiferis, ſed infructuoſo comparatur ſaltui. Hæretici enim & Gentiles argumentorū gladijs pugnant contra domum Dauid, cum diſſentiant ſibi. vnde: Facti ſunt amici Herodes & Pilatus in paſſione Chriſti. Luc.23.b

c *Egre.* Trop. Conſiderandū eſt, quā impio regi Iſaias iubetur occurrere, erigēs vel exurgens de loco ſuo, non in principio aquæ ductus, ſed in extremis finibus piſcinæ ſuperioris, q̄ erat in agro Fullonis, vbi ſordes & maculæ purgabantur. Quamuis.n. Achaz regnaret ſuper Iudā, quia impius erat, in extremis finibus piſcinæ morabatur. Deus ergo nō tā eius miſeretur, q̄ populi ſui. Caudas titionū fumigantium vocat ſapientiam ſecularem, & hæreticū ſermonē, quorū finis exuſtio eſt. Qui fruſtra inierūt conſiliū, vt aſcēderēt cōtra Iudā, & ponerent ſuper eū filiū Tabeel. i. bonū Deum. Vterq;.n. doctrinam ſuā putat optimā: ſed Deo iuuante non ſtabit cōſilium eorū. Quandiu aūt ſtabit mūdus & quæ ſunt eius, in finibus ſuis dominantur. F Cum aūt finis mundi aduenerit, hoc eſt lxv. annis, & tam mundi rēs, quæ vj. diebus factæ ſunt: quam omnia q̄ ad quinq; ſenſus pertinēt, finem acceperunt, vniuerſa ſoluentur. Quod Gentiles & hæretici nō credūt: & ideo nō intelligunt iuxta Septuaginta quæ dicuntur, qui dicunt: Aure audietis.

d *Dere* à fratre ſuo Rabſace, qui ad Aſſyrios tranſierat, vt tradunt Hebræi.

e *Iaſub.* qui interpretatur reliquus comes & cōuertens, q̄a populus Iuda de manibus duorū regū liberandus erat.

f *In via.* ibi Rabſaces, poſtea ex præcepto Sennacherib Dei populum blaſphemauit.

g *Duabus caudis.* Duæ caudæ titionum, Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ: quia in illis finitum eſt regnum Syriæ & Samariæ. Nam Theglathphalnaſar interfecit Raſin, & Oſee interfecit Phacee, & pro eo regnauit nouem annis, & obſeſſus à Salmanaſar tribus annis, captus eſt: & ductus cum decem tribubus in montes Medorum & Perſarū.

a *Tabeel*

a Achaz filij Ioathan, filij Oziæ a
¶Ideſt rex Aran.
b regis Iuda, aſcendit Raſin rex b
¶Qui ante 120. milia bellatorum percuſſerat de Iudæa, & ducenta milia mulierum, puerorum & puellarum, cum infinita præda in Samariam duxerat.
Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael in Ieruſalem ad præliandum contra eam, & non
¶Quia dominus auxiliatus eſt: vt filium ſuum de virgine naſciturum hac occaſione nuntiaret.
potuerunt debellare eam. Et c
¶Regis. ſ.
nuntiauerunt domui Dauid,
¶Ideſt in pace, & amicitia vnita eſt cum 10. tribubus, quarum rex erat Phacee filius Romeliæ.
dicentes: Requieuit Syria ſu- d e f
¶Ideſt x. tribubus quæ adhæſerant Roboam, qui fuit de tribu Ephraim. b ¶Propter hunc nuntium.
per Ephraim, & commotum g
¶Regis. ¶Domus Dauid.
eſt cor eius, & cor populi eius, h
¶Folia arborum ¶Infructuoſa.
ſicut mouentur ligna ſyluarum i
à facie venti. Et dixit dominus k
c ad Iſaiam: Egredere in occur- l
d ſum Achaz tu † & qui dereli-
e ctus eſt Iaſub filius tuus ad ex- m
¶Scilicet ¶Ideſt [illegible]
tremum aquæ ductus piſcinæ
f ſuperioris in via agri Fullonis, n
¶Ideſt [illegible]
& dices ad eum: Vide vt ſileas. o p
Noli timere, & cor tuum ne † for
¶[illegible] ¶Iam finiendis.
g midat à duabus caudis titio- q r
¶Scilicet ne timeas.
num fumigantium iſtorum in s
ira furoris Raſin regis Syriæ, & t
filij Romeliæ, eò quòd conſilium inierit contra te Syria in
¶[illegible]
malum, & Ephraim, & filius u
¶[illegible] b ¶[illegible]
Romeliæ, dicentes: Aſcenda- x y
¶[illegible]
mus ad Iudam, & ſuſcitemus z
¶Trahamus in poteſtatem noſtram.
¶Vel auellamus.
eum, & euellamus eum ad a
nos, & ponamus regem in me- b

& licèt non expugnauerint Ieruſalem ciuitatem regiam, tamē de regno Achaz duxerunt magnam prædam, quia non poterat eis reſiſtere in cāpo, ſecundum quod dicitur 2. Par. 28. a. Tradiditq; eum dominus Deus in manu regis Syriæ, qui percuſſit eum, magnamq; prædam cępit de eius imperio. Et ſubditur ibidem: Manibus quoq; regis Iſrael traditus eſt, & percuſſus eſt plaga grandi. G

c Et nuntiauerunt &c. ideſt Achaz, qui deſcenderat de domo Dauid & populo eius.

d Dicentes. quia exercitus duorum regum non poſſunt ſic congregari, quin currat rumor, & potiſſimè ad illos contra quos intendunt bellare. Et quis fuerit ille rumor, ſubditur,

e Requieuit Syria. ideſt rex Syriæ.

f Super Epra. ideſt ſuper regnum Iſrael, ſiue decē tribuum, quia Ieroboam primus rex fuit de tribu Ephraim, vt habetur 3. Regum 11. & alij poſt eum communiter. Per hoc autem quod ſubditur: Requieuit Syria &c. intelligitur confœderatio duorum regum ad veniēdum ſimul contra regnum Iuda, ex hoc enim quod quilibet eorum per ſe victoriam habuerat contra Achaz, cogitauerunt quod ambo ſimul poſſent deſtruere regnum & transferre ad alium, vt habetur infra.

g Et commotum eſt cor eius. ſcilicet regis Achaz.

h Et cor populi eius. præ nimio timore.

i Sicut mouentur ligna. eò enim quòd fuerant debellati à quolibet rege per ſe, vt dictum eſt, in campo, fuerunt valde territi, credentes quod non poſſent reſiſtere ambobus ſimul, etiam in ciuitatibus munitis & fortalitijs.

K Et dixit dominus. Hic conſequenter promittitur liberationis beneficium, cum dicitur: Et dixit do. ad Iſaiam. pro conſolatione regis, & populi, licèt non meruiſſet, vt prædictū eſt. † & [illegible] ſub

l Egredere in occurſum &c. Dicunt aliqui expoſitores noſtri, quod Rabſaces erat filius Iſaiæ, qui non fuit honoratus à rege Iuda ſecundum decentiam ſui ſtatus, cum eſſet de genere regio, ſicut & pater ſuus, vt ſupra dictum eſt, H propter quod indignatus tranſtulit ſe ad regem Aſſyriorum, qui poſuit eum inter principes ſui exercitus, ſecundum quod habetur 4. Regū 18. & ideo ſubditur hic: Tu & qui derelictus eſt Iaſub à fratre ſuo ad alienigenas tranſeunte. † [illegible] Et dicunt ibi expoſitores hoc dictum Rabſacis haberi ab Hebræis, ſed vbi habeatur neſcio: vnde & Ra. Sa. aliter exponit ſecundum interpretationem huius nominis Iaſub, qui interpretatur reuerſus, & ſic dixit dominus: tu & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus, quaſi dicat dominus: pauci de populo Iudæ qui reuertentur ad me per pœnitentiam, ad dictum tuum erunt tibi ſicut filius tuus Iaſub. In ſcriptura enim ſacra ille qui per doctrinam ſuam aliquos conuertit ad Deum, dicitur pater eorum, & ipſi eius filij. ſecundum hunc modum dicit Apoſtolus. 1. Cor. 4. d. In Chriſto enim Ieſu per euangelium ego vos genui.

m Ad extremum &c. erant enim ibi duæ piſcinæ, vbi colligebantur aquæ, & vna erat ſuperior altera, ita q̄ de ipſa fluebat aqua in aliam, ſicut fit frequenter in ſtagnis.

n In via &c. i. per quam itur ad agrum illum, vbi fullones pannos ab eis lotos in piſcina extendebant ad deſiccandum.

o Et dices ad eum. ex parte mea.

p Vide vt ſileas. ideſt ſis in bona pace & quiete, ideo ſubditur: Noli timere &c. Sequitur,

q A duabus caudis. ideſt exercitibus reges ſequentibus.

r Titionum fu. &c. Titiones fumigant, quando extinguitur flamma. & quia gloria regis Syriæ & regis Iſrael erat extinguenda, ſicut denuntiat propheta in hoc cap. ideo æquiparat eos titionibus fumigantibus.

s In ira furoris Raſin regis Syriæ. ideſt regni eius.

t Et filij Rome. ideſt regis & regni Iſrael, ſupple in ira iſtorum contra te. Noli timere, eò quod conſilium inierit contra te Syria in malum. Et Ephraim, ideſt regnum Iſrael.

u Et filius Ro. ideſt rex eius.

x Dicentes: Aſcen. ad Iu. ſimul & concorditer, & dicit.

y Aſcendamus. eò quod regnum Iuda eſt in eminentiori loco quam regna Syriæ & Iſrael.

z Et ſu. eum. à ſua quiete ipſum impugnando.

a Et euel. &c. i. auferamus & ditioni noſtræ ſubijciamus.

b Et po. re. i. Romeliæ, qui vocatur hic Tabeel, vt dicit hic Ra. Sa.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Filij Io. filij Oziæ. ſecundum quod dicit Ra. Sa. hic exprimuntur pater & auus ipſius Achaz, ad oſtendendum quod beneficium diuinum factum ipſi Achaz, prout in hoc cap. deſcribitur, non fuit factum propter bonitatem ipſius Achaz, cum eſſet idololatra peſſimus, vt habetur 4. Reg. 16. & per conſequens indignus diuino beneficio: ſed factum eſt propter meritum patris ſui Ioathan, qui fuit bonus & iuſtus, vt habetur 4. Reg. 15. Et Oziæ aui ſui, qui dictus eſt etiam Azarias, qui fuit etiam bonus & iuſtus, vt habetur 4. Reg. 15. Veruntamen poſtea anno 22. regni ſui ſuperbiuit, & officium ſacerdotale ſibi vſurpare voluit: propter quod à Deo lepra percuſſus fuit, quam patienter portauit habitans in domo ſequeſtrata, & ſic peccatum eius purgatum fuit per pœnitentiam & pœnam illatam.

b Aſcen. Raſin rex Syriæ & Phace. fi. Ro. &c. Hi duo reges non venerunt tunc ſimul contra regem Achaz, ſed quilibet per ſe & ſucceſſiuè,

& licèt

a Hæc



a *Tabeel.* Tabeel bonus Deus. Q. Ibi ponamus idolum Dei noſtri. Vel ad literam, filium hominis, ſic vocat. A

b *Adhuc &c.* Q. Interim contenti erunt finibus ſuis, & Damaſco tanquam metropoli Syriæ imperabit Raſin, & caput ciuitatum Ephraim Samaria erit, & in ea interim regnabit filius Romeliæ.

c *Sexagintaquinque anni.* A viceſimoſexto anno regni Oziæ quādo lepra percuſſus eſt, ex tunc Ioathā filius eius regnauit xxvij. annis, patre adhuc viuente: Poſt mortem eius xvj. poſt quem Achaz alijs xvj. Poſtea regnante Ezechia ſex annis. Ephraim. i. decem tribus in captiuitatem ductæ, ceſſarunt eſſe populus.

d *Pete tibi ſignum.* Vt qui prophetę nō credidit, domini autoritate terreatur. Q. difficile videtur tibi, q̄ regna potentiſſima breui finiantur, & tu libereris & populus tuus: ſed pete tibi ſignum. Pete tibi ſi. Moyſes accepit ſignū de terra. vnde: Miſit ſigna & prodigia in me. tui Aegypte ranas, locuſtas, cyniſes, & cinomyiam: de cœlo grandinem, ignem, & tenebras trium dierum. Ezechias quoq; accepit ſignum de cœlo, qñ ſol decem lineis regreſſus eſt. Et Ioſue in Gabaon & Hailon ſtātibus ſole & luna. Plerique putant Saulem ſignum accepiſſe de terra & de profundo inferni, qñ per incātationem viſus eſt Samuelē ſuſcitaſſe. Ionas de abyſſo & mortis faucibus liberatus, ſignū inferni accepit & dedit. Quia prioribus prophetæ nō credidit verbis, iubetur ſignum petere, cuius autoritate cogatur credere. Q. Vis vt ſcindatur terra, & pateant inferi, q in corde terræ eſſe dicuntur, an aperiantur cœli: ad quod vtrunq; mortem domini & aſcenſionem reſpicit. vnde: Qui.n. deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit. vnde: Ne dixeris in corde tuo quis aſcendit in cœlum? hoc eſt Chriſtum deducere, aut q̄s deſcendit in abyſſum, hoc eſt Chriſtum de mortuis reducere. Pſal.134.c Ibid.104.c Iſa.38.b Ioſue.10.c 1.Reg.28.b Ionæ.2.a Ephe.4.b Roma.10.b B

e *Non pe.* Non humiliter, ſed ſuperbè. Multi.n. leguntur à domino ſigna petiiſſe & accepiſſe: ſed Achaz ita reſpondit tanquam autoritatē habens: Non tentabis dominum Deum tuū. Vel, timuit q̄ in ſigno Deus glorificaretur, & idola vilificarentur. Matt.4.b

f *Ecce virgo concipiet.* Hebraicè alma, Latinè quoq; alma dicitur ſancta. Omnium penè linguarum verbis vtuntur Hebræi. Vnde in canticis de Græco φορεῖον i. ferculum fecit rex Salomon. Sic.n. in Hebræo legimus: Alioquin quæ nouitas eſt miraculi, ſi iuuencula conceperit, vt mētiuntur Hebræi? Alma tamen virginem nubilem & adoleſcentulam ſignificat. Non amplius loquetur vobis per ænigmata: Ecce virgo concipiet, hoc erit nouum & mirabile. Iudæi mentiuntur adoleſcentulam concipere, ſed alma quod in Hebreo ſcriptum eſt, lingua Punica virginē ſonat. Alma apud Hebræos adoleſcentula dicitur, vel abſcōdita. i. apocrypha, quæ nunquam virorum patet aſpectibus. Ecce vir. con. Hebræi de Ezechia hoc dici putant, quia eo regnante Samaria capta ſit. Sed Achaz filius Ioathan regnauit annis xvj. cui ſucceſſit Ezechias filius, & regnauit annis xxix. qui erat xxv. annorum cum regnare cępiſſet. Quomodo ergo primo anno Achaz dicta eſt ad eum prophetia de Ezechia naſcituro, qui iam erat nouem annorum, niſi fortè ſextum regni Ezechiæ annum, quo capta eſt Samaria, infantiam eius applicari dicant: Non ætatis, ſed imperij: Quod violenter eſſe exortum etiam ſtultis patet. Alma Cant.3.c Luc.1.d

a *Emmanuel*

a dio eius filium Tabeel. Hæc di- a
cit dominus Deus: Non erit b
¶Quod minatur.
iſtud, & non ſtabit: ſed caput c
Syriæ Damaſcus, & caput Da- d e
¶Erunt.
b maſci Raſin. Et adhuc ſexa- f
c ginta & quinque anni, & deſinet Ephraim eſſe populus: & g
caput Ephraim Samaria, & ca- h
put Samariæ filius Romeliæ.
¶Domino per prophetam hæc prædicente, Achaz & populus non futura credidit. vnde additur: Si non credide. ¶O viri Iuda.
Si non credideritis, non † per- i
¶In terra veſtra, ſed & vos captiuabimini.
manebitis. Et adiecit dominus k
d loqui ad Achaz, dicens: Pete l
¶Liberationis vel victoriæ. b ¶Qui auxilium pollicetur. c ¶Non ab idolis quæ adoras. ¶In optione tua ponitur.
tibi ſignum à domino Deo tuo m
¶Ab inferis.
in profundum inferni, ſiue in n o
¶De cœlo: vel vt Elias de cœlo. Moyſes veniat ab inferis. ¶Cum debuit obedire.
excelſum ſuprà. Et dixit A- p
¶Aliàs exhibeo. Hebræum enim vtrunq; ſignificat. Iſaias.
e chaz: Non petam, & non ten- q
tabo dominum. Et dixit: Au-
¶Quia Achaz non vult audire. b ¶Vnde Chriſtus naſciturus. c Quaſi: Non ſolum prophetarum dicta contemnitis, ſed etiam iubenti domino contradicitis.
dite ergo domus Dauid. Nun- r
quid parum vobis eſt moleſtos
¶Prophetis, quorum verba contemnitis. b ¶Inuidentes eius ſignis & gloriæ. ¶Oneroſi. vnde: Laboraui ſuſtinens.
eſſe hominibus, quia mole- s
¶Scilicet ne ſitis moleſti.
ſti eſtis & Deo meo? Pro- t
pter hoc dabit dominus ipſe u
¶Salutis & liberationis. ¶Hoc ſcilicet.
f vobis ſignum. † Ecce virgo x
¶De qua: Oſculetur me oſculo oris ſui. Et: Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.
† concipiet & pariet filium:

d Sed caput Sy. Da. & non Ieruſalem. C

e Et caput Da. Ra. q. d. non erit caput, ſeu dominus Ieruſalem. vnde ſubditur:

f Et adhuc ſexa. an. ideſt regnum decem tribuum.

g Eſſe popu. & ca. Ephraim Sa. i. Samaria deſinet eſſe metropolis in regno Ephraim.

h Et caput Sa. fi. Ro. i. filius Romeliæ deſinet eſſe caput in regno Ephraim: quia in fine lxv. annorum Oſee rex Iſrael ſatis citò fuit captus, & in captiuitatem ductus cum populo ſuo per Salmanaſar regem Aſſyriorum, vt habetur 4. Reg. 18. Sciendū tamen, q̄ iſti lxv. anni non ſunt numerandi ab illo anno, quo Iſaias loquebatur iſta: quia à principio regni Achaz cui loquebatur, fluxerunt tantū xxij. anni. Achaz.n. regnauit xvj. annis tantum, vt habetur 4. Reg. 16. cui ſucceſſit Ezechias, in cuius anno viij. captus fuit Oſee, vt habetur 4. Reg. 18. & ideo dicit Ra. Salo. q̄ numerandi ſunt à tempore quo Amos cępit prophetare, qui prophetizauit contra regnum Syriæ, & contra regnum Iſrael, & cępit prophetare per duos annos ante terremotum, quādo Ozias voluit thurificare, vt dictum eſt ſuprà, & ſic prophetizauit duobus annis antequam Ozias percuteretur lepra. Vixit autem leproſus xxv. annis, cui ſucceſſit Ioathan filius eius in regno xvj. annis, & poſt ipſum Achaz xvj. & Ezechias vj. annis ante captionem Samariæ, qui ſimul iuncti faciūt lxv. annos. Alij verò dicunt, q̄ iſti anni ſunt numerandi à tempore quo Ozias fuit lepra percuſſus, eò quòd extunc reges Iſrael & Syriæ acceperunt frontem infeſtandi regnū Iudæ, eò q̄ rex erat percuſſus lepra: ſed dicunt eum vixiſſe leproſum xxvij. annis, & ſic in idem redit quantum ad numerum annorum, & antè filius Romeliæ fuerat occiſus ab Oſee, & ſic deſierat eſſe caput Samariæ. † intelligetis

i Si non credi. non perma. ſ. in veritate. hoc dicit Iſaias: quia ſciebat Achaz idololatram peſſimum, verbis ſuis non crediturum. Quod patet ex hoc, quia de diuino auxilio diffiſus, refugit ad auxilium regis Aſſyriorum, vt habetur 4. Reg. 16. D

K Et adiecit. Hic diſtę liberationis ponitur ſignum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur ſignum liberationis ab hoſtibus tempore Achaz, ſecūdò tempore filij ſui Ezechiæ, ibi: Adducet dominus. Prima in duas, quia primò promittitur ſignum, ſecundò datur, ibi: Ecce virgo. Circa primum dicitur: Et adi. dominus lo. ad Achaz, per Iſaiam. Diuiſio. † Matt. 1. d

l Dicens: Pete tibi ſignum. liberationis tuę & populi tui, vt prædixi.

m A domino Deo tuo. & non ab idolis, quę tu colis. † prægnās,

n In profundum inferni. ſecundum Ra. Salo. hic accipitur infernus pro foſſa, ſiue ſepulchro. i. Pete tibi ſignum per reſuſcitationem alicuius mortui.

o Siue in excelſum ſuprà. ſicut factum fuit tempore Ioſue per ſtationem ſolis, Ioſue. 10. c.

p Et dixit Achaz: Non petam. & ſecundum quod dicit Ra. Sa. cum eſſet idololatra peſſimus, ſignum renuit, nolens quòd aliquid ad Dei gloriam monſtraretur, ideo ſubditur:

q Et non tentabo dominum. Fuit excuſatio ficta ad cooperiendum malum ſuum. propter quod Iſaias intulit, dicens:

r Nunquid parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus. ideſt prophetis, quos ſæpe moleſtabant deridendo, affligendo, & aliquando occidendo, vt patet quarti Regum, & ſecundi Paralipomenon, in pluribus locis.

s Quia moleſti eſtis & Deo meo. ſignum ab eo oblatum renuendo, ne nomen eius glorificetur.

t Propter hoc. i. declarationem nominis ſui principaliter.

u Dabit dominus ipſe vobis ſignum. ſ. liberationis veſtræ conſequenter quamuis ſitis ingrati, quia Deus multa bona facit ingratis & inuitis. vnde dicitur Mat. 5. g. Pater veſter cœleſtis ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos.

x Ecce virgo. Hic conſequenter ponitur ſignum, & quia ſcriptura illa multipliciter peruertitur à Iudæis, intendo hic aliquantulum immorari, & ſic procedam: quia primò ponam obiectiones quibus nituntur oſtendere, q̄ non poſſit intelligi de Chriſto ad literam. Secundò ponam ſolas expoſitiones eorum, & eas excludam. Tertiò ponam expoſitionem catholicam & veram. Quartò obiectiones Iudæorum ſoluam. Circa primum arguunt ex hoc quòd dicitur hic: Dabit dominus ipſe vo- Expoſitio [illegible] pro Chriſto

bis

## NICOL. DE LYRA.

a Hæc di. do. Deus. cuius verbum non poteſt eſſe falſum.

b Non ſta. i. conſilium eorum non habebit effectum.

c Et non erit iſtud. ſ. q̄ non transferatur ad eos regnum tuum.

d Sed

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

G

E a *Emmanuel*. Quidam Iſaiã duos filios habuiſſe dicunt, Iaſub & Emmanuel. Emmanuel de vxore prophetiſſa generatum in typum ſaluatoris. Et Iaſub, qui interpretatur relictus, vel conuertens in typum Iudaici populi, qui relictus eſt, & poſtea reuerſurus. Emmanuel (ideſt nobiſcum Deus) gẽtium vocationem ſignificat, propter quam verbum caro factum eſt.
b *Reprobare malum*. Quaſi: In pannis infantiæ poſitus habebit boni maliſque diſcretionem. His verbis percipimus ſaluatoris infantiam, diuinam in eo non minuiſſe ſapientiã. Quamuis dicatur: Puer autem proficiebat ætate & ſapientia, vt veritas humani corporis probaretur. Infantia enim non præiudicabat diuinæ ſapientiæ.
c *Derelinque.ter.&c.* Quaſi: Terra Syriæ, & Samariæ ad inuocationem nominis eius vaſtabitur, & domus Iuda à duobus regibus liberabitur.

a *Muſcæ*

† vocabit tu mater

Luc.2.g

a ¶O Iuda. ¶In perienſis. ¶Aliâs bit virgo. ſecundum Hebræum enim vtrunque ſignificat: vocabitur autem, quod in Matthæo eſt, in Hebræo non habetur: ſed Matthæus ſenſum non verba ſequitur. b ¶Nobiſcum Deus, quod in deſtructione duorum regum patebit.

a & † vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, b

a ¶A parte totum, i. omnem cibum homini idoneum: in quo verus homo monſtratur.
a ¶Et etiam Deus erit, vt ſci. b ¶Herodem, ſcribas & Phariſæos. ¶Nunquam vitiorum puer affectibus.

b vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum: Quia antequam a ſciat puer reprobare malum & c eligere bonum, derelinquetur terra quam tu deteſtaris, à facie e

a ¶Paſtores, Magos. b ¶Tene dico: audite domus Dauid ſignum veſtræ liberationis.
c ¶Aut quam ſit Deus homo.
a ¶Anno ſexto regni Ezechiæ ab Aſſyrijs capta eſt Samaria.

## NICOL. DE LY.

¶ *hic ſignum, ſcilicet liberationis Achaz & populi ſui à duobus regibus regnum eius deſtruere volentibus, vt dictum eſt. Ieſus autem Nazarenus natus fuit poſt tempus Achaz per quingentos annos & amplius, vt poſſet de facili oſtendi per tempora regnorum: ſed dimitto propter prolixitatem vitandam, & quia hoc conceditur ab omnibus Chriſtianis: ergo conceptio ſeu natiuitas Ieſu Nazareni nullo modo fuit ſignum dictæ liberationis. Item ex hoc quòd dicitur: Ecce virgo concipiet, & pariet filium &c. arguunt, quia in Hebræo habetur: Ecce alma concipiet, & pariet, &c. quod nomen ſignificat nõ virginem, ſed adoleſcentulam: quod nomen indifferenter dicitur, de virgine & corrupta. Quod Chriſtiani negant de Maria, quam dicunt virginem concepiſſe. Item ex hoc quod ſequitur: Et vocabitur nomen eius Emmanuel. & in Hebræo habetur: Et vocabit ipſa ſcilicet alma, nomen eius Emmanuel: Ieſus autem Nazarenus non fuit vocatus à matre ſua, nec etiam ab alijs Emmanuel, ſed Ieſus, vt patet ex euangelijs eorum: ergo hæc litera non poteſt intelligi de ipſo. Item arguunt ex hoc quod ſubditur in hoc capite: Antequam ſciat puer vocare patrem & matrem &c. Ex quo patet, quòd in puero de quo fit hic ſermo, fuit ignorantia, quod Chriſtiani negant de Ieſu Nazareno, dicentes eum habuiſſe plenitudinem ſcientiæ ab inſtanti conceptionis inquantum homo: & inquantum Deus ab æterno. Circa ſecundum ſciendum quòd propter iſta quæ dicta ſunt, aliqui Hebræi exponunt ſcripturam iſtam de Ezechia filio regis Achaz, qui poſt dictum prophetæ natus fuit, vt dicunt in ſignum liberationis regni Iudæ à prædictis regibus. Et ad hoc inducunt quod habetur infrà ſequenti capitulo. Et erit extenſio alarum eius implens latitudinem terræ tuæ ò Emmanuel. Ezechias autem fuit dominus terræ poſt Achaz patrem ſuum. Sed hoc dictum reprobat Ra.Salo. per hoc, quia Ezechias erat vigintiquinque annorum, quando cœpit regnare poſt Achaz patrem ſuum immediatè, vt habetur 4.Reg.18. Achaz verò regnauit ſexdecim annis tantum, vt habetur 4.Reg.16. ergo in principio regni Achaz antequam diceretur iſta prophetia, Ezechias iam erat natus, & erat nouem annorum: & ſic non poteſt hæc ſcriptura intelligi de Ezechia. Et adhuc ad dictum Ra.Salo, poteſt addi, quia ſecundum ipſum & ſecundum doctores catholicos prophetia iſta fuit dicta quarto anno regni Achaz, & ſic Ezechias tunc non ſolum habuit nouem annos, ſed etiam tredecim, ergo nõ poteſt intelligi de eo. Propter quod Ra.Salo. dicit, quòd hæc prophetia intelligenda eſt de filio Iſaiæ. Dicit enim quòd Iſaias acceperat in vxorem quandam iuuenculam, & quòd iam conceperat de eo. vnde dicit, quòd talis eſt litera: Ecce adoleſcentula concepit, & pariet filium. & denuntiatio huius partus fuit ſignum ab eo prædictum, quia de puero exiſtente in matris vtero neſcitur an ſit maſculus vel fœmina: & ideo quando certitudinaliter prædicitur, ſignum eſt credibile, quòd illud quod promittitur ad tale ſignum ſit futurum, vt ſit ſenſus verbi Iſaiæ: Ecce adoleſcentula concepit, & pariet filium: & quando in natiuitate eius videbis verbum meum verificatum, ſcias te à duobus regibus te inuadere diſponentibus citò liberandum. Et ita fuit, vt iſte Ra.Salo. proſequitur: quia citò poſt ad petitionem Achaz rex Aſſyriorum venit in Damaſcum contra Raſin regem Syriæ, & eum interfecit, & populum eius tranſtulit in Cyrenen, vt habetur quarti Regum decimoſexto, & eodem anno, vt dicit Oſee filius Ela, coniurauit contra Phacee filium Romeliæ regem Iſrael, & eum interfecit, vt habetur quarti Regum decimoſexto. Ad ſuum autem propoſitum confirmandum adducit illud quod ſcribitur capitulo ſequenti. Et acceſſit ad propheteſſam, & concepit, & peperit filium. Ex quo patet, quòd iſta adoleſcentula de cuius conceptu & partu fit hic ſermo, fuit vxor Iſaiæ, ad quam acceſſit maritali affectu. Et puer conceptus & natus de ea fuit filius eius. Sed iſta expoſitio non poteſt ſtare, quia capitulo ſequenti dicitur de puero nato. Et erit extenſio alarum eius, ideſt exercitus regis Aſſyriorum implens latitudinem terræ tuæ ò Emmanuel. & loquitur ibi de terra regni Iudæ, cuius nunquam fuit dominus Iſaias, nec filius eius: & ſic Emmanuel de cuius conceptione & natiuitate fit hic ſermo, non fuit filius Iſaiæ. Item quòd dicit denunciationem natiuitatis pueri in ſexu maſculino eſſe ſignum à domino promiſſum, videtur falſum, quia de mandato domini dixit Iſaias: Pete tibi ſignum à domino Deo tuo in profundum inferni, &c. per reſurrectionem mortui, vel per aliquam mutationem notabilem & ſupernaturalem in curſu cœleſti, vt dictum eſt ſuprà. Et idem dicit Rab.Salo. & ſic illud ſignum debuit eſſe aliquid valde magnum, & excedens totam creaturæ facultatem, cuiuſmodi non eſt talis denunciatio: quoniam aliquando medici experti per aliqua ſigna & experientias præcognoſcunt ſexum pueri naſcituri. Et ſi dicatur, quòd non cognoſcant per certitudinem: tamen negari non poteſt, quin dæmones præcognoſcant certitudinaliter, cum ad hoc ſe extendat eorum notitia naturalis, quæ remanſit integra in eis: & per conſequens tale ſignum poteſt certitudinaliter prædici à diabolo. Item quarto Regum decimoſeptimo dicitur, quòd Oſee filius Ela regnare cœpit anno duodecimo Achaz: & ſecundum hoc Phacee filius Romeliæ vixit vſque ad duodecimum annum Achaz. Et ſic falſum videtur, quod dicit Ra.Salo. ipſum interfectum ab Oſee eodem anno, quo natus fuit Emmanuel, qui ſecundum eum natus fuit anno Achaz quarto, vel quinto ad tardius. Item capitulo octauo dicitur: Antequam ſciat puer vocare patrem & matrem, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum: Sed non legitur Samaria ſpoliata à rege Aſſyriorum, ante nonum annum regni Oſee, in quo fuit capta à Salmanaſar rege Aſſyriorum, vt habetur quarti Regum decimooctauo. licèt Oſee antè fuerit tributarius regis Aſſyriorum, & ſic à natiuitate pueri, de quo eſt hic ſermo, qui fuit filius Iſaiæ ſecundum dictum Ra.Salo. vſque ad captionem Samariæ fluxerunt anni decem & ſeptem, ſcilicet octo de regno Achaz, & nouem de Oſee, vt patet per prædicta, quia puer fuit natus quarto anno Achaz, vel quinto ad plus: & Oſee cœpit regnare duodecimo anno Achaz, vt dictum eſt: antè verò decem & ſeptem annos puer ſcit vocare patrem & matrem. Si autem dicatur quòd Oſee cœpit regnare quarto anno Achaz, vt dicunt aliqui, adhuc ſequitur quòd puer in ſpoliatione Samariæ habuit nouem annos, ante quos puer ſcit vocare patrem & matrem ad tardius. Item quod aſſumit ad confirmationem ſui propoſiti, cum dicitur: Et acceſſi ad propheteſſam &c. magis eſt ad oppoſitum, vt oſtendetur cap. ſeq. Circa tertium accipiendum eſt, quod dicitur Matth.1.d. Hoc autem totum factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt à domino per prophetam dicentem: Ecce virgo habebit in vtero & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Ex hoc patet, quòd iſta ſcriptura Iſaiæ loquitur de domino Ieſu Chriſto, cum Matthæus apoſtolus & euangeliſta ſpirituſancto plenus magis quam fuerunt prophetæ veteris teſtamenti, dicat eam fuiſſe impletam in natiuitate Chriſti. Et ſecundum hoc ſic exponitur à doctoribus catholicis: Ecce virgo concipiet & pariet filium, ideſt beata virgo Maria à prophetis denuntiata, quæ concepit & peperit manens virgo.*

F

H

*Maſculum vel fœmin. generandum an poſſit præcognoſci.*

a Et vocabitur nomen eius Emmanuel. *quia vocatus eſt Chriſtus, quod eſt nomen ſignificans duplicem naturam in vno ſuppoſito, diuinam ſcilicet & humanam, & hoc idem ſignificat Emmanuel, quod eſt interpretatum, nobiſcum Deus.*

b Butyrum & mel comedet. *hoc dicitur ad denotandum veram eius humanitatem, quæ talibus nutritur maximè in pueritia.*

c Vt ſciat reprobare malum. *li vt, non tenetur ibi cauſaliter, ſed conſecutiuè, quia ab infantia ſua habuit plenitudinem ſcientiæ ad reprobandum malum, & eligendum bonum, loquendo de ſcientia humana. Et quia iſtam habuit ab inſtanti conceptionis & non antè, ideo ſubditur:*

d Quia antequam ſciat reprobare malum &c. derelinquetur terra &c. *ideſt odio habes tanquam tibi nociuam, ſcilicet terram Iſrael & terram Syriæ.*

e A facie &c. *quia rex Aſſyriorum regem Syriæ interfecit, & populum eius tranſtulit in Cyrenen, vt dictum eſt ſupra. & poſtea Oſee regem Iſrael cepit, & populum eius tranſtulit in Aſſyrios, vt habetur 4.Reg.18. Circa quartum dicendum. Ad primum quòd in ſacra ſcriptura ponitur duplex ſignum alicuius euentus. Vnum pronoſticum, quod eſt indicatiuum effectus futuri, ſicut Iudic.6. datum fuit ſignum Gedeoni in vellere indicatiuum ſuæ victoriæ futuræ: & tale ſignum frequentius datur in ſcriptura. Aliud eſt ſignum rememoratiuum effectus preteriti, ſicut Exo.3.c. dixit dominus Moyſi: Hoc habebis ſignum quòd miſerim te, cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum, ideſt immolabis Deo, de iſta miſſione, quæ tibi imponitur ad liberationem populi, reddendo gratias Deo. Et ſic patet quòd iſtud fuit ſignum rememoratiuum miſſionis præteritæ, nec obſtat magna diſtantia temporis, quia ſignum rememoratiuum ita reſpicit*

*Signũ ſun.. ex …*



G

A a *Muſcæ*. i. Aegyptijs populo imbelli, & idololatria ſordenti. Legimus ab Aegyptijs Ioſiã occiſum, & populum Iſrael ſubiugatum, nec multo poſt tẽpore Nabuchodonoſor cum innumerabili exercitu cepit Ieruſalem, templum ſuccendit, & habitatores Aſſyrios in Iudæa poſuit.

Pſal.35.d
Ibid.36.a

a *Nouacula*

a ¶Quaſi: Hi non ſunt tibi metuendi, ſed Aſſyrius.
b ¶Veniente Aſſyrio illis ſuperatis, in Emmanuelis liberaberis præſentia. ¶Vnde, derelinquetur terra ab his regibus.

duorum regum ſuorum. Adducet dominus ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper domum pa- b

a ¶Tribulationis & captiuitatis.
b ¶Tam mali.

tris tui dies, qui non venerunt à c diebus ſeparationis Ephraim à Iuda cum rege Aſſyriorum. Et erit d e

a ¶Nabuchodonoſor cum quo venerunt Mædi, & Perſæ, & Aegyptij, & Chaldæi.
a ¶Inſpirabit.

a in die illa: ſibillabit dñs muſcę quę f g h eſt in extremo fluminum Aegypti,

a ¶Nili.
a ¶Aſſyrijs vel Chaldæis nimium ferocibus & iaculis potentibus. b ¶Metaphoram proſequitur. In huiuſmodi enim locis muſcæ, apeſq; congregantur.

& api quæ eſt in terra Aſſur, & ve- i k nient & requieſcent omnes in tor- l rentibus † valliũ, & in cauernis pe- m trarũ, & in omnibus † frutetis, & in n vniuerſis foraminibus. In die illa o

¶In terra tua.

† deſertorum

† ſpinis

## NICOL. DE LY.

¶ *ſpicit præteritum in magna diſtantia, ſicut in parua, ſicut & ſignum pronoſticum reſpectu futuri. Sciendum etiam quòd liberatio regni Iudæ à perſecutoribus fuit ſignum figuratiuum ſaluationis mundi fiendæ per Chriſtum, & quia Achaz erat incredulus verbo prophetæ, vt dictum eſt ſuprà, conuenientius fuit, vt ſibi daretur ſignũ rememoratiuum futurum in longinquum, vt ipſe in propria perſona non videret ſicut in mente non credebat: illi tamen qui deſcenderunt de eo viderunt, vt Maria & Ioſeph. ideo ſignanter propheta nõ direxit verbum ad Achaz, dicens: Audi Achaz: ſed ad domum Dauid, dicens: Audite ergo domus Dauid: de qua domo fuerunt Ioſeph & Maria, non tamen ad eos refertur, quod ibi dicitur: Nunquid parum vobis eſt &c. Sed illud quod ſubditur: Dabit dominus vobis ſignum. Ad ſecundum dicendum, quòd almuth in Hebræo ſignificat abſconſionem. & inde dicitur alma, abſcondita, quod ſignificat iuuenculam aſpectibus hominum abſconditam, ita quòd de eius pudicitia & integritate non dubitatur, maximè quando præponitur litera He, tunc ſic ſonat haalma. Nec inueniuntur in tota ſacra ſcriptura aliquæ ſic ſcriptæ, niſi tantum tres, ſcilicet Rebecca, Gen.24.b. vbi dicitur de ea: Puella decora nimis, virgo pulcherrima & incognita viro. Et ſequitur ibidem: Puella quæ egredietur ad hauriendam aquam. In Hebræo habetur: Haalma quæ egredietur, &c. Et Maria ſoror Moyſi, Exo.2.b. vbi dicitur de ea: Et iuit puella, & vocauit matrem pueri. In Hebræo habetur: Iuit haalma &c. & iſta quæ ſcribitur in hoc capite: & ideo cum duæ primæ fuerint virgines puriſſimæ, quando nominatæ fuerunt nomine haalma. idem tenendum eſt de iſta. Ad tertium dicendum, quòd duplex eſt nomen alicuius. ſ. impoſitionis & naturæ, ſicut ſortes eſt nomen impoſitionis, homo vel hoc nomen homo nomen naturæ. Ieſus fuit nomen impoſitum ipſi Chriſto, vt patet Luc.2. Emmanuel autem eſt nomen naturæ, ſeu proprietatis: Significat enim nobiſcum Deus, vt dictum eſt ſuprà. & hoc eſt proprium nomen ipſius Chriſti, in quo diuina natura & humana ſunt coniunctæ in eodem ſuppoſito. Et hoc modo vocatus eſt pluribus alijs nominibus proprietates eius ſignificantibus, ſicut vocatus eſt lapis, Dan.2. & Dauid Oſee.3. & nomine domini tetragrammaton. Ier.23.b. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum dominus iuſtus noſter. vbi habemus, dominus, in Hebræo habetur nomen domini tetragrammaton, & pluribus alijs nominibus conſimiliter nominatur in ſcriptura. Ad quartum iam ſolutum eſt ex his quæ dicta ſunt, quia licèt in Chriſto non fuerit aliqua ignorantia, tamen factus eſt homo in tempore, & ſic habuit ſcientiam infuſam in tempore, & antequam illam haberet, liberatio populi per Iſaiam denuntiata fuit impleta.*

*Haalma*

B

*Nomini impoſitio quo modo fiat.*

a Adducet dominus. *Sciendum, quòd pars iſta ad finem capitis multipliciter exponitur à diuerſis: Sed vnam tantum expoſitionem intendo proſequi, quæ rationabilior mihi videtur, & eam proſequitur Ra.Salo. videlicet quòd in hac parte deſcribitur ſignum liberationis à Deo factæ tempore Ezechiæ filij Achaz, quia rex Aſſyriorum cum magno exercitu venit contra eum, cui Ezechias reſiſtere non potuit via humana: & ideo conuertit ſe ad diuinum auxilium implorandum: & ideo miſit dominus angelum ſuum, qui vna nocte percuſſit in exercitu regis Aſſyriorum centum octogintaquinque millia bellatorum. Quod videns rex mane territus & confuſus fugit ad terram ſuam cum paucis, & ibi interfectus fuit à filijs ſuis, 4.Reg.19. Igitur ſecundum hoc reſiduum huius capitis in duas partes diuiditur, quia primò tangitur hoc factum in generali. ſecundò, explicando partes eius in ſpeciali, ibi: Et erit. Circa primum dicitur ipſi Achaz: Adducet dominus ſuper te. quia Theglathphalnaſar rex Aſſyriorum vaſtauit terram eius nullo reſiſtente, & eum afflixit, vt habetur ſecundo Paralipo. vigeſimooctauo.*

*Diuiſio.*

b Et ſuper domum patris tui. *ideſt ſuper Ezechiam filium tuum & eius populum. Ezechias enim fuit iuſtus & bonus: & ideo magis deſignatur hic per auum ſuum Ioathan, qui fuit iuſtus, quam per Achaz patrem ſuum, qui fuit peſſimus, cum dicitur: Super domum patris tui. ſ. Ioathan: de qua domo exiet Ezechias filius tuus.*

c Dies qui non vene. à diebus ſeparationis. *Iſta ſeparatio fuit facta tempore Roboam, vt habetur 3. Regum 12. à tempore illo vſque ad tempus Ezechiæ non venerunt dies ita terribiles & conſolabiles diuerſis reſpectibus, ſicut venerunt tempore Ezechiæ, quando Sennacherib venit vltimò ad deſtruendum eius regnum, ideo ſubditur:*

d Cum rege Aſſyriorum. *quoniam in aduentu eius ad Ieruſalem fuerunt illi dies ratione eius & formidinis exercitus, & pro Rabſacis blaſphemationibus fuerunt terribiles & triſtabiles. Sed ratione miraculoſæ liberationis fuerunt conſolabiles.*

*Diuiſio.*

e Et erit. *Hic deſcribitur factum per partes in ſpeciali. Et primò quantum ad aduentum exercitus. ſecundò quantum ad percuſſionem ipſius, ibi: In die illa radet. tertiò quantum ad prouiſionem victus Ezechiæ & populi eius, ibi: Et erit. Circa primum dicitur:*

f In die illa. *ideſt in tempore illo, quia congregatio tanti exercitus non potuit fieri vno die.*

g Sibilabit domi. *ideſt inſpirabit voluntatem veniendi contra Ezechiam.*

h Muſcæ quæ eſt in extremo. *Per muſcam intelligitur hic populus Aegypti, qui cum magna turba venit cum Sennacherib contra Ezechiam, vt dicunt aliqui. Sed hoc videtur falſum, quia Rabſaces tunc volens terrere Ezechiam & populum eius dixit. quarti Regum decimooctauo. In quo confidis, vt audeas rebellare? an ſperas in baculo arundineo atque confracto Aegypto? Hoc autem non dixiſſet, ſi populus Aegypti eſſet in exercitu cum Sennacherib contra Ezechiam, & ideo alij exponunt de rege Aegypti, qui alio tempore venit contra Iudæam, ſcilicet tempore Ioachaz filij Ioſiæ, quem vinxit, & impoſuit terræ centum talenta argenti, & talentum auri, quarti Regum vigeſimo tertio. Sed videtur mihi quod melius poteſt exponi de populo Lybiæ, qui erat ſubiectus regi Aſſyriorum, & ideo venit ad eius exercitum. vnde non dicitur hic: Sibilabit dominus muſcæ quæ eſt in Aegypto: ſed, quæ eſt in extremo fluminum Aegypti. Et vocatur ille populus muſca, ad deſignandum quòd venit cum magna turba ſicut muſcæ. Dicitur autem hic fluminum Aegypti, quia in Aegypto rarò pluit, ſed terra irrigatur per irrigationem Nili, qui ad hoc ab incolis per multos diuiditur riuos, vt habetur Deuter. vndecimo.*

H

i Et api quæ eſt in terra Aſſur. *Vocatur ille populus Aſſyriorum apis, non à dulcedine mellis, ſed ab aculeo: quia ille populus pupugit alias nationes in circuitu, eas perſequendo, vt habetur quarti Regum decimooctauo.*

k Et venient & requieſcent omnes in torrentibus vallium, &c. *Per hoc deſignatur quod eſſent occupaturi, & deuaſtaturi omnia loca regni Iudæ, ſicut factum fuit tempore Ezechiæ, excepta Ieruſalem, quam Sennacherib non cepit, Deo exercitum eius percutiente.*

o In die illa. *Hic conſequenter deſcribitur iſta percuſſio, quia dominus miſit angelum, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum 185. millia, ita quòd corpora redacta fuerunt in cineres, intactis veſtibus & armis: quo viſo rex Sennacherib fugit, & diuino iudicio in terra ſua gladio filiorum ſuorum interfectus fuit. 4.Regum 19. & hoc eſt quod dicitur hic: In die illa. ideſt in tempore Sennacherib veniet contra Ieruſalem, vt deſtruat eam.*

¶ a Radet

## MORALITER.

★ f *In die illa ſibilabit dominus muſcæ &c.* Per muſcas & apes pungentes ſignificantur contentioſi & detractores, qui dicuntur requieſcere.
l *In torren. val.* quoniam ſunt impetuoſi, propter quod ſignant domus potentum.
m *Et in cauer.* ideſt in domibus clauſtralium.
n *Et in omnibus frutetis.* quæ ſunt parua nemora, propter quod ſignificant habitationes vulgarium. In omnibus enim iſtis locis vigent vitia contentionis & detractionis. Et ſubditur dictorum vitiorum punitio, cum dicitur:
o *In die illa &c.* ideſt grauiter puniet prædicta vitia in maioribus, qui per caput ſignificantur, & in mediocribus, qui per barbam, & in minoribus, qui per pilos pedum intelliguntur.

n Et

★ g In die

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

G a *Nouacula.* Rex Aſſyriorum (qui in Ieremia, columba Dei
E vocatur) in eo, & in his qui trans flumen. ſ. Aſſyrijs ſunt, ra
Ier. 25. g. det dominus, in Iudæa caput & pilos pe. ſ. omnem fortitudi
nem regum & principum & ſubiectorum.
b *Et erit in die illa.* Poſt ſubuerſionem vrbis Nabuzardam
princeps militiæ, quem LXX. Archimarrum vocant: pauperes reliquit, qui vineas & agros colerent. Vnde Godolias de regio genere, q eis præ-
4. Reg. 25. f. poſitus erat, dicit: Seruite regi Babyloniæ, & bene erit vobis, quo tempore tanta ſolitudo in Iudæa fuit, vt nec greges ouium haberent, nec armenta boum. *Tropolo.* Nutriet homo vix vnam vaccam & duas oues ſcili-
† cõſumet. cet, munda animalia habent Iudæi, vt lacte nutriantur infantiæ, non ſoli do cibo, vt comedant verborũ mella de labijs meretricis. i. doctoribus prauis, nec habeant vinum quod lætificat cor hominis. Sed opera eorum vertantur in ſpinas, & vulnerentur ab eis, qui ſagittam in obſcuro rec. cor. ſi voluerint altius ſapere, quam deberent, vt laborantes in ſcripturis myſticum poſſint inuenire. Non fru-
Pſal. 10. b. ges afferant, ſed vepribus compleantur, & ſpinis quæ oriuntur in manibus ebrij, nec terra eorum vel doctrina à rationabili animante, ſed à bobus (quorum curã non habet Deus) & à brutis animalibus conculcetur.
c *Comedet butyrum.* Delectabitur in paſſione Chriſti, vel ſua. Butyrum enim ex multis confectionibus efficitur.
d *Et omnes mon. qui in ſar. ſar.* relictis campeſtribus metu hoſtium ad mõtana confugient, aſpera montium manu propria excolentes, vitam miſeram ſuſtentabunt. Cætera erant
F in paſcua.

a ¶Quia data eſt ei Aegyptus pro labore quo ſeruiuit domino apud Tyrum. b ¶Aliâs conducta alia litera.
a radet dominus in nouacula acuta a
a ¶Euphratem.
in his qui trans flumen ſunt, in rege b c
a ¶Vt nihil forte, nihil pulchrum remaneat, ſed effeminatis hominibus imo ignominioſis mulieribus comparetur.
Aſſyriorum, caput & pilos pedum d e
a ¶Decorem & virtutem. b ¶Idest cum omnia tranſlata fuerint in Chaldæam. ¶Tempore gratiæ.
b & barbã † vniuerſam. Et erit in die f g
a ¶Rarus habitator. b ¶Vnam tantum, quia pauper. ¶Carnem. ¶Robuſtam voluntatem.
illa: nutriet homo vaccam boum, h
a ¶Vnde paſcatur & veſtiatur. ¶Duos ſimplices affectus, ad dominum. ſ. & proximum. b ¶Quia multa paſcua & pauca animalia. c ¶Doctrina euangelicæ.
& duas oues, & præ vbertate lactis i k
c comedet butyrũ. Butyrum enim l
a ¶Agreſte. b ¶Præ inopia panis.
& mel manducabit omnis homo, m
q relictus fuerit in medio terræ. Et n
erit in die illa: omnis locus vbi fue-
a ¶Deficiente vino, deſertis vineis, ſingulæ vites ſingulis ementur argenteis. b ¶Ementur.
rint mille vites, mille argẽteis: & in o
a ¶Vinea. b ¶Timore latronum.
ſpinas, & in vepres erũt. Cum ſagit- p
a ¶In agros viſendos.
tis & arcu ingredietur illuc. Vepres
enim & ſpinę erũt in vniuerſa terra.
a ¶Erunt tales.
a Et omnes montes qui in ſarculo ſa- q
rientur, non veniet illuc terror ſpi- r
a ¶Cætera terra. ¶Aliâs am.
narum & vepriũ, & erit in paſcua s
a ¶Tantum non in habitationem hominis.
bouis, & in conculcationẽ pecoris.

i Et du. oues. *ſibi remanentes de magno grege ouium, cæteris conſumptis ab Aſſyrijs.*
K Et præ vber. *Quia dominus dabit benedictionem ſuam: & ſic habebunt tantum de lacte, q ſufficiet ei ad ſuſtentationem domus ſuæ, intantum, q non ſolum comedet lac, ſed etiam pinguedinem lactis, quę colligitur in butyro. Aliqui autem exponunt hoc ad oppoſitum dicentes, q per hoc exprimitur defectus victus illo tempore propter vaſtationem terræ. ſic exponentes: Comedet butyrum propter panis defectum: Sed litera præcedẽs videtur repugnare, vbi dicitur: Et præ vbertate. & ſimiliter ſubſequens, cum dicitur:*
l Butyrum enim & mel co. *vel manducabit. Vbicunque enim iſta duo iunguntur in ſcriptura, ſignificant abundantiam bonorũ terrę: vnde & terra promiſſionis ad ſui cõmendationem frequenter dicitur in veteri teſtamento fluens lacte & melle.*
m Om. ho. qui re. fue. in me. ter. *i. homines iuſti viuentes vita humana, & non beſtiali. iſti fuerant relicti in medio terrę Iudææ euadentes gladium Sennacherib: ſed mali qui erant in peccatis obſtinati, fuerunt per eum exterminati: & iſtis iuſtis remanentibus fuit ſufficienter prouiſum de victu.* † homo
n Et erit in die &c. mil. vi. *valentes mille argenteos.*
o Et in ſpinas &c. *propter defectum colentium, quia ſicut dictum eſt, multi perierant per exercitum Aſſyriorum. Ra. Salo. aliter exponit dicens: q tempore Ezechiæ poſt mirabilem liberationem ab exercitu Sennacherib, vt prædictum eſt, Ezechias induxit populum ad legis ſtudium, & vt magis poſſent in hoc proficere, abſtraxerunt ſe à vino, ita q parum aut nihil bibebant, & ſic remanſerunt vineæ incultæ.*
p Cum ſagitis & arcu ingredien. *i. propter feras & ſerpentes ibi latentes inter fructeta ibidem creſcentia. ideo ſubditur: Vepres enim & ſpinæ.* H
q Et omnes mon. qui ſarculo ſarien. *i. ſpinis & vepribus purgabuntur: ad hoc quod poſſit ibi bladum ſeminari.*

## NIC. DE LYRA.

¶ Radet do. i. acuta: *quia illud quod acuitur, ſuper cotem deducitur. Per nouaculam acutam quæ velociter ſcindit multitudinem pilorum, intelligitur diuina potentia, per quam velociter cecidit rex Sennacherib & exercitus eius.*
b In his qui &c. ſ. *Euphratem, vltra quod erat terra Aſſyriorum reſpectu Ieruſalem.*
c In rege Aſſyriorum. *hoc dicitur ad excipiendum alios populos, qui habitant vltra Euphratem, qui non venerunt cum Sennacherib ad deſtruendum Iudæam.*
d Caput. *ideſt regem, qui à filijs ſuis interfectus fuit, vt dictum eſt.*
e Et pilos pedum. i. *pedites de ſuo exercitu.*
f Et barbam vniuerſam. i. *equites, qui erant circa regem adhærentes ei, ſicut barbæ capiti.*
g Et erit in die illa. *Hic conſequenter deſcribitur prouiſio victus circa Ezechiam & populum eius: quia licèt exercitus Sennacherib terram Iudææ in circuitu Ieruſalem deſtruxerit, & bona partim vaſtauerit, & partim rapuerit, tamen dominus de victu Ezechiæ & populo ſuo prouidit, vt dictum fuit 4. Reg. 19. exponendo illud: Hoc erit ſignum, comede hoc anno quod reperis, &c. & quantum ad hoc dicitur hic: Et erit in die illa. tempore poſt deuaſtationem per Sennacherib.*
h Nutriet ho. vac. i. *vaccam vnicam ſibi remanentẽ de magno armento boum, cæteris raptis & conſumptis ab exercitibus Sennacherib.*
i Et

r Non veniet illuc terror ſpinarum & vep. *quia Deo faciente ſeruabitur terra in puritate ſua, vt ſic faciat fructum bonum & multum, ideo ſubditur:*
s Et erit in paſcua bouis & in conculca. pec. *ideſt ita erit fertilis in fructu, q non ſolum ſufficiet ad ſuſtentationem hominum, ſed etiam animalium domeſticorum.*

## MORALITER.

❧ g *In die illa.* Hic deſcribitur modus viuendi bonorum, cum dicitur: In die illa nutriet homo. i. rationabiliter viuens.
h *Vaccam boum.* i. corpus ſuum non ad luxuriandum, ſed ad ſeruiendum domino ſecundum ſtatum ſuum.
i *Et duas oues.* ſcilicet intellectum pabulo ſacræ ſcripturæ, & voluntatem cœleſtium deguſtatione, quantum pertinet ad ſtatum præſentis vitæ.
K *Et præ vber. lactis.* ideſt diuinæ conſolationis.
l *Comedet butyrum.* id eſt ſentiet excellentem ſuauitatem cœleſtium.

*In cap. vij. vbi dicitur in poſtilla: & dixit Achaz: Non petam.*

## ADDITIO.

¶ In hac reſponſione Achaz rectè intellecta non recuſauit petere ſignum, timens ne aliquid ad Dei gloriam monſtraretur, vt Ra. Sa. dicit. Potuiſſet. n. Iſaias virtute diuina oſtendere aliquod ſignum etiam Achaz nolente. Sed hæc reſpõſio aliter exponi poteſt & planius. Pro quo ſciendum, q aliqui quærunt à Deo ſigna non tentan-
Quærere ſigna à Deo. do quaſi dubitantes de diuina potentia, ſed vt firmius uerbis diuinis adhæreant, ut patet de Gedeone, Iudic. 6. cap. & de Ezechia, infrà 38. & de multis iuſtis. Alij uerò ſigna quærunt, quaſi uolentes experientiam ſumere de diuina potentia, de qua dubitant: & hoc eſt propriè tentare Deũ, ſicut legitur de Iſraelitis, Num. 14. d. Tentauerunt me decies. Alij uerò in tanta infidelitate ſunt excæcati, q nolunt tentare Deũ, ſed quaſi certificati de impotentia, ſeu improuidentia Dei, credunt q de hoc non requiritur tentatio, ſicut nullus ſenſatus tentat, an ignis calefaciat, cum ſit certus de hoc. Et iſto modo Achaz peſſimus tanquam nõ ſolum dubius de fide, ſed tanquam certus de oppoſito dicit, non petã, & nõ tentabo dominum, quaſi diceret: Nec primo modo, quod eſt petere ſignũ, nec ſecundo modo quod eſt tentare, ego uolo ſigna. In quo manifeſtè oſtendebat nullam habere fidem nec confidentiam de Deo. Vnde notandum, q cum Iſaias dixerat ſibi: Pete tibi ſignũ à domino Deo tuo, correſpondenter debuiſſet dicere: Non petam, & non tentabo dñm Deum meum, ſed in ſua reſponſione peſſima reſcindit Deum meum, vt manifeſtè oſtenderet, q dominus de quo Iſaias loquebatur, non erat Deus ſuus, ſcilicet Achaz. Ex quo Iſaias conſequenter intulit: Numquid parum uobis eſt &c. Infidelitas. n. quam Achaz oſtendebat in pdicta reſpõſione, maximè offenſa Dei erat.
In eo.



A *In eodem ca. vij. vbi dicitur in poſtil. Et ſi dicatur quod non cogno. &c.*

## ADDITIO II.

Poſito quòd dæmones præcognoſcunt certitudinaliter de aliqua muliere prægnante, an ſit paritura maſculum vel fœminam, ex eorum notitia naturali quæ integra in eis remanſit, vt poſtillator dicit: adhuc poteſt negari quod de muliere quæ nondum concepit, dæmones ex ſua notitia naturali præcognoſcant an conce-
De futuris contingentibus. ptura ſit & paritura: cum dæmonum cognitio naturalis non ſe extendit ad futura merè cõtingentia. & ideo cum in propoſito Iſaias loquebatur de virgine quæ nondum conceperat, ſed conceptura erat. Non enim dixit: Ecce virgo concipit, ſeu concepit, ſed concipiet. Non obſtante ratione poſtillatoris, adhuc videtur cauillatio Iudæorum in ſuo vigore: ad quam euacuandam videtur aliter dicendum. Pro quo attendendum eſt, quod ex contingentibus quæ æqualiter ad vtrumlibet conſueuerant ſe habere, non poteſt ſumi rationabiliter certificatio alicuius propoſiti dubij: etiam ſi ab aliquo antequam contingat prænoſticetur, verbi gratia: Si aliquis dicat alicui de aliqua re dubitanti. Crede mihi hanc rem tibi dubiam: in cuius ſignum do tibi quòd ſemel proijcias taxillos, & in illa eiectione vnica tua puncta erant paria, manifeſtum eſt quod poſito quod paria eijciantur, dubitans ſi ſit diſcretus, non certificabitur de dubio ſuo, quia ad talem prænoſticationem non requiritur aliqua ſupernaturalis cognitio, ſed poteſt rationabiliter æſtimari quod fuit caſualiter facta. vnde in propoſito quod mulieres communiter pariunt maſculos vel fœminas, caſualiter poſſet quis veram partem prædicere ſine hoc quod ſibi credatur in alijs dicendis. Vnde ridiculum videtur, quod in materia tam ardua & dubia tale ſignum offeretur ad certificationem.
*In eodem ca. vbi dicitur in poſtilla: Vt ſciat reprobare malum.*

## ADDITIO III.

Notandum, quòd in hoc quod dicitur hic: Vt ſciat reprobare ma. &c. videtur propheta alludere ad hoc quod dicitur Gen. iij. a. Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & ma. Primus enim Adam ſcientiam boni & mali illicitè appetiuit, ſcilicet vt eſſet ſicut Deus. vnde ibidem dicitur: Eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. & ſic lapſus eſt in peccatum ſuperbiæ, volens ſe adæquare Deo. ſed ſecundus Adam ſcilicet Emanuel, de quo hic agitur, non habuit ſcientiam boni & mali, niſi vt ſciret reprobare malum & eligere bonum. q. d. licèt iſte virginis filius de quo loquor, butyrum, & mel comedet tanquam verus homo, in hoc tamen differt à primo homine: quia ille bonum & malum ſcire appetiuit, vt æquaretur
B Deo, iſte verò vt ſciret reprobare malum & eligere bonum, quod intelligitur de malo culpæ, quod eſt ſimpliciter & verè malum.
¶Malum verò pœnæ, eſt malum ſecundum quid tantum. Et notandum quòd ſi ſcire intelligatur hic de ſcientia experimentali, ſic in prædictis verbis inuenitur impeccabilitas Chriſti, etiam ſecundũ humanam naturam. Iſto enim modo non ſciuit Chriſtus malum, quia peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius infra liij. c. Sed tantum ſciuit reprobare malum, culpæ ſcilicet. Item notandum, quòd vbi nos habemus: Vt ſciat re. ma. &c. Heb. litera habet: quia ſcit, vel, eo quòd ſcit. ſecundum quod inuenitur quòd ſcientia eligendi bonũ, & reprobandi malum fuit in ipſo Emanuel antequam butyrum & mel comederet, ſcilicet ante natiuitatem ſuam, ſicut cauſa præcedit effectum. Et ſic virtute huius literæ habetur, quòd ante natiuitatem ſuam habuit ſcientiam reprobandi malum, & eligendi bonum: quod non cõpetit alteri puro homini.
*In eodem ca. vbi dicitur in poſtilla: Circa quartum dicendum. Ad primum quod in ſacra ſcriptura ponitur duplex ſignum.*

## ADDITIO IIII.

Signum indicatiuum duplex. Signum indicatiuum alicuius effectus dupliciter datur in ſcriptura. Vno modo cum ſignum datur in præſenti vt aliquid credatur: & hoc vel fiendum in futuro, vt de ſigno dato Gedeoni & ſimilibus. Vel iam factum in præterito, ſicut apertio, terrę deglutiens Dathan & Abiron, fuit ſignum vt populus crederet, q Deus miſerat Moyſen ad probandum & gubernandum populum, Num. xvj. Alio modo cum ſignum datur in futuro quòd in futuro, cum venerit credatur. vnde Ioh. xiij. d. Et nunc dixi vobis antequam fiat, vt cum factum fuerit, credatis. Et iſto ſecundo modo intelligitur hoc quod dicitur hic: Ecce dabit dominus ipſe ſignum. Non enim iſtud ſignum dabatur in præſenti, nec præſentibus, ſed futuris de domo Dauid, quibus hoc ſignũ innotuit. ſ. beatę virgini & Ioſeph, & ſic non requiritur, vt hoc ſignum dicatur memoratiuum, ſed verè prænoſticum. Sed contra hoc dicent Iudęi, q hoc ſignum impertinẽter ſeu inutiliter ponitur in hoc loco, cum ſolum in futuro in magna diſtantia temporis erat dandum, nec eſt rememoratiuũ præteritorum ſecundum hanc poſitionem. Ad quod dicendum, q hoc interponitur hic ad exprobrationem maiorem incredulitatis ipſius Achaz, qui omnipotentiam diuinam & eius prouidentiam intantum contempſit, vt ſignum petere à Deo, & eum tentare dedignaretur: vt ſupra in prima additione iſtius ca. vnde: Quia oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcunt. propheta introduxit hoc ſignum, q. d. O domus Dauid quæ nunc tam incredula es, q dedignatis petere ſignum à Deo, &c. adhuc erit tempus in quo dabitur domui Dauid ſignum altiſſimum & profundũ ſcilicet: Ecce virgo conci. &c. quod ſignum ſimpliciter ab angelo propoſitum tam miriſſimũ & ſupernaturale illa virgo de radice Ieſſe electiſſima per fidem puriſſimam maximè meritoriè acceptabit. vnde de illa dr, Luc. j. Beata qæ credidiſti &c. & ſic in domo Dauid incre- C
dulitas ſeu infidelitas ipſius Achaz iuxta fidelitatem ſynceriſſimi virginis glorioſæ poſita, clarius illuceſcit. Item prædicta prænoſticatio Iſaiæ & ſi non eſſet vtilis ipſi Achaz et etiam ſuis contemporaneis, fuit tñ maximè vtilitatis futuris, præſertim his qui fuerũt contemporanei Chriſti et poſteris, quibus ab ipſo Chriſto dicitur: Scrutamini ſcripturas, in quibus putatis vos vitam æternã habere, &c. Ioh. v. f. Huiuſmodi enim ſcrutantes cum inueniunt cõcordantiam huius dicti prophetici: Ecce virgo concipiet, cum dicto euangelij: Ecce concipies in vtero, &c. ad veram fidem attrahuntur, vel in ipſa fortius confirmantur: & ideo notanter dixit Matth. in hoc loco: Vt impleretur quod dictum eſt per prophetam. q. d. Attendite concordantiam prophetici vaticinij euangelico teſtimonio.
*In eodem ca. vbi dicitur in poſtilla: Ad ſecundum dicendum: Alma ſignificat abſconſionem.*

## ADDITIO V.

Circa hoc quod dicitur in Heb. haalma. Attendẽdum eſt quòd Matth. 1. 4.
alma ſignificat virginem abſconditam: ut dicitur in poſti. Sed hoc q additur ha, eſt quoddam ſyncathegorema connotans q uirgo illa de qua agitur, aliqua ratione eſt notior cæteris propter aliquam præeminentiam. Vel quia de ea iam facta eſt mentio: prout ſuper Pſalterium in additionibus ſupra Pſal. viij. largius eſt expoſitũ. Ex quo aliqua difficultas in propoſito uẽ emergere circa ſignificationem propriam huius dictionis haalma. Dicunt enim aduerſarij, q tpe Iſaiæ non erat nota beata uirgo, cum nondum eſſet in rerum natura, nec de ea iam eſſet facta aliqua mentio in ſcripturis ſacris. unde nõ de illa propriè põt intelligi li haalma, ſed de alia tpe Iſaiæ apud eos quibus loquebatur nota, ſeu cæteris notior. Ad quod reſpondendum ſm Ray. Martinum in pugione, in tertia parte diſ. iij. ca. viij. quod iam longe ante Iſaiam Salomon de cuius ſtirpe naſcitura erat, expreſſam de ipſa fecit mentionẽ. ſ. Prouer. xxx. c. ubi dr: Tria ſunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cæ. &c. & uiam uiri in alma. i. in uergine abſcondita ſeu ſecreta: ubi prædictus autor prædictas quatuor uias applicat, quatuor uijs Chriſti. ſ. aſcenſioni uiam aquilæ. Viam quoq; Chriſti de cruce ad ſepulchrũ, q erat exciſum in petra. de quo tertio die reſurrexit, uiæ colubri ſupra Petram applicat. Viam èt Chriſti per tempeſtates & fluctuationes huius mundi tranſeuntis, uiæ nauis in medio maris applicat. Viam uerò Chriſti in utero uirginis incarnati, uiæ uiri in alma applicat: Quã uiam ipſe Salomon dicit ſe penitus ignorare. ſ. quõ abſq; humano ſemine uirgo poſſet concipere perfectũ Deum & hominẽ. unde Iſaias non dixit: Ecce alma concipiet, ſed haalma tanq̃ de nota, de qua iã Salomon longè ante fecerat mẽtionẽ, loque- D
retur. Sed ex hac expoſitione licèt uera & rationabili Iudæi ſumũt occaſionẽ ſubſannandi ſeu blaſphemandi puritatẽ et ſanctitatem Virginis glorioſæ. Dicunt. n. ſic: legatur ſeries textus prout iacet in litera Prouer. xxx. et ibi inuenitur, quod cum dixiſſet ſapiens. Viã uiri in alma, ſtatim ſequit: Sic eſt uia mulieris adulteræ, q̃ comedit et tergit os ſuũ, et ait: Non fecit iniquitatem. Ecce inquiunt, oſtẽdit manifeſtè, q alma in hoc loco non põt eſſe niſi corrupta, eo q mulieri adulteræ comparatur. Ad quã obiectionem prædictus autor reſpondet: q verba Salomonis in dicto libro parabolicè intelligi debent, ſicut ipſe liber parabolę Salomonis intitulat. unde frequẽter unum prętenditur, et aliud intenditur, ut pertinet ad parabolicam locutionem: unde uia mulieris adulterę, intelligi debet hic nõ fęmina adulterã, ſed plebs Iudaica, de qua infra Iſa. lvij. a. Accedite huc filij auguratricis, ſemẽ adulteri et fornicarię. Ex quo et alijs ſimilibus patet, quod mulier adultera in ſacra ſcriptura ſępe accipitur pro ſynagoga Iudaica: Quod ex multis rationibus prędictus autor ibidem confirmat. Vnde quemadmodum uia aquilę in cęlo, et uia ſerpentis in petra, et uia nauis in aquis, et uia uiri in alma, mirabiles ſeu difficiles fuerunt Salomoni, atq; diſtantes ab intellectu eius, ſic fuit apud eum mirabilis et ualde diſtans à ratione uia iſtius adulterę nequiſſimę, ſcilicet ſynagogę. Non enim Salomonis ratio debuit aut potuit capere malitię immenſitatem, impietatis profunditatem, et perfidię pertinacitatẽ, qua hęc adultera uerum Meſſiã Chriſtum dominũ innocentem cõdemnaret, et Barrabam ſeditio- Ioh. 18. g.
ſum et homicidam peteret. Qua ẽt fatuitate ſeu inſania, uel qua inuidia diabolica ſtimulata potuit Meſſiã repellere, cęcos illuminantem, claudos curantem, mortuos reſuſcitantem, et innumera miracula facientem: Barrabam uerò qui nihil tale unquam fecit, pro Meſſia ſuſcipere. Bene igitur Salomon celſitudinem ſanctitatis ſupradictorum quatuor, et profunditatẽ et immenſitatem, fatuitatis huius adulterę conſiderans, uehementer admiratus ſubiunxit: Sic eſt uia mulieris adulterę, ſic ſcilicet admiranda ad intelligendum difficilis, et ultra modum ſtupenda, quę panem tot mendaciorum comedit: et comedere tam auidè non deſinit, et tamen quaſi tergens os ſuũ, acſi nihil inſanię uel iniquitatis operata, erubeſcere neſcit. unde Iere. iij. b. ei dicitur: Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, renuiſti erubeſcere. quę et alia ad hęc pertinentia largius ponuntur à prędicto autore lib. ij. ubi ſupra.
*In eodem capite vbi dicitur in poſtilla: Et erit in die illa omnis locus vbi fuerunt mille vites.*

## ADDITIO VI.

Ad intelligentiam huius quod dicitur: Et erit in die illa omnis locus ubi fue. mi. vi. mi. ar. &c. Attendendum, quòd in uaſtatione facta per exercitum Sennacherib fuerunt uineę deciſę intantum,
quod

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E quòd non poterant ex eis incolæ habere fructum uſque ad longũ tempus, & ideo dimittebantur incultæ: & ſic creſcebant in eis ſpinæ & uepres & feræ ſyluarum, quæ in eis degebãt. Et hoc eſt quod dicit: Omnis locus ubi fuerunt mille uites, mille argenteis, id eſt dato quòd vites fuerint ita bonæ, quòd aliàs ualerent mille argenteos, tamen ex defectu culturæ in ſpinas & in uepres erunt, qua ratione cum ſagittis & arcubus ingredientur illuc ſcilicet timore ferarum. Et quia hoc non tantùm erat in vineis, ſed etiam in omnibus locis planis terræ, ideo dicit: Vepres enim & ſpinæ erunt in uniuerſa terra ſcilicet plana. Sed quia multi tempore belli relictis campeſtribus metu hoſtium ad montana confugerunt, & aſpera montium propria manu excolebant, ideo in his locis montoſis in primis refugium habuerunt ſeminandis bladis & pro paſcuis animalium, eo quòd illa loca alta erant culta etiam tempore belli, ſic quòd non erant ſpinæ ibi & uepres: & hoc eſt quod dicit: Et omnes montes qui in ſarculo ſarientur, non ueniet illuc terror ſpinarum et ueprium ratione iam dicta: et erit in paſcua bouis etc.

## REPLICA.

IN ca. 7. cum poſtill. illum paſſum: Non petam, et non tentabo dominum, etc. exponit ſicut communiter exponit Burgen. tanquam Iſmahel contra omnes exponit, quòd Achaz ideo petere noluit, quia pro certo tenuit Deum Iſrael nihil poſſe. Sed illa expoſitio non uidetur uériſimilis: nam auus et pater Achaz, Ozias et Ioathan fuerant boni cultores Dei, ut habetur. 4. Reg. 15. Et Achaz uiginti annorum erant antequam pater eius moreretur, et fortaſſis uiuebat adhuc Ozias auus Achaz, qui fuit à domino lepra percuſſus, quod etiam Achaz latere non potuit. Et quarto anno regni Achaz hæc recuſatio ſigni oblati facta eſt, ut patet. non eſt igitur uériſimile, quòd infra tam breue tempus de notitia Dei et eius potentia per patrem à proculdubio inſtructus, quia dicitur bonus. 3. Reg. 15. potuerit tranſire ad illam certitudinem impotentiæ Dei, quam Burg. deſcribit in Achaz fuiſſe. Stat enim idololatrię deditos de Dei bonitate, potentia, et auxilio diffidere, imò et deſperare ſine tali certitudine. Non enim poteſt in intellectu quantuncunque deprauato talis poni certitudo ſine ratione manifeſta, uel autoritate, quæ in propoſito aſſignari non poſſunt: certum enim eſt quòd Achaz idololatrando habuit affectum deprauatum, ſed non intellectum, quia nulla ratio eum ad idololatriam mouit, ſed ſola malitia quæ eſt prauitas uoluntatis contra dictamen rectæ rationis, ideo dicitur de ipſo. 4. Reg. 16. quòd ambulauit in uijs regum Iſrael, qui quamuis eſſent idololatræ, hoc non proceſſit ex rationis prauitate, ſed affectionis, quia fecerunt uitulos colendos, ne populus iret Ieruſalem ad cultum ueri Dei, et redirent ſic per aſſuefactionem ad regnum domus regis Dauid, prout habetur. 3. Reg. 22. immo et Ioram filius Achab, cum eſſet cultor idolorum, ſciuit tamen dominum et eius potentiam, quem tamen non coluit, unde dixit. Heu heu heu. Congregauit nos dominus tres reges, ut traderet in manu Moab, prout dicitur. 4. Reg. 3. b. Modicum igitur ualet quod Burgen, hic exponit. Sed nihil probat. G

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. VIII.

ET dixit dominus ad me: Sume tibi. Primum propheta prædicit Achaz futura: poſt, ipſe dominus præcipit vt ſignum petat: inde ad domum Dauid verba conuertuntur, & virgo paritura filium promittitur, & filius naſciturus. Quo filio inuocato ſubuertatur Samaria, & Syria à rege Aſſyriorum, qui poſtea capiat Iudæam & in ſolitudinem vertat. vnde rurſum partus virginalis deſcribitur.

a Veloci.

F

## CAP. VIII.

Sub alia figura partus virginalis deſcribitur.

a ET dixit dominus ad me: a

Iſaiæ.

a Grandia ſonantem.

Sume tibi librum grandem,

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. VIII.

ET dixit dominus etc. Antequam deſcendam ad diuiſionẽ huius capitis & eius expoſitionem per partes, Primò videndum eſt, quid ſit tenendum de puero, de quo ſit ſermo in hoc cap. cùm dicitur: Et acceſſi ad prophetiſſam & concepit filium, &c. & dixerunt aliqui, quòd iſte fuit filius Iſaiæ de ſua vxore quæ vocatur hic prophetiſſa. & hoc dictum videtur ſequi Thomas de Aquino in quadam poſtilla, quæ ſibi attribuitur tanquam ex eius dictis reportata, vbi ſoluuntur argumenta quę ſolent fieri ad contrariũ. Ad quod primò arguitur per illud quod dicitur hic: Dicitur enim hic: Adhibui mihi teſtes, & acceſſi ad prophetiſſam, &c. Iſaias autem cùm eſſet honeſtus & ſanctus, nullo modo induxiſſet teſtes ſui concubitus cum vxore. Item per hoc quod dicitur: Adhibui mihi teſtes fideles Vriam ſacerdotem, &c. Iſte enim Vrias fuit idololatra: quia fecit altare ad ſimilitudinem altaris, quod erat in Damaſco ad cultum idoli: & ſuper iſtud offerebat holocauſta & victimas, vt habetur. 4. Regum. 16. c. & ſic non poteſt ad literam dici teſtis fidelis. Item quia ſubditur: Et Zachariam filium Barachiæ, qui fuit in duodecim prophetis vndecimus, & nondum erat natus. quia prophetauit tempore Darij regis Perſarum, cuius tempore conſummatum fuit templum, vt habetur. 1. Eſdræ. 6. A quarto autem anno regni Achaz in quo dicta fuit iſta prophetia vel citò poſt vſque ad illud tempus fluxerunt anni. 267. & ſic nullo modo tempore Iſaiæ potuit induci teſtis, & aſſumptum declaratur ſic, quia Achaz regnauit. xvi. annis. 4. Reg. 16. & ſic à tempore huius prophetiæ de regno eius remanebant. 12. anni. Cui ſucceſſit Ezechias regnans. 29. 4. Regum. 18. Poſt quem Manaſſes regnauit. 55. annis. quarto Regum. 21. Poſt quẽ Amon duobus. quarto Regum. 21. d. Poſt quem Ioſias. 31. quarto Regum. 22. a. Poſt quem IoaKim. 11. quarto Regum. 23. Poſt quem Sedecias. x. quarto Regum. 24. Poſtea ſecutum eſt tempus captiuitatis Babylonicæ. 70. annorum ſecundum communem computationem vſque ad annum primum Cyri, à quo etiam vſque ad conſummationem templi poſt reditum captiuitatis Babylonicæ fluxerunt anni. 45. Iohan. 2. d. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc &c. qui anni ſimul iuncti faciunt numerum prædictum. Ex quo arguitur, quod non potuit Iſaias ipſum adducere in teſtimonium. Secundum autem computationem Hebręorum, quam frequenter ſecutus ſum, fluxerunt pauciores anni: ſed per hoc non infringitur argumentum: quia ſecundum breuiorem computationem à tempore quo Iſaias dixit: Et adhibui mihi teſtes &c. vſque ad Zachariam filium Barachiæ fluxerunt. 200. anni & plus. Nec poteſt dicere, quòd Zacharias filius Ioiadæ, qui Matth. 23. d. dicitur filius Barachiæ, fuerit ille teſtis, quia antè mortuus erat per 100. annos & amplius: Quod patet ſic: quia poſt Ioas qui interfecit hunc Zachariam regnauit Amaſias filius eius. 29. ann. 3. Reg. 4. Et poſt eum Ozias. 52. an. 4. Reg. 16. Poſt eum Ioathan. 16. ann. 3. Regum. 16. Poſt eum Achaz. 4. annis. antequam Iſaias diceret prophetiam iſtam, vt dictum eſt ſuprà, qui anni ſimul iuncti faciunt annos. 101. Item arguitur per hoc quod ſubditur: Antequam ſciat puer vocare patrem & matrem, auferetur fortitudo Damaſci & ſpolia Samariæ &c. quæ ſpoliatio facta fuit. 6. anno Ezechiæ, vt dictum eſt cap. præce. Et ſic puer natus tunc habuit. 17. annos ad minus. 12. de regno Achaz, vt prædictum eſt. & 6. de regno Ezechiæ. Puer autem ſcit vocare patrẽ & matrem antequàm habeat tot annos, & ſic non eſſet verum quod dicitur: Antequàm ſciat puer vocare patrem & matrem &c. Igitur propter iſta tenent doctores catholici communiter, ꝙ illud quod dicitur in hoc cap. de puero prędicto non ſit intelligendum ad literam de filio Iſaiæ. Sed hoc ſoluit Thomas ſic: Ad primum dicit, quòd inductio teſtium non fuit ad videndum concubitum Iſaiæ, ſed ſcripturam eius: quia dictum fuit ſibi à domino: Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo, &c. Ad ſecundum dicit, quòd Vrias ſacerdos fuit teſtis fidelis: non ratione vitę, ſed officij dignitate, & quia à rege Achaz fidelis reputabatur, quia ſimiliter erat idololatra. Ad tertiam dicit, ꝙ iſte Zacharias neuter fuit illorum, qui allegati ſunt, ſed alius illius temporis qui ſic nominabatur. Cuius ratio potuit eſſe duplex, vt dicit. Vna, quia fuit de genere Zachariæ prophetæ, quem interfecit Ioas rex Iuda, vt habetur. 2. Para. 24. qui dicitur filius Barachiæ, Mat. 23. & ſic iſte qui fuit tempore Achaz fuit nominatus eodem nomine: quia conſuetudo fuit apud Hebræos nominibus eorum, qui fuerant autentici in illo genere pueros nominare. Alia, quia iſte Zacharias fuit ſimilis in ſanctitate & autoritate illi quem interfecit Ioas: & ſic appellatus eſt nomine illius, quamuis habuerit aliud nomen proprium, ſicut in Euangelio Iohannes Baptiſta vocatur Elias propter ſimilitudinem officij, quia Iohannes præuenit Chriſti primum aduentum, ſicut Elias præueniet ſecũdum. Ad quartum dicit, ꝙ iſta ſpoliatio Samariæ, de qua hic agitur, non fuit illa quæ facta fuit. 9. anno. Oſee. & 6. Ezechiæ, ſed iſta quæ facta fuit per Theglathphalnaſar, quæ præceſſit illam, quia facta in diebus Phaceæ, ſecundũ quod dicitur. 4. Reg. 15. f. In diebus Phaceæ regis Iſrael venit Theglatphalnaſar rex Aſſur, & cepit Ahion &c. & hoc fuit antequam puer natus ſciret vocare patrẽ & matrẽ. Hoc dictum videtur nimis fauere errori Hebræorum, qui dicũt ꝙ in iſtis tribus ca. ſ. 7. 8. & 9. non ſit mentio de Chriſto. Ad excludendum verò hanc falſitatem, & ad declarandam veritatem, primò ponenda eſt hic tranſlatio Chaldaica, quæ apud Hebræos dicitur Thargum, & eſt tantæ autoritatis apud eos, ꝙ nullus fuit ei auſus cõtradicere. Eſt etiã in paſſibus obſcuris, qualis eſt iſte declaratiua veritatis Hebraicę. Sciendũ igitur, ꝙ vbi nos habemus hic: Et adhibui mihi teſtes fideles Vriam ſacerdotem, & Zachariã filiũ Barachiæ, & acceſſi ad prophetiſſam &c. Illa tranſlatio ſic habet: Et cõteſtatus ſum ex parte mea teſtificationes malas, quas dixi venturas in prophetia Vriæ ſacerdotis. Ecce futurũ eſt quoque ſic oẽm conſolationem q̃ dixi venturam in prophetia Zachariæ filij Barachiæ

H

Thargum.

## MORALITER.

* a Et di. ad me: Su. ti. li. gran. Hoc dicitur doctori theologiæ et auditori, qui debent accipere Bibliam quæ grandis eſt liber multitudine uerborum: et grandior profunditate ſententiarum.

* Et



a Velociter ſpo. Hoc eſt nomen pueri. Q. Ne patiaris vltrà A diabolum regnare. Et non angelos, non prophetas mitte: ſed ipſe deſcende.

b Vriam &c. Vrias, lux domini. Zacharias, memoria domini. Barachias, benedictio domini: his teſtibus natiuitas domini comprobatur. Vnde duobus teſtibus euntibus in Emaus incipiẽs à Moyſe & prophetis, quæ de ſe dicta erant, diſſeruit.

c Ad prophetiſſam. Ad ſpiritumſanctum, à quo omnis prophetia, quæ Græcè neutri generis pneuma, Hebraicè fœminini Ruha, Latinè maſculini generis eſt. & ideo diuerſis poſitionib' ſortitur, nullius eſt enim. Vel ad Mariam quam prophetiſſam fuiſſe nemo dubitat.

d Et concepit &c. Tropologicè. In anima virgine (nec polluta ſorde) de ſpiritufancto ſermo Dei conceptus, dæmones ſpoliat, & ſibi facit ſeruire vniuerſa. Et cum ex parte videat & prophetet, antequam ſit perfectus, & merito Deum patrem, & matrem ſuam vocat Ieruſalem cęleſtem, quaſi infantia vincit Damaſci fortitudinem. i. ſapientiam ſecularem, & aufert ſpolia Samariæ, quibus hæretici eccleſiam ſpoliant, dicentes: Non eſt nobis pars in Dauid, &c. Præſente rege Aſſyriorum diabolo, qui non poteſt eis auxiliari, tales filios & virgo Maria & ſanctæ mulieres generant. Sara. i. princeps, & Rebecca. i. patientia, vxores patriarcharum.

a Puer.

a Ne publicè prædices arcanum nouæ natiuitatis. b More hominum, ꝙ ſcilicet intelligi poſſit. c Verba patris ad filium.

a & ſcribe in eo ſtilo hominis: † velociter ſpolia detrahe, citò prædare. Et adhibui mihi teſtes fideles, Vriam ſacerdotẽ & Zachariã filium Barachię. Et acceſſi ad prophetiſſam, & concepit & peperit

a Captiuam educ captiuitatem. Homines. b Diabolo. c Idem eſt.

a Ego Iſaias. Huius rei.

a Lux domini. b Propter doctrinam legis. Qui vere fuit ſacerdos, legem docens & cuſtodiens. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam. c Memoriam domini. Quem prophetam fuiſſe conſtat.

a Benedictio domini. b Dignum accedendi me fecit. c Quæ prophetauit, dicens: Magnificat anima mea dominum.

a Id eſt concipere fecit. vnde: Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus &c. b Quod concepit de ſpiritufancto.

† vt acceleret prædari festinet ſpoliare.

## NICOLAVS DE LYRA.

ſtimonia teſtium ſuprà inductorum. Et quia prophetiam Vriæ non habemus ſcriptam expliuitè ſicut nec de multis alijs prophetis, vt patet ex decurſu libri Regum, ideo recurrendum eſt ad illud quod de eo dicitur Iere. 26. ſ. Fuit quoq; vir prophetans in nomine domini Vrias filius Semei, et prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, & aduerſus terram hanc, iuxta vniuerſa verba Iere. Ex quo habetur, ꝙ prophetauit deſtructionem ciuitatis Ieruſalem & Iudæę per Chaldæos futuram, ſicut & Iere. Et hoc eſt quod dicitur in tranſlatione Chaldaica ſuprà poſita, & conteſtatus ſum ex parte mea teſtificationes malas, quas dixi venturas in prophetia Vriæ ſacerdotis. Prophetiam autem Zachariæ filij Barachiæ habemus in libro duodecim prophetarum, in quo Zachariæ 9. c. dicitur: Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam &c. quod intelligitur de Chriſto etiam ſecundum Hebræos, vt plenius oſtendetur, quando ad locũ illum deuenerimus domino concedente: & hoc eſt quod dicitur in tranſlatione Chaldaica ſuprà allegata. Ecce futurum eſt quoque omnem cõſolationem quam dixi venturam, in prophetia Zacharię filij Barachię ego adducturus ſum: quæ conſolatio implenda dicitur in aduentu Meſſiæ ab ipſo Zacharia, vt dictum eſt: ideo ſtatim ſubditur de aduentu eius in mundum. Et acceſſi ad prophetiſſam, id eſt beatam virginem: & concepit & peperit filium. Et ex dictis patet, ꝙ impletio prophetiæ Vriæ de deſtructione ciuitatis fuit certum ſignum de impletione prophetiæ Zachariæ futura pro Chriſti aduentu. His igitur prædictis patet, ꝙ ſolutiones Thomæ ad rationes ſuprà inductas ad probandum, ꝙ litera huius cap. non poſſet niſi de filio Iſaiæ intelligi non valent: quia falſum aſſumunt. Diſcurrendum tamen eſt per ſingulas ad maiorem declarationem veritatis. Cum enim dicitur in prima, ꝙ teſtes fuerunt inducti ad videndum ſcripturam, patet falſum. quia nondum erant nati, nec fuerunt vſque ad tempus poſt valde longum. Item ſi fuiſſent præſentes, adhuc non valeret, quia poſtquam dixerat: Adhibui mihi teſtes, Vriam &c. non dixit: & ſcripſi, ſed acceſſi ad prophetiſſam, &c. Similiter cum dicitur in ſecunda, ꝙ Vrias fuit teſtis fidelis ratione officij & reputationis regis: quia ille Vrias non ponitur hic teſtis, vt patet per prædicta, & ſic falſum aſſumit. Nec fidelitas quam allegat, eſt ſecundum veritatem, ſed ſecundum falſam hominum æſtimationem, quæ à prophetis ſanctiſſimõ reputatur. Quod ſimiliter in tertia dicitur tempore Achaz fuiſſe quendam prophetam nomine Zachariam filium Barachiæ, videtur fictitium: quia de ſcripturis non habet autoritatem: & ideo eadem facilitate contemnitur, qua probatur. Et dato ꝙ talis tunc fuiſſet, tamen non fuit ille qui hic teſtis inducitur, vt patet per prædicta. Similiter quod in quarta dicitur Theglathphalnaſar ſpoliaſſe Samariam. ad quod probandum allegatur 15. cap. 4. Reg. ex eodem loco apparet falſitas huius dicti: quia ibidem dicitur, ꝙ cepit aliquas ciuitates in extremitatibus regni Iſrael exiſtentes, ſed ad Samariam quæ erat metropolis non acceſſit, nec per conſequens ſpoliauit. His prælibatis ad expoſitionem huius cap. accedamus: in quo (vt ſuprà dictum eſt) denuntiatur Chriſti reſurrectio futura ad ſpoliationem inferni principaliter, & per conſequens ad ſignificandum tanquam per ſignum rememoratiuum ſpoliationem duorum regum. ſ. Iſrael & Syriæ. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur denuntiatio ſigni. ſecundò occultatio myſterij, ibi: Liga teſtimonium. prima adhuc in duas, quia primò ponitur ſigni denuntiatio. Secundò ad propoſitum applicatio, ibi: Et dixit. Circa primum dicit Iſaias: Et dixit dominus &c. In Hebræo habetur, rotulum grandem, qui dicitur grandis, quia ibi ſcribendum erat myſterium Chriſti reſurgentis, quod eſt maximum. C D Diuiſio.

a Et ſcri. in eo. i. clarè & planè, ita ꝙ quilibet homo etiam parum literatus poſſit legere & intelligere. vnde in tranſlatione Chaldaica habetur: Scribe in eo expoſitè. Sciendũ tamen, ꝙ hoc non intelligitur quantum ad myſterium reſurrectionis Chriſti: quia quantum ad hoc ponitur hic: Breuiter & celatè: ſed non quantum ad captiuationem & ſpoliationem regum Iſrael & Syriæ, quæ clarè & lucidè ponuntur infra eodem cap. Sicut. n. dictum eſt cap. præcedenti, hoc decens fuit, vt regi Achaz incredulo daretur ſignum, cuius non intelligeret principale intentum: & tamen cum hoc ex Dei liberalitate perciperet de propinquo liberationis ſuæ effectum: quia ſecreta fidei incredulis ſunt celanda. vnde dicit Saluator, Matt. 7. a. Nolite ſanctum dare canibus.

b Velo. ſpo. de. Iſtud conuenit Chriſto reſurgenti, qui tunc celeriter ſpoliauit infernum: & in hoc fuit ſignum rememoratiuum ſpoliationis duorum regum, & econuerſo. Hæc ſpoliatio fuit ſignum pronoſticum ſpoliationis fiendæ per Chriſtum.

c Et adhi. mi. te. fi. verbum eſt ipſius Dei, vt prædictum eſt, & de fidelitate & teſtimonijs ipſorum teſtium dictum eſt.

d Et acceſſi ad prophe. i. virginem Mariam, vt prædictum eſt.

a Et

Lu. 24. b

Trop.

Regni

chiæ ego adducturus ſum: & acceſſi ad prophetiſſam & concepit &c. Ex iſta tranſlatione patet, ꝙ non eſt verbum Iſaiæ, cum in prophetijs iſtorum duorum teſtium nihil dixerit vel fecerit, nec in impletione earum: ſed ipſe Deus qui illuſtrando mentes, prophetas conſtituit: & prædicta ab eis impleri fecit, & per conſequens illud quod loco illius habemus: Et adhibui mihi teſtes fideles, Vriam &c. Non eſt verbum Iſaię teſtes ad ſcripturam ſuam ſeu concubitum inducentis, ſed magis ipſius Dei introducentis dictos prophetas ad prænuntiandum iſtud quod præordinauit futurum: & per conſequens illud quod ſubditur in eadem ſerie. Et acceſſi ad prophetiſſam. non eſt verbum Iſaiæ ad ſuam vxorem carnaliter accedentis, ſed ipſius Dei, qui ſicut prophetas illuſtrando teſtes ſuos conſtituit, ita ſua gratia virginem fœcundauit, vt patet Luc. 1. Secundò, ex thargum prædicto patet, quòd Vrias qui hic teſtis inducitur, non eſt ille Vrias ſacerdos, qui fuit tempore Achaz: quia ipſe fuit peſſimus idololatra: Iſte autem hic dicitur domini propheta: & hoc concedit Ra. Salo. ſuper locum iſtum dicens, quòd iſte Vrias qui hic teſtis inducitur, fuit Vrias filius Semei, qui prophetauit in nomine domini tempore Ioachim filij Ioſiæ, vt habetur Iere. 26. Dicit etiam quòd Zacharias, qui inducitur hic teſtis ſecundus, fuit ille, qui in duodecim prophetis eſt vndecimus, de quorum teſtimonijs poſtea dicetur. Sed ex dictis ſequitur, quòd iſta inductio teſtium non eſt corporalis, nec in præſenti facta, ſed ſpiritualis, & de futuro in longinquum, quia quarto anno regni Achaz, in quo Iſaias dixit illa quæ ponuntur in hoc cap. & præce. vt ſup. dictum eſt, vſque ad principium regni Ioachim, ſub quo Vrias prophetauit, vt prędictum eſt fluxerũt anni 129. vt poteſt videri per tempora regum ſupra poſitorum in hoc cap. & multò plures fluxerunt vſque ad tempus ſecundi teſtis. ſ. Zachariæ filij Barachiæ. ſ. anni 267. ſecundum communem computationem, & ſecundum breuiorem 200. anni & plus, & ſuprà declaratum eſt: & per conſequens cum teſtes debeant reſpondere rei teſtificatæ, acceſſus ad prophetiſſam non fuit corporalis, nec de præſenti, ſed ſpiritualis & de futuro in longinquum, ſecundum quod habetur Luc. 1. d. Spiritusſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Quod autem beata virgo Maria prophetiſſa fuerit, patet Luc. 1. vbi prophetauit de ſua veneratione futura, dicens: Beatã me dicent omnes generationes: quia de omnibus gentibus ſunt aliqui Chriſtiani, dicentes eam beatam, & nõ ſolum à Chriſtianis dicitur beata, ſed etiam à Sarracenis. Scriptum eſt. n. in Alchorano Mahumeti: Dixerant ange. O Maria vtiq; Deus elegit te vt purificaret te, & elegit te claram ſuper mulieres ſeculorum. Item ibidem: Dixerunt angeli: O Maria Deus annuntiet tibi verbum ex ipſo, nomen eius Ieſus filius Mariæ, & eris honorabilis in hoc ſeculo & in futuro. Item ibidem: Dixit ipſa: Deus meus quomodo erit mihi filius, & non tetigit me homo? Dixit: Sicut Deus creat quod vult, cum decreuit vtiq; acquiratur. dicit. n. Eſto & erit: Et hoc modo dixit Gabriel Mariæ, Luc. 1. d. Non erit impoſſibile apud Deum omne verbum. Item in eodem cantico prophetauit Maria de futura reprobatione Iudæorũ, & vocatione gentium, dicens: Depoſuit potentes de ſede, & exaltauit humiles. & ſic patet eam fuiſſe prophetiſſam. Nunc videnda ſunt teſtimonia B

Fuit qui

Beata virgo prophetiſſa.

## MORALITER.

* a Et ſcribe in eo ſtylo homi. exponendo lucidè & clarè.

* c Accele.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Puer.* Aug. de quo dicitur, priuſquam ſciat puer bonum
E aut malum, contemnet malitiam. Hæc duo aliter & aliter ſciuntur: per prudentiam boni, & aliter per experientiam mali. Per prudentiam boni malum ſcitur, & non ſentitur. Tenet enim bonum, ne ſentiatur malum. Per experientiam mali ſcitur bonum. Qui enim amiſerit ſentit, cui amiſſo bono malè fuerit. Puer ergo antequam ſciret per experientiam bonum quo careret, aut malum quod amiſſo bono ſentiret, contempſit malum, vt eligeret bonum. idem noluit amittere quod habebat, nec ſentire amittendo quod amittere non debebat.

Allegoricè. *Allegori.* Aquas Siloe. In quibus cęcus ſe lauit & vidit.
Iohan. 5. Quia aliter, non ſanatur cęcitas Iudæorum, niſi doctrina Chriſti, quæ ſine ſtrepitu & clamore leniter fluit.
Anagogicè. *Anagogi.* Hæreticus qui iungit ſibi auxilium ſapientiæ ſecularis, & Ieruſalem. i. eccleſiam vult oppugnare, relinquit aquas Siloe, qui interpretatur miſſus, & qui ſalit in vitam æternam. & traditur principi Aſſyriorum, ideſt diabolo, ducendus in profundum peccatorum. Hic enim auſus eſt di-
Matt. 4. b cere illud: Hæc omnia tibi dabo, ſi procidens adoraueris me. Iudam quoque, ideſt domum confeſſionis conatur intrare: & per negligentes vſque ad collum venit, credentes in Chriſto cupiens ſuffocare, ſed non poteſt, quia Iudas habet ſecum præſentem Emmanuel.

b *Aquas flumi.* Exercitum Sennacherib, cuius potentia occupans ter-
Par. 32. a. ram Samariæ inundationi fluminis comparatur.

c *Congre. popu.* Quaſi contra Emmanuel nihil poteſtis. Hoc etiam om-
F nis terra procul cognoſcat. Congre. popu. Hoc teſtimonio contra perſecutores abutimur. Quamuis enim fortes eſſe & nos in lapſis ſuperare videantur, vincuntur tamen in his qui pro Chriſto ſanguinem fuderunt, & poſt bella pax eccleſijs redditur, & omnia conſilia contra Emmanuel diſſipantur. Contradicentes quoq; veritati vtiliter audiunt, quia tandem ratione ſuperantur: & ne velint in mendacio vincere, quia peruerſitas non poteſt rectum ſuperare.

a Ne

a ¶O Iſaia.
filium. Et dixit dñs ad me: Voca [a b]
a ¶Poeti. ¶Qui conceptus eſt de ſpirituſancto. b ¶Aſcendens in altum capti du. ca.
nomen eius, accelera ſpolia detrahe, [c]
a ¶Infernum. b ¶Nedum natus populum ſuum ſola inuocatione ſaluabit. ¶Fiat homo.
feſtina prædari, quia antequã ſciat [d]
a ¶Secundum humanitatem. b ¶Deum. ¶Vel Ioſeph putatiuè. c ¶Mariam.
puer vocare patrem ſuũ & matrem
a ¶Theglathphalnaſar.
ſuam, auferetur fortitudo Dama- [e]
a ¶Per regem Aſſyriorum ſalmanaſar.
ſci, & ſpolia Samariæ, coram rege [f]
a ¶Aſſyrius dirigens vel elatus.
Aſſyriorum. Et adiecit dominus lo- [g]
¶Tranſlatiuè.
qui ad me adhuc dicens: Pro eo qđ [h]
a ¶Decem tribus. b ¶Quæ per horas ebulliunt.
abiecit populus iſte aquas Siloe, quę [i]
a ¶Reges de Iuda qui quietè & legitimè regnabant.
vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit [k]
a ¶Regem Syriæ. b ¶Phacee regem Iſrael.
magis Raſin & filiũ Romeliæ: pro- [l m]
pter hoc ecce adducet dominus ſu-
a ¶Exercitum Sennacherib. b ¶Aſſyrij. c ¶Impetuoſi & diuturni.
per eos aquas fluminis fortes & [n]
a ¶Scilicet. ¶Qui non ſeruient regibus quos elegerunt, ſed ſeruiunt Aſſyrio.
multas, regem Aſſyriorum, & om- [o]
nem gloriam eius. Et aſcendet ſu- [p]
a ¶Principes qui hoſtibus reſiſtere debuerant. b ¶Samariæ.
per omnes riuos eius, & fluet ſuper
¶Alias omnes Terras.
vniuerſas ripas eius: & ibit per Iu- [q]
a ¶Quia non tunc capiet eum. ¶Vicinam ſignificat captiuitatem.
dam inundans, & tranſiens vſque ad [r]
a ¶Suffocationem. b ¶Vſque adeo ſe extendit.
collum veniet. Et erit extenſio ala- [s]
a ¶Principum. b ¶Iudææ.
rum eius implens latitudinem terræ [t]
a ¶Sacrosmos, hoſtilis irriſio. ¶Irriſoriè.
tuę ò Emmanuel. Cõgregamini po- [u x]
a ¶Syriæ & Samaria. b ¶Tamen. c ¶Cognoſcite. ¶Non modo Syria & Samaria. d ¶Non ſolum vicinæ.
puli, et vincemini: & audite vniuer- [y]
ſæ procul terrę. †Cõfortamini & vin [z a]
a ¶Quamuis multi, quamuis fortes, quamuis accincti tamen vincemini. b ¶Vnde ſupra. Aſcendamus ad Iudam &c.
cemini, accingite vos & vincemini. [b c]
a ¶Ab Emmanuel. b ¶Ponamus ſcilicet regem filium Tabeel.
Inite conſiliũ, & diſſipabitur: loquimi [d e]
a ¶Interpretatio Emmanuel. b ¶Contra quem nihil poteſtis. ¶Prædicta.
ni verbũ, & nõ fiet, qa nobiſcũ Deus. [f]
Hęc enim ait dominus ad me. †Sicut [g]

† Accingite vos & vincimini.

riæ. & hoc eſt quod dicitur:
b Pro eo quod abiecit populus iſte. *i. populus Iſrael.*
i Aqua Siloe &c. *regimen regni Iuda, & Dei cultum, qui erat magis in quiete & manſuetudine, maximè tempore regum bonorum: vt Dauid, Salomonis, & ſimilium.*

G

K Et aſſumpſit ma. Raſin. *regem Syriæ.*
l Et filium Romeliæ. *de protectione eorum magis confidendo quam de Deo.*
m Pro. hoc ec. ad do. *i. aduerſarios cum fortitudine & impetu venientes: propter hoc ſubditur exponendo:*
o Re. Aſſyri. *i. potentiam exercituum eius.*
p Et aſcen. ſu. om. ri. e. *i. deſtruet totum regnum Iſrael, ſicut inundantia aquarum deſtruit omnia quæ inuenit.*
q Et ibit. *Hic conſequenter ponitur regni Iudæ afflictio per redundantiam, cum dicitur: Et ibi per Iu. inun. quia exercitus Aſſyriorum, qui deſtruxit Samariam in regno Iudæ, multa vaſtauit quaſi per quandam redundantiam.*
r Et tranſiens vſq; *i. intantum affliget regnum Iuda, q vix poterit ſuſtinere: quod factum fuit tempore Ezechiæ, vt dictum eſt cap. præcedenti.*
s Et erit. *i. exercituum eius, quia ad literã cohortes pugnatorum vocantur alę.*
t Implens la. ter. tu. *i. Iudæę, quam Aſſyrij vaſtauerunt.*
u O Emma. *i. Chriſte, vt dictum eſt cap. præce. cuius dicitur illa terra ſpecialiter, qa ibi fuit natus, conuerſatus, & paſſus. Sed quia Sennacherib rex Aſſyriorum cũ ſuo exercitu fuit diuinitus debellatus, vt dictũ eſt. ideo ſubditur:*
x Con. po. *quia Sennacherib populos multos adduxit ſecum, qui fuerunt deuicti per angelum.*
y Et au. vni. *Iſtud enim factum tanquam valde mirabile fuit diuulgatũ valde longè.*
z Confor. *confidentes in virtute veſtra. i. confortabimini, quia propheta non induxit eos ad præſumptionem de ſua virtute, ſed eam prædixit futuram.* H
a Et vin. *virtute diuina.*
b Accin. vos. *ad vincendum ſecundũ æſtimationem veſtram.*
c Et vin. *ſecundum veritatem.*
d Ini. con. *de captione Ieruſalem.*
e Et diſſi. *ſ. conſilium veſtrum à Deo, cuius cauſa ſubditur:*
f Quia no. de. *in adiutorium noſtrum: vos debellans per angelum ſuum.*
g Hæc enim. *Hic conſequenter ponitur vtilis monitio, videlicet, quod populus Iuda non timeat ab humana perſecutione, ſed ſolum Deum. & hoc eſt quod dicitur: Hæc enim ait domi. ad me &c. i. oſtendit mihi fortitudinem ſuam, qua poteſt protegere omnem hominem in ſe confidentem.*

a Ne

## NIC. DE LY.

a Et dixit domi. &c. *Hic conſequenter ponitur ſigni adaptatio. & ſecundò ſubditur ratio dicti, ibi: Et adiecit. Circa primum dicitur:*
b Voca nomen eius. *ſcilicet pueri nati. Loquitur tamen hic ſcriptura de futuro per modum præteriti, propter certitudinẽ prophetiæ, vt frequenter ſuprà dictum eſt.*
c Acce. ſpolia, detra. *Quia hæc proprietas competit Chriſto, vt dictum eſt.*
d Quia antequam ſciat puer vocare &c. *ſcilicet ſcientia creata vt dictum eſt cap. præcedenti. vnde idem eſt acſi diceret: Antequam fiat homo.*
e Auferetur fortitudo Damaſci. *quæ eſt ciuitas metropolis in regno Syriæ.*
f Et ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum. *qui citò poſt interfecit Raſin regem Syriæ, & poſtea cepit Oſee regem Iſrael & Samariam, vt dictum eſt capite præcedenti.*
g Et adiecit dominus loqui ad me adhuc dicens. *Hic conſequenter ponitur ratio dicti, videlicet quare regnum Iſrael fuit ita vaſtatum. Et primò ponitur deſtructionis ratio. ſecundò regni Iudæ afflictio, quaſi per quandam redundantiam: quia erat immediatè coniunctum regno Iſrael, ibi: Et ibi. Tertiò, vtilis monitio, ibi: Hæc enim. Ratio verò vaſtationis regni Iſrael fuit, quia receſſerat à regno Iudæ, & à Dei cultu, colendo vitulos aureos, & confitendo in regibus idololatris, ſcilicet Syriæ.*

## MORALITER.

c *Accele. ſpo. detra.* Studium enim ſacræ ſcripturæ ad hoc ordinari debet, vt diabolus ſpolietur animabus quas decepit. Sed quia multi recuſant hunc modum docendi, recurrendo ad doctores curioſos & inutiles. Sequitur:
h *Pro eo quod abiecit &c.* i. modum docendi moralem & ſine oſtentatione.
k *Et aſſumpſit magis Raſin.* qui interpretatur varians eos. i. doctores per varias & dubias doctrinas diſcipulos variantem.
l *Et filium Romeliæ.* qui interpretatur magiſter frangens laborãtes, ſcilicet verborum extraneorum multitudine pro ſua oſtentatione.
m *Adducet dominus.* i. adduci permittet.
n *Aquas flu. for.* i. doctrinas erroneas à diabolo excitatas, qui per regem Aſſyriorum deſignantur, ideo ſubditur:
o *Regem Aſſyriorum.* Sed quoniam veritas præualet, ideo ſicut veritas fidei præualuit tempore Arrij, & aliorum hæreticorum, ita præualebit in futuro per Dei gratiam, ideo ſubditur:
x *Congrega. po. & vincemini.* i. vos doctores peruerſi per Dei gratiã eritis confuſi. Sed quia Deus ex hoc debet laudari, ſequitur:

Domi-



a *Ne dicatis.* Q. Non timeatis duorum regum aduerſus Iu-
A dam coniurationem. Coniuratio eſt conſenſus multorum
Pſ. 110. b in malum.
Ibid. 117. b b *Ne timeatis neque paueatis.* Tu & qui tecum ſunt populi,
1. Cor. 1. d quia videntur timendi: quia principium ſapientiæ timor domini.

c *In lapidem.* Quem reprobauerũt ędificantes, hic factus &c. Et hoc loco ſumit Apoſtolus teſtimonium, qđ Chriſtus factus ſit Iudæis ſcandalum, Gentibus autem ſtultitia.

d *Duabus domibus.* Vel in duabus familijs, Samai ſcilicet & Helles, ex quibus ſcribæ & Phariſęi. Hi duo non multò prius quã dominus nati ſunt in Iudea. Horum ſcholam ſuſcepit Achibam, quem magiſtrum Aquilæ proſelyti autumant. deinde † Achir cui ſucceſſit Io-
† Machir hanna filius Zachęi, & poſt eum Eliezer, & per ordinem Telphor & Ioſeph Galilęus, & vſque ad captiuitatem Ieruſalem Ioſue. Samai, diſſipator. Helles, prophanus, quia per traditiones ſuas legis præcepta diſſipauerunt & maculauerunt.

e *Signa legem.* Q. Aperi eam domine diſcipulis meis. i. Apoſtolis & Apoſtolicis
Luc. 11. b viris. Vel, lex & prophetę vſq; ad Iohannem ligati ſunt, vt legant & non intelligant. Pro diſcipulis enim iuxta Hebraici ſermonis ambiguitatem poſſumus etiam doctrinas intelligere.

f *Pueri mei.* vnde: Qui non ex voluntate
Ioh. 1. b carnis, ſed ex Deo nati ſunt. Et: Filioli
Gal. 4. c mei quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Alij prophetæ, & eorum diſcipuli. Legunt hoc qui-
B dam de duobus filijs Iſaiæ quos genuit de propheteſſa, ſed falsò. Paulus in Epiſtola ad Hebræos (licèt eam inter canonicas ſcripturas non recipiat Latina cõſuetudo) hoc teſtimonium ex perſona
Heb. 2. Saluatoris ponit: Ecce ego & pueri mei, id eſt Apoſtoli qui in portentum ſecularis ſapientiæ, & ſuperbiæ Iudæo-
1. Cor. 1. d rum fuerant. Stulta enim & infirma elegit Deus, vt fortia & ſapientia confunderet.

a Non

a ¶Opere & virtute. b ¶Iſtius. c ¶Ad hoc ſcilicet erudiuit me. ¶Beatus vir qui non abijt in con. &c.
in manu forti erudiuit me, ne [a]
a ¶Praua. b ¶Nequam.
irem in via populi huius, di- [b]
a ¶Dominus dico, dicens, mihi & alijs prophetis. b ¶Alias non. c ¶Eſt timendi.
cens: Ne dicatis, coniuratio. [c]
a ¶Sed hoc magis conſiderate: Omnia enim. b ¶Iudæ.
omnia enim quæ loquitur po- [d]
a ¶Contra me.
pulus iſte, coniuratio eſt. Et ti- [e f]
a ¶Populi.
morem eius ne timeatis, neque [g]
¶Sed timere dominum ex.
paueatis. Dominũ exercituum [h]
a ¶Et. b ¶In vobis. c ¶Dominus. ¶Sit. ¶Beatus vir qui t. do. d ¶Corpore.
ipſum ſanctificate, & ipſe pa- [i]
a ¶Mente.
uor veſter & ipſe terror veſter: [k]
a ¶Ita. b ¶Fidelibus.
et erit vobis in † ſanctificatio- [l]
¶Sed erit.
nem, in lapidem autem offen- [m]
a ¶Infidelibus de duabus & decem tribubus.
ſionis & petram ſcandali duabus domibus Iſrael, & in la- [n]
a ¶Qui Chriſtum non receperunt.
queum & in ruinam habitanti
a ¶Præcipue. b ¶In lapidem. ¶Per infidelitatem.
bus Ieruſalem. Et offendent ex [o]
a ¶Non omnes: quia reliquiæ ſaluæ fient. b ¶Ruina æterna. c ¶Gladio & fame.
eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capien-
a ¶Peccatorum funibus. b ¶A Romanis.
a ¶Ergo. ¶Deus ad prophetam. ¶Ne videant. ¶Quia Chriſtum nolunt ſuſcipere. ¶Ea quæ tibi teſtor. b ¶Viſionem. c ¶Id eſt abſconde. Quod enim ſignatur, abſconditur. ¶Figura.
tur. Liga teſtimonium, ſignã [p q]
a ¶Veterem. b ¶Vel in doctrinis meis alia litera.
legem in diſcipulis meis: ex- [r]
a ¶Propheta Q. quia præcipis ſignari & abſcondi, Iudæis ergo expecto. b ¶Ieſum Emmanuel quem promittit venturum, qui erit nobis in ſanctificationem.
pectabo dominum qui ab- [s t]
a ¶Cognitionem. b ¶Iudæis non credentibus.
ſcondit faciem ſuam à domo
Iacob, & præſtolabor eum. [u]
a ¶Hoc repetit vt addat de prophetis præſtolantibus. b ¶Præſtolabor domini &c. c ¶Præſtolabuntur.
† Ecce ego & pueri mei, quos [x y]
a ¶Socios. ¶Ad quid? ¶Prophetæ in ſignum futuri præceſſerunt. ¶Id eſt vt ſigna & portenta faciant.
mihi dedit dñs in ſignum & [z]
¶Quaſi hoc ſat.
in portentum Iſrael à domino [a]
¶Eccleſia.
exercituũ qui habitat in mõte [b]
a ¶Propheta, o diſcipuli, o prophetæ, vel Chriſtus ad diſcipulos. ¶Syri vel decem tribus.
Sion. Et cum dixerint ad vos: [c]

p Liga teſti. *Hic ponitur occultatio myſterij Chriſti in principio huius ca. poſiti. Et primò præcipitur iſta occultatio, ſecundò prohibetur ſuperſtitioſa inquiſitio, ibi: Et cùm dixe. Circa primum dicitur Iſaiæ à domino: Liga teſtimo. id eſt inuolue prophetiam obſcuritatibus propter incredulos, quibus talia ſunt celanda, vt dictum eſt ſuprà.* C

Diuiſio

q Signa legem &c. *id eſt deſigna legem Euangelicam danda diſcipulis meis, id eſt Apoſtolis alijsq; Chriſti diſcipulis, qui prædicando legem Euangelicam obſcuritates prophetiarum aperuerunt & declinauerunt, oſtendentes eas in Chriſto impletas, vt patet in Actibus Apoſtolorum. ſicut fuerat à Deo præordinatum, & hoc modo fuit dictum Dan. 12. c. Vade Daniel, quia clauſi ſunt ſignatiq; ſermones vſque ad præfinitum tempus.*
s Expecta. domi. &c. *Verbum eſt Iſaiæ reſpondentis, expectabo dominum. ſ. Ieſum Chriſtum in carne venturum.*
t Qui abſc. &c. à domo. Ia. *i. à populo Iudaico deſcendente à Iacob: quia in aduentu eius populus ille pro maiori parte fuit cęcatus per infidelitatem, ſecundum quod dicitur Rom. 11. c. Cęcitas ex parte contigit in Iſrael, &c.*
u Et præſto. eum. *i. patienter expectabo eius aduentum, licèt differatur in tempus longum.*
x Ecce ego &c. *Aliqui exponũt hoc de duobus filijs Iſaiæ, ſcilicet de Iaſub, & de eo qui vocatus eſt accelera: ſpolia detrahe, in principio huius ca. quem dicunt fuiſſe filium Iſaiæ: Sed iſtud oſtenſum eſt eſſe falſum. Item iſti magis Iudaizant in hoc, quam Ra. Sa. Hebræus, qui dicit hoc eſſe intelligendum de diſcipulis prophetarum, qui dicuntur eorum pueri ſeu filij, quia ſunt ab eis in lege diuina inſtructi. Et per talem modum dicit Apoſtolus. 1. Cor. 4. d. In Chriſto Ieſu per Euangelium ego vos genui. & ſecundum hoc dicit Iſaias: Ecce ego & pueri mei. i. diſcipuli, quorum aliqui habuerunt ſpiritum prophetandi, ideo ſubditur:* † palatium refugij
y Quos dedit mihi do. *à quo eſt prophetiæ ſpiritus.*
z In ſignum & portentum. *Fuerunt enim prophetæ contẽpti & vilipenſi, & multi eorum occiſi. de quorum numero fuit Iſaias, in ſignum Chriſti paſſuri, cuius erant nuntij.*
a A do. exer. *id eſt Angelorum.* D
b Qui habitat &c. *Ibi enim tunc erat templum, in quo erat propitiatorium, quod ſedes Dei dicebatur, vt dictum fuit Exod. 25. & inde diuina reſponſa dabantur.*
c Et cum dixerint. *Hic conſequenter ſuperſtitioſa inquiſitio prohibetur, cum dicitur: Et cum dixe. ad vos. ſcilicet homines idololatræ & ſuperſtitioſi.*

a Quærite

## NICOLAVS DE LYRA.

a Ne item in via &c. *id eſt timendo aduentum duorum regum, ſic populus regni Iudæ timuit valde, ſicut dictum eſt cap. præce. de Achaz & populo eius. Et commotum eſt cor eius, & cor populi eius, ſicut mouentur ligna à facie venti.*
b Dicens. *ſcilicet dominus.*
c Ne dica. con. *i. non timeatis à coniuratione regum Iſrael & Syriæ contra vos.*
d Omnia enim. *i. populus Iudæ.*
Iſa. 7. a e Coniuratio eſt. *i. multum loquitur de coniuratione duorum regum contra ſe. ſicut homines multum timentes de periculo aliquo ſuper ſe venturo quaſi continuè loquuntur de ipſo. Et qa iſte timor erat malus, ideo ſubditur:*
f Et timore eius. *id eſt illius coniurationis.*
g Ne timeas. *Sed quid ſit timendum oſtenditur, cum ſubditur.*
h Dominum exercituum. *i. Angelorum.*
i Ipſum ſanctificate. *Ei ſeruiendo.*
K Ipſe pauor veſter &c. *Offenſam illius ſolicitè cauendo.*
l Et erit vobis &c. *Vos confirmando in bono, ſi ei credetis.*
m In lapidem autem &c. *Quas iuſto iudicio fecit ruere. Et iſtæ duę domus fuerant domus Phacee filij Romeliæ, quam fecit ruere p Oſee filium Elæ. 4. Reg. 15. & domus Oſee filij Elæ quam cũ toto regno Iſrael fecit ruere per Salmanaſar regem Aſſyriorum. 4. Reg. 18. Et quia in regno Iuda erant aliqui mali & increduli, qui ruerunt gladio Sennacherib ex diuino iudicio. ideo ſubditur:*
n Et in la. & in rui. ha. Ie. *Quia tamen boni remanſerunt ſalui tempore Ezechiæ, ideo ſubditur:*
o Et offen. ex eis pl. *Nõ dicit oẽs, quia ſicut dictũ eſt boni ſunt ſaluati.*

p Liga

## MORALITER.

h *Domi. ex.* i. Angelorum.
i *Ipſum ſan. &c.* id eſt laudate & timete.
l *Et erit vo. &c.* i. vos cõfirmãt in ſanctitate.
m *In lapidem &c. dua. do. Iſ. ha. Ie.* Per duas domos põt intelligi clerici & laici. per inhabitantes Ieruſalẽ, religioſi. De ſtatibus. n. iſtis plures cadẽt erroribus decepti, maximè tempore Antichriſti, non tñ omnes. iõ ſubditur:
o *Et offen. ex eis plu. Liga. teſti.* Quoniam cõtra mala futura, maximè tpe Antichriſti, per prædicatores muniendi ſunt ſimplices Chriſtiani. ideo dicitur cuilibet prædicatori: Liga teſtimo. ſ. Apoſtolorum, qui per orbem facti ſunt teſtes Chriſti, Act. 1. a. Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in Iudæa, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.
q *Signa legem.* Euangelicam.
r *In diſci. meis.* i. in veris Chriſtianis. Et ſubditur eorum reſponſio:
s *Expectabo domi.* Ad iudicium venturum.
t *Qui abſcondit faciem ſuam à Iacob.* id eſt populo Iudaico. Et ſubditur in perſona prædicatoris:
x *Ecce ego & pue. mei.* id eſt fideles à me edocti.
z *In ſignum &c.* ſcilicet Chriſti ad iudicium venturi. Et quoniam circa tempus Antichriſti ſurgent multi prophetæ falſi, vt habetur Matth. 24. Ideo ſequitur:
c *Et cum dixerint ad vos: quærite à pythonibus &c.* Nolite credere, ſed uerbis domini & Apoſtolorum. Ideo ſubditur:



Ad

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Non erit eis*. Hoc eſt ſi populus iſte noluerit veritatem à domino quærere, non habebit Chriſtum, ſcilicet lumen veritatis quam negligit.
b *Regi ſuo*. Diabolo, & paternis traditionibus, id eſt antiquis erroribus.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Quærite à pytho. *Reſponſum de occultis & futuris. Dicuntur autem pythones, qui diuinant quodammodo ſpeciali, ſ. per apparentem in ſuſcitationem alicuius mortui, ſicut dictum fuit de ſuſcit. 1. Reg. 28. b. Dicuntur autem diuini generaliter diuinatores ſuperſtitioſi.*
b Qui ſtrident &c. *Quia vtuntur quibuſdam nominibus & verbis ignotis, & ſubditur reſponſio populi fidelis.*
c Nunquid &c. *Quaſi d. Sic reſpondebitis talibus malis perſuaſoribus. Nunquid non &c. q.d. Sic: quia infideles requirunt hoc à Deo ſuo falſo, & ſic debent fideles quærere à Deo ſuo vero, ideo ſubditur:*
d Ad legem magis. *i. ad legem diuinitus datam, & ad teſtimonium prophetarum à Deo inſpiratorum magis eſt recurrendum, quam ad pythones & diuinos.*
e Quod ſi non dixerint. *i. fecerint.*
f Iuxta verbum hoc recur. *ſ. ad pythones, & diuinos contra verbum hoc.*
g Non erit eis ma. lux. *i. vera Dei cognitio & diuina conſolatio, ſicut accidit tempore regis Sedechiæ, ideo ſubditur:*
h Et cum eſu. iraſ. *Quia tunc propter obſidionem longam Nabuchodonoſor, præualuit fames in ciuitate. 4. Reg. 25. a.*
i Et ma. re. ſuo &c. *Quia multi valde de populo Iuda ducti impatientia maledicebant Sedechiæ, ſub quo venerat eis iſta miſeria, & etiam Deo, dimittendo legem eius & ad ritum Gentilium tranſeundo.*

F

k Et ſuſpiciet ſur. *Quaſi quærens à Deo auxilium neceſſitate compulſus, & hoc dicitur pro populo qui cum Sedechia remāſit in ciuitate & ſub lege.*
l Et ad ter. *Præ confuſione & deſperatione, ideo ſubditur:*
m Et ecce tri. *Quantum ad afflictionem corporum.*
n Et tenebræ. *Quantum ad deiectionem mentium.*
o Et diſſolutio. *Virium ex timore.*
p Et anguſtia. *ſ. mentis, eò quòd non apparebat via euaſionis.*
q Et caligo perſequ ēs. *Quia Sedechias & viri bellatores de nocte fugerunt & Chaldæi eos inſecuti ſunt.*
r Et non poterit auola. *Quia Sedechiam comprehēderunt. 4. Reg. 25.*

Pythones † qui garriunt, loquuntur

† diſperſā

¶ Conſilium. ¶ Non ab Iſaia.
Quærite à pythonibus, & à di- a
¶ Infanientes.
uinis, † qui ſtridẽt incantatio- b
¶ Reſpondete.
nibus ſuis. Nunquid non po- c
a ¶ Vos & vero cum vos à multis & falſis requiſitis.
pulus à Deo ſuo requiret viſio-
a ¶ Quaſi: Cum vos de viuis, quæratis notitiam à ſimulachris ſimilibus mortuis.
nem pro uiuis ac mortuis? ad d
a ¶ In qua inuenietis veritatem. ¶ Recurrite.
b ¶ Scriptura quæ non fallit.
legem magis, et ad teſtimoniũ.
¶ Gentes audiant diuinos, tu autem non ita.
¶ Increduli.
Quòd ſi nõn dixerint iuxta ver e f
¶ Facientes ſcilicet.
bum hoc, nõ erit eis matutina g
a ¶ Chriſtus. ¶ Non. ¶ Lux. b ¶ Congregationem vel terram.
lux, & trãſibit per eãm, † & cor-
a ¶ In damnationem. b ¶ Carem verbi Dei. c ¶ Fame corporali vel ſpirituali.
¶ Si vero non ſ. enim ſacient maratia.
ruet, & eſuriet, & cùm eſurierit h
a ¶ Blaſphemabit b ¶ Principem populi tui non maledices.
iraſcetur, & maledicet regi ſuo i
a ¶ Si vndecunque veniat malum.
& Deo ſuo: Et ſuſpiciet ſurſum, k
a ¶ In tribulatione.
& ad terram intuebitur, & ec- l m
a ¶ Vndique malum.
ce tribulatio, & tenebræ † & n o
a ¶ Formido.
diſſolutio & anguſtia, & cali- p q
a ¶ Cęcitas indurati cordis.
gõ † perſequens, & non pote- r
a ¶ Irrui. ¶ Donec conſumatur.
rit auolare de anguſtia ſua.

### MORALITER.

d *Ad le. magis & te.* Supple eſt recurrendum.
e *Quòd ſi non dixe.* id eſt fecerint.
f *Iuxta ver. hoc.* ſ. recurrendo ad verba Chriſti & Apoſtolorum.
g *Non erit in eis ma. lux.* ſ. gratiæ per quam in nobis oritur ſol iuſtitiæ.
h *Et cum eſu. &c.* ſ. credens falſis prophetis propter defectum verę doctrinæ.
i *Et ma. re. ſuo.* Chriſtum, blaſphemando.
k *Et ſuſpi. ſur.* id eſt ex nulla parte habebit auxilium, ſed ineuitabile tormentum.

*In cap. viij. vbi dicitur in poſtilla, Hoc dictum videtur fauere nimis errori Hebræorum.*

### ADDITIO I.

Ea quæ continentur in poſtil. S. Tho. vel quæ ei attribuuntur, nõ videantur fauere errori Hebræorũ in aliquo. Nã in hoc loco poſtq̃ poſuit expoſitionem Hebræorum, intelligentium q̃ iſte puer qui vocatur: Accelera, ſpolia detra. &c. intelligit fuiſſe filius Iſaiæ. Conſequenter ponit contra eos obiectiones quæ in hac poſtil. continentur, poſtea ponit expoſitionem gloſſę communis, ſ. quod hoc intelligatur de Chriſto, qua poſita ſubiungit hęc verba. Hęc autẽ expoſitio non eſt tantæ autoritatis ſicut ſuperior, quę fuit, ſup. ca. 7. de alio ſigno, quia magis extorta eſt, & ex ſcripturis non habet autoritatẽ, vnde quidem dicunt non eſſe inconueniens ſi hoc intelligatur ad literã de filio Iſaię: ita tñ q̃d puer ille ſit figura Chriſti. Hæc ille. Ex quibus verbis patet manifeſtè, q̃d ipſe non improbat illã expoſitionẽ quæ dicit iſta intelligi de Chriſto ad literã, ſed dicit q̃d non eſt tantæ autoritatis ſicut ſuperior: Cuius rationẽ reddit manifeſtã. Nã prima habet autoritatem ex Euangelio, Mat. 1. d. hoc totũ factum eſt, vt impleretur q̃d dictum eſt per prophetam: Ecce virgo concipiet, ſed expoſitio huius non habet tantam autoritatem, cum in ſacra ſcriptura non contineatur, q̃ hoc quod dicitur hic. Acceſſi ad propheteſſam, intelligatur de beata virgine, & ſic manifeſtũ eſt, q̃d non eſt tantæ autoritatis ſicut præcedens. Itẽ principale fundamentum q̃ ponit poſtil. ad firmandũ hanc expoſitionem, eſt illud quod continetur in tranſlatione Chaldaica, ex qua concludit & bñ, q̃ hoc q̃d dr̃ hic. Acceſſi ad propheteſſam, non eſt uerbũ Iſaiæ, ſed ipſius Dei. Et quia hoc fundamentũ, licèt ſit uerũ, non tñ eſt tantæ autoritatis, ſicut ſi in litera contineretur. iõ uerba S. Tho. p̃dicta uel eidẽ attributa ſunt manifeſtè rõnabilia, nec i hoc fauetur errori Heb. Nã illa quæ cõtinẽtur in 7. & 9. ca. neceſſe eſt, ut intelligantur de Chriſto ad literam, ſed ea quæ continẽtur in hoc ca. 8. non habentur ex neceſſitate literæ, ut intelligãtur de Chriſto ad literã, ſed autoritate Chaldaicæ tranſlationis, ut dictum eſt.

G

visiones

*In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Similiter quod in 4. Reg. dicitur Theglathphalnaſar ſpoliaſſe Samariam, vt in 4. Reg. dicitur.*

### ADDITIO II.

Licèt Theglathphalnaſar non expoliaſſet Samariam, quia tamen aliquas ciuitates regni Iſrael, cuius Samariam eſt metropolis cepit, ſatis uerè poſſet dici, quod expoliauit Samariam, licèt non totam nec totam regnum expoliaſſet, ſicut qui expoliat aliquem de aliquibus bonis ſuis, dicitur ipſum expoliaſſe, quamuis non ex toto.

† inducta

*In eo. ca. vbi dr̃ in poſtil. In quo ut ſuprà dictum eſt, denuntiatur Chriſti reſurrectio futura.*

### ADDITIO III.

Ea quæ continentur in hoc ca. non uidentur pertinere ad ſignum indicatiuum nec rememoratiuum, non enim in hoc ca. dicitur: Dabit uobis ſignum, ſicut in pręcedenti, ut patet diſcurrenti literam, & ideo licet expoliatio duorum regum fuit figura expoliationis inferni per Chriſtum fiendę, ſicut hiſtorię ue. te. fuerunt figurę eorum quę contigerunt in nouo, non tamen ex hoc dicuntur fuiſſe data tanquam ſigna indicatiua ſeu rememoratiua.

† & obſcuratio & anguſtia

H

*In eo. ca. vbi dicitur in poſtil. Et erit vobis in ſanctificationem.*

### ADDITIO IIII.

Hoc q̃ dicitur hic. Et erit uobis in ſanctifi. & in la. &c. propriè uidetur referendum ad tempus aduẽtus Chriſti in carnem, in quo tempore fuit Chriſtus, in ſanctificationem credentibus, & in lapidem offenſionis & petram ſcandali duabus domibus Iſrael. ſ. regali & ſacerdotali, quas propter ſuam incredulitatem iuſto iudicio fecit ruere. Et utraq; earum conſueuit dici domus in ſcriptura. unde in pręcedenti ca. Audite nunc domus Dauid, quod intelligitur de domo regali, & in pſal. Domus Aaron benedicite domino, intelligitur de domo ſacerdotali. Dicere autem quòd iſtę duę domus intelligantur de domo Phacee filij Romelię, & de Oſea filio Ela, qui fuerunt reges Iſrael, non uidetur conuenienter dictum. Nam ſicut in regno Iuda licèt fuerint multi reges ſucceſſiuè, non tamen propter hoc dicuntur multę domus, ſed domus Dauid tantum. Sic dicẽdum eſt de regibus Iſrael. Sequitur: Et in laqueum & in ruinam habitantibus Ieruſalem: quia in ciuitate Ieruſalem ubi Chriſtus paſſus fuit, multi ruerunt per infidelitatem, non tamen omnes, & ideo ſequitur: Et offendent ex eis plurimi, i. non omnes. Secundũ iſtam expoſitionem propriè ſequitur immediatè: Liga teſti. &c. quod intelligitur de occultatione myſterij Chriſti, de quo ſtatim in pręcedentibus agitur, & exponatur ſicut in poſtil.

*In eo. ca. 8. vbi dicitur in poſ. Non erit eis matutina lux.*

### ADDITIO V.

Secundum gloſ. quod dicitur hic: Matutina lux, intelligitur ipſe Chriſtus, & hoc eſt propriè dictum. Nam Chriſtus eſt lux uera quę illuminat omnem hominem, Ioh. 1. a. Et dr̃ matutina, quia añ omnem lucem creata. Vnde hic propheta reuertitur ad declarationẽ eorum, quæ ſup. dixerat: Erit in ſanctificationem. ſ. credentibus, Et in lapidem offenſionis. ſ. non credentibus. Et primò agit de ſecũdo uſque ad finem. ſecundò uerò de primò à principio ſequentis cap. uſq; ibi: Zelus dñi faciet hoc. Vnde circa primum cum dixiſſet: Nõ erit ei. ſ. populo non credenti. Matutina lux. i. Chriſtus, ne fortè quis ęſtimaret q̃ hoc contingeret illi populo incredulo, eò q̃ non habuiſſent põtiã prędictę lucis, ideo dicit: Tranſibit per eam. unde Luc. 4. e. Ieſus tranſiens per medium illorum ibat. Et hoc quod dr̃, per eam, intelligitur Iudęam uel Ieruſalem, de qua dicit: Et corruet & eſuriet, quod poteſt intelligi ad literãm de tpe obſidionis Ieruſalem p Romanos, & ſequitur: Et cum eſuriet, iraſcetur & maledicet regi ſuo & Deo ſuo, quod propriè intelligitur de Chriſto, cui maledicebant ſicut & hodie, & ſequitur. Aſpiciet ſurſum. i. pro auxilio diuino ſeu cęleſti. Et ad terram intuebitur pro ſubſidio terreno. Et quia neutrum inueniebant, ideo ſequitur: Et ecce tribulatio & tenebræ. ſ. ignorantiæ & infidelitatis. Et diſſolutio. ſ. virium ſeu virtutum. Et anguſtia præcipitationis ſeu perplexitatis. Et caligo perſequens. ſ. cęcitas indurati cordis. Et non poterit auolare de anguſtia: quocunque remedio. & ſic propheta declarat illud quod dixerat de Chriſto. Quia in lapidem offenſionis & in petram ſcandali habitantibus Ieruſalem vt ſuprà. Et ſequitur in ſequenti ca. Primo tempore alleuiata eſt, &c. in quo declarat primum quod dixerat. ſ. Erit in ſanctificationem. ſ. credentibus, de quibus per oppoſitum dicit: Viderũt lucẽ magnam, & lux orta eſt eis, & incipit à tempore prædicationis Chriſti & ab initio miraculorũ eius. de quo dicit: Primo tpe alleuiata eſt, &c. & exponatur ſicut in poſtil. &c.



A

### REPLICA.

IN cap. viij. cùm poſtillator amore veritatis fidei Chriſtianæ permotus diceret S. Tho. nimis fauere errori Iudæorum, exponẽdo principium huius ca. de filio Iſaiæ quemadmodum Iudæi faciunt, quod tamen verè exponi debet de Chriſto ſpoliãte infernum, &c. Burg. aſſumit certamen pro S. Tho. aſſerens q̃ in nullo fauet Iudęorum falſæ expoſitioni. Quod quàm verum ſit, patet ex hoc primò: quia friuolis & falſis aſſertionibus nititur ſoluere argumenta catholicorum: quæ fieri conſueuerunt contra illum Iudęorum errorem. Secundò, quia non roborauit argumenta catholicorũ, nec aliquid facit pro vera Chriſtianorum expoſitione, ſed literam præſentem diuidit, exponit, concordat quantum poteſt pro perfidia Iudæorum. Tertiò, quia dicit catholicam expoſitionem extortã. Demum quia dicit eam non eſſe tantæ autoritatis ſicut illam ſuprà cap. 7. vbi ille paſſus: Ecce virgo concipiet, exponitur de Chriſto autoritate Euangeliſtæ. Sed quæro: Iſta autoritas quam præfert, an ſit apud Iudæos autentica magis an apud Chriſtianos. Sed certum eſt quod apud Iudæos, q̃a tranſlatio Chaldaica cui innititur expoſitio huius literæ, eſt apud Iudæos maximę autoritatis. Exemplum autem cui innititur. 7. ca. expoſitio nullius autoritatis eſt apud Heb. igitur maioris autoritatis eſt apud Iudęos expoſitio huius loci quam. 7. cap. Ad faciendum enim fidem infidelibus per Euangelium, quod non recipiunt, nihil concludimus, niſi cum hoc innitamur eorum fundamentis, quę negare non conſueuerunt. Nec ualet quod Bur. ponit contra replicam poſtil. de ſpolio facto per Theglatiphalnaſar, quia per hoc ſpolium non eſt ablata fortitudo Damaſci & Samarię, prout innititur in litera, ſed fuit particularis inuaſio facta tempore Ozię & Ioathan. Quid autem hoc pertinet ad filium Iſaię de quo Iudęi falſè exponunt, & S. Tho. approbat. Sed quia poſtil. hic expoſitionem S. Tho. pertractat, Bur. oppido offenſus neſcit in hoc ca. pacificè loqui, quia neſcit tolerare theologicũ modum loquendi poſt. quo dicit deſtructionem duorum regnorum fore ſignum pręnoſticum deſtructionis & ſpoliationis inferni. Spoliationem autem inferni fore ſignum rememoratiuum ſpoliationis, de quibus hic dicitur ad literam, quod ęgre ferẽs Burg. facit argumẽtum ſuum conſuetum à modernis hęreticis receptum. Hoc non ponitur in textu, igitur non eſt, &c. quia, ut inquit, de ſigno nulla fit mentio. Quamuis autem in litera etiam non ſit mentio de figura, dicit tamen Burg. quod una ſpoliatio eſt figura alterius, Nunc autem figura eſt ſignificatiua figurati. Significatiuum autem & ſignum quantùm diſtant, dicat Burg. grandipenſor.

C

B

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. IX.

PRimo tempo. Hæ duæ tribus ab Aſſyrijs in captiuitatem ductæ ſunt, & ſic terra pondere peccatorum releuata, poſtea reliquę, quę habitabant trans Iordanem & in Samaria. Regio ergo populi prius in captiuitatem ducti, & quæ erant in tenebris anguſtię, vidit prius lucem prædicantis Chriſti.
b *Terra Za.* In qua Chriſtus primũ prædicauit, & miracula fecit: Ibi. n. aquas in vinum conuertit, Apoſtolos elegit. vñ: Principes Zabulon, principes Nephthali.
c *Via ma.* Mare in hoc loco lacus Genezareth, qui Iordane influente efficitur. In cuius littore eſt Capharnaum, Tyberias, Bethzaida & Corozain, in quibus dominus maximè commoratus eſt, & ſic populus qui ambulabat in tene. vidit lu. ma.

Ioh. 2. a

Matt. 4

### CAP. IX.

a ¶ Dominicæ incarnationis. ¶ Onere peccati releuata.
PRimo tẽmpore alle- a b
uiata eſt terra Zabulon
a ¶ Id eſt generali captiuitate.
& terra Nephthali, & nòuiſſi- c
a ¶ Plurimis in errore manentibus grauiter afflicta. ¶ Fecunda facta eſt frugibus fidei. b ¶ Genezareth.
mo aggrauata eſt via maris d

a Galilęa

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. IX.

PRimo tem. *Antequàm deſcendam ad diuiſionem huius ca. Sciendum quod Iudæi & aliqui expoſitores catholici in hoc eos nimis ſequentes exponunt principium huius ca. ad literam de captiuitate duplici filiorum Iſrael. Prima autem fuit facta per Theglathphalnaſar regẽ Aſſyriorum, qui captiuauit duas tribus vltra Iordanem, & tranſiens Iordanem captiuauit multos de terra Zabulon & Nephtali, vt habetur, 4. Reg. 15. & de hoc exponunt quod dicitur in principio huius ca. Primo tempore. i. prima captiuitate: Alleuiata eſt terra Zabulon & terra Nephtali. ſ. à pondere peccatorum, habitatoribus ſuis in captiuitatem ductis. Poſtea verò Salmanaſar rex Aſſyriorum cępit Oſeæ regẽ Iſrael, & reſiduum populi quod remanſerat tranſtulit in Aſſyrios, vt habetur. 4. Reg. 18. & de hoc exponunt quod ſubditur. Et nouiſſimo aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilæę gentium, quia aggrauata fuit tota terra per domini flagella in captiuitatem ducta. Dicitur autem illa terra via maris, quia eſt ibi via publica ad portandum merces à Iordane ad mare mediterraneum, & econuerſo. Sed iſta expoſitio videtur inconueniens. Primò quia implicat contraria ſaltem in modo loquendi, quia primam captiuitatem nominat alleuiationem & ſecundam aggrauationem, cum tamen fuerunt eiuſdem rationis. Item quia ſi loqueretur de ſecunda captiuitate, cum dicitur: Et nouiſſimo aggrauata eſt, &c. non fieret ibi mentio de Galilæa, quæ in prima captiuitate fuit captiuata ſaltem in magna parte, ſed magis de Samaria quæ erat ciuitas metropolis regni, & principaliter fuit obſeſſa & capta per Salmanaſar. Tertiò quia Matthæus 4. cap. dicit hanc prophetiam fuiſſe completam ad literam in Chriſto, dicens ſic de Chriſto. Et relicta ciuitate ſua Nazareth uenit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Nephthali, vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam prophetã: Terra Zabulon & terra Nephthali, via maris trans Iordanem Galilęę gentium. Populus gentium qui ambulabat in tenebris, vi. lu. ma. &c. Item cum omnes expoſitores catholici dicant, quod neceſſe eſt de Chriſto intelligi illud quod dicitur ſuprà. 7. ca. Ecce virgo concipiet, & pariet &c. eò quòd dicitur Matthæi. 1. d. Hoc autem totum factum eſt vt adimpleretur quod dictum eſt à domino per prophetam dicentẽ: Ecce virgo habebit in vtero, & pariet filium &c. eadem neceſſitate compellitur quilibet doctorum catholicus exponere de Chriſto quod dicitur hic. Primo tempore alleuiata eſt, &c. cum Matthæus dicat hoc impletum eſſe in Chriſto. Igitur ſequendo ſententiam beati Matthæi præſens cap. in quo ponitur myſterium Chriſti, quantum ad eius exaltationem in ſignum liberationis regni Iudæ, in duas partes diuiditur, quia primò ponitur Chriſti exaltatio, ſecundò dicta liberatio, ibi: Verbum miſit dominus. Circa primum ſciendum, quod Chriſtus fuit exaltatus primò quãtum ad declarationem ſuæ deitatis in prædicatione ſua & miraculis. ſecundò quãtum ad exaltationem humanitatis ad dexterã patris. Primò igitur ponitur primum. & ſecundò ſecundum, ibi: Paruulus. Circa primum ſciendum, q̃ ad prædicationem Chriſti aliqui Iudæi crediderunt & in fide permanſerunt. aliqui autem obſtinati in ſua malitia remanſerunt, & aliqui à principio credentes poſtea ad vomitum reuerſi ſunt, & de iſtis mixtim loquitur hic propheta. Circa primum dicitur:*

D

Diuiſio

b Primo tem. alle. eſt ter. &c. *Quia ibi Chriſtus circa principiũ ſuæ p̃dicationis publicè frequẽter docuit & miracula fecit, vt dicit Mat. & ſup. allegatũ eſt. & ſic fuit terra illa alleuiata à iugo diaboli p poteſtatẽ Chri. Uerumtñ quia plures eorũ reuerſi fuerunt ad vomitũ, iõ ſubditur:*
c Et nouiſſimo. *i. circa finem prædicationis Chriſti.*
d Aggra. eſt uia ma. *Quare autem illa terra dicatur via maris, ſuprà expoſitum eſt. De iſta autem aggrauatione habetur Mat. 11. c. vbi dr̃: Tunc cępit exprobrare ciuitatibus, in q̃bus factæ ſunt plurimæ virtutes eius. & ideo ſubditur: Væ tibi Corozaim, vę tibi Bethſaida: q̃a ſi in Tyro & Sidone factæ eſſent virtutes q̃ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pęnitentiã egiſſent, Iſtæ autẽ ciuitates erant ſupra mare Galilææ in finib. Zabulon & Nephthali. Et poſtea ſubdit de Capharnaũ, vbi Chriſtus habitauit circa prædicationis ſuę principiũ, vt ſup. dictum eſt*

e Et tu.

### MORALITER.

a *Primo tempore.* Hoc literaliter expoſui de credẽtibus ad prędicationem Chriſti, quorum aliqui in fide ſteterunt, & aliqui ab ea receſſerunt. Moraliter autẽ poteſt exponi de religionem intrantibus, quorum aliqui ibidem proficiunt, & aliqui deficiunt, vnde dicit Aug. Sicut non inueni meliores illis qui in monaſterijs profecerunt, ita non inueni deteriores his qui in eis defecerunt. Hæc igitur litera mixtim exponitur de iſtis & de illis. Et quantũ ad proficientes in principio tantum, dicitur: Primo tem. id eſt in principio profeſſionis.
b *Alleuiata eſt terra Zabulon.* Qui interpretatur habitaculum pulchritudinis. ideo per terram Zabulon ſignificantur illi qui per pulchritudinẽ conſcientiæ, Deo p̃parant habitaculũ pulchrum cordis.
c *Et ter. Nep.* Qui interpretatur dilatatio, propter quod per terrã Nephthali ſignificantur illi qui dilatantur in operibus bonis. Per hoc igitur quod dicitur: Pri. tem. al. eſt ter. ſignificatur quod illi in profeſſione alleuiantur à pondere terrenorum per uotum uoluntariæ paupertatis.
d *Et no. ag. eſt via ma.* Per mare tumultuoſum, ſignificatur præſens ſeculum. ideo via maris eſt uita ſecularis, ad quam nouiſſimo reuertuntur, deficientes in religione per apoſtaſiam uel in habitu religionis ducentes vitam ſecularem. quod notatur cum ſubditur:



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Galilææ gentium*. Galileæ duæ ſunt. Vna gentium, vicina E Tyrijs in tribu Nephthali. Altera circa Tyberiadem, & ſtagnum Genezareth in tribu Zabulon.

b *In regio.um.mor.* Iero. In vmbra mortis ſunt, qui in peccatis adhuc viuunt. In regio. vm. mor. qui iam cum mortuis operibus ad inferna deſcenderunt.

c *Non magni.le.* Nobis de ſalute Iudæorum. Quamuis enim gaudeant de gentium conuerſione, dolent tamen de Iudæorum repulſione, vnde Rom.9.a Apoſtolus: Optabam eſſe anathema pro vobis.

d *Lætabuntur co.te &c.* Propheta ad Chriſtum de diſcipulis.

Mat.11.d e *Iugum enim.* Habet Chriſtus iugũ, ſed ſuaue, & diabolus, ſed importabile onere. Et Chriſtus principatum ſuper humerum, in quo crucem portauit, & diabolus in humero virgam, qua ſuperbit.

f *Exactoris.* Ipſius ſ. exigentis. Quotidie enim numum peccati quem primo homini commiſit, à poſteris cum vſura exigit.

g *Quia omnis ui.præ.* Aeſi dicat: Genus humanum quod diabolus deprædatus eſt, aufert ei dominus violenter. i. potenter, & ipſum cum tumultu detrudet in infernum. Vnde tam de ipſo quam de membris eius dicitur: Pſ.9.b Perijt memoria eorum cum ſonitu.

Iob.8.f h *Veſti. miſtum.* Diabolus qui plenus omnium ſanguine, qui homicida ab initio. Vel homines, quibus diabolus tanquam veſte circundatur, quorum manus plenæ ſunt ſanguine.

¶ a Prin-

† omnis q pugnat pugnat

a ¶Quæ eſt ſ. b ¶Quia multæ gentes habitabant ibi.

a trans Iordanem Galilęę gentium. a

a ¶Iſrael vel quarumlibet gentium. ¶Ignorantiæ.

Populus qui ambulabat in tene- b

a ¶Chriſtum, qui dicit: Ego ſum lux mundi. ¶Eſt lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

bris, vidit lucem magnam, habi- c d

¶Peccati.

b tantibus in regione vmbræ mortis

a ¶Chriſtus. b ¶Notitia tua. c ¶Vox Apoſtolorum ad Chriſtum ad lucem ortam. d ¶Gentiles.

lux orta eſt eis. Multiplicaſti gen- e f

¶Apoſtoli.

c d tem, non magnificaſti lętitiã. Lęta- g h

¶O Chriſte. ¶Meſſores.

buntur coram te, ſicut qui lętantur i

a ¶Gentis quam ad fidem colligunt. vnde: Meſſis quidem multa, operarij vero pauci. b ¶Apoſtoli, qui carnem & diabolum vicerunt.

in meſſe: ſicut exultant victores k

a ¶Alios paſtores, alios doctores & huiuſmodi. b ¶Genus humanum a diabolo ablatum.

capta preda, quando diuidunt ſpo-

¶Dominationem. a ¶Diaboli. b ¶Poteſtatem.

a lia. Iugum enim oneris eius, & uir- l m

¶Imperium.

a gam humeri eius, & ſceptrum exa- n

a ¶O Emanuel. b ¶Quam facile & ſine ſanguine à Gedeone victi ſunt Madianitæ: in quo Chriſti victoria ſignificatur.

ctoris eius ſuperaſti, ſicut in die Ma o p q

a dian. Quia † omnis violenta præda

b tio cum tumultu, & veſtimentum r

¶Gehennæ.

miſtũ ſanguine, erit in conbuſtioné s

a ¶Erit. ¶Æterni. b ¶Qui pugnabit pro nobis. ¶Secundum carnem.

a et cibus ignis. † Paruulus eſt natus t

## NICOLAVS DE LYRA.

F g Et tu Capharnaum nunquid exaltaberis vſque ad cęlum, & vſq; in infernum deſcendes, quia per prædicationem Chriſti primo fuit diſpoſita ad conſecutionem beatitudinis credendo, & poſtea depreſſa per demeritum damnationi, ad vomitum redeundo, ſicut dictum fuit plenius ſuper Matth.

† 2.77.ca. nos ſt. Matt.11.c

e Galilęę gen. Salomon enim dedit Hiram regi Tyri. 20. oppida in Galilęa. 3. Reg. 9. d. Et ideo illa pars vocata eſt Galilęa gentium, quia Hiram erat Gentilis.

b Populus &c. Ignorantiæ & erroris.

c Vidit lu.mag. i. Chriſtum, qui eſt lux mundi per prædicationem & miracula propria virtute facientem.

d Habitantibus. Error. n. & ignorantia ſunt quaſi mortis vmbra.

e Lux orta eſt eis. ſ. veritas Euangelica. Vel poteſt hæc litera referri ad patres detentos in limbo inferni, quibus lux orta fuit, quando Chriſtus ad eos deſcendit poſt paſſionem ſuam.

f Multiplicaſti &c. Hoc refertur ad illos qui Chriſto prædicante primò crediderunt, & poſtea ad vomitum reuerſi ſunt, vt prædictum eſt, & ideo ex eis non fuit materia letitiæ. Et conſequenter ſubditur de credentibus, & in fide permanentibus.

h Lætabuntur co.te. &c. Meſſores enim in plenitudine meſſis, & victores in ſpolijs diuidendis valde lætantur. Et ita fuit de diſcipulis Chriſti, quando in die Pentecoſtes receperunt plenitudinem ſpiritusſancti, alta voce, & varijs linguis loquentes magnalia Dei, Act. 2. Et huius lætitiæ ſubditur ratio, cùm dicitur:

l Iugum enim oneris eius, id eſt veteris legis, de quo onere dicitur Act. 15. c. quod hoc eſt onus, quod nec nos nec patres noſtri portare potuimus.

m Et uirgam hu.eius. i. ſcribarum & Phariſæorum, qui ſupra onus legis addebant ordinationes populo graues, ſecundum quod dicitur Matth. 23. a. Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt ea ſuper humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Ab iſtis autem oneribus fuit liberatus fidelis populus per libertatem ſpiritusſancti, quæ eſt in lege noua.

Diſſipatio Ieruſalem n Et ſceptrum &c. Secundum quod dicit Ioſephus lib. de Iudaico bello, poſt aſcenſionem Chriſti Iudæa fuit multis diſſenſionibus intraneis diſſipata, & erant ibi aliqui tyranni, qui populum vexabant multipliciter, & rebus ſpoliabant, & maximè populum credentem in Chriſtum, vt patet in Actibus Apoſtolorum, à quibus fidelis populus fuit liberatus per exercitum Romanum venientem contra Iudæam, quia tunc admonitus fuit per Angelum, vt tranſiret in regnum Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, vt habetur in Eccleſiaſtica hiſtoria, & exactores prædicti fuerunt deſtructi, & ciuitates eorum ſuccenſæ igni.

p Sicut in die Ma. Iſta fuit victoria Gedeonis, de qua habetur Iud. 7. quæ fuit ſibi prænuntiata per Angelum, ſicut & fidelis populus liberatus fuit per denuntiationem Angeli in regno Agrippæ, vt dictum eſt, & exactores eorum occiſi per exercitum Romanorum, & ciuitates eorum ſuccenſæ, & bona eorum, ideo ſubditur: G

q Quia omnis &c. i. acquiſita cum clamore & rapina.

r Et veſtimentum &c. id eſt veſtimentum occidentis & occiſi, quia non ſolùm veſtimenta occiſorum inquinãtur ſanguine, ſed etiam cum hoc veſtimenta occidentium.

s Erit in combuſtionem. Quia Romani incendentes Ieruſalem & alia loca, vbi erant prædicti exactores & tyranni, ſimul combuſſerunt veſtimenta illorum tyrannorum; & ea quæ rapuerant ab alijs, quorum multos interfecerunt, vt habetur libro de Iudaico bello. Ex hoc autem quod dicitur hic: Et erit in combuſtionem, Illi qui exponunt hunc paſſum de exercitu Sennacherib ab Angelo percuſſo, vt ſuprà dictum eſt. 7. ca. videntur contradicere textui. Dicunt enim, quod Angelus percuſſit exercitum plaga ignea, ſic tamen quod corpora bellatorum erant incinerata, arma tamen & ſpolia remanſerunt intacta, ita quod populus Ezechiæ exiens ad colligendum ſpolia, valde faciliter accipiebat ea remanentibus cineribus. Illud autem quod comburitur & eſt cibus ignis, non ſic remanet intactum, ſed conuertitur in ignem, ſicut cibus in cibatum.

t Paruulus. Hic conſequenter ponitur exaltatio Chriſti ſecundum humanitatem in ſua aſcenſione. Sciendum tamen, quod Ra. Sa. & Iudæi moderni ſequentes ipſum exponunt hunc paſſum de Ezechia rege Iuda, literam corrumpendo. Dicit enim quod hæc eſt litera Hebraica: Infans natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, et erit principatus ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater ſempiternus, principem pacis. Et talis corruptio poteſt de facili fieri in Heb. quia hæc dictio ויקרא vaiquare, quæ ſignificat, & vocabitur, & ויקרא vaiqra, quæ ſignificat & vocabit, eiſdem literis penitus ſcribuntur in Heb. ſed variè ſonant propter aliam & aliã punctationem. Itẽ ſimiliter quod dicit principem pacis in accuſatiuo pronominatiuo faciliter fit in Heb. quia nomina ſunt apud eos indeclinabilia, ſicut apud Latinos cornu & gelu. igitur ſic exponit autoritatem prædictam: Infans natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. quaſi diceret propheta, licèt Achaz ſit idololatra peſſimus, tamen filius eius Ezechias qui erit rex noſter poſt eum, erit bonus & iuſtus. Et vocabit nomen eius admirabilis, &c. id eſt Deus noſter, qui eſt admirabilis conſiliarius, Deus fortis, pater ſempiternus, vocabit, ſcilicet Ezechiam principem pacis, quia faciet pacem in diebus ſuis, ita quod nomina deitatem exprimentia non referuntur ad puerum natum. Sed quod iſte corrumpat literam ponendo vocabit pro vocabitur, patet ex translatione LXX, interpretum, qui fuerunt Hebræi & valde literati, quorum translatio talis eſt: Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cuius imperium ſuper humerum eius, & vocabitur nomen eius magni conſilij Angelus, ita quòd pro iſtis di- H

¶ ctionibus

## MORALITER.

a *Trans Ior. Ga. gen.* Galilæa namque volubilis interpretatur. nam ex volubilitate mentis procedit. quod tales à bono propoſito ſic mutantur.

b *Populus qui am. in te.* ſ. peccatorum ante religionis ingreſſum.

c *Vidit lucem ma.* Ingrediendo & profitendo per inſpirationem diuinam.

d *Habitantibus in regione um. mor. &c.* Repetitio eſt eiuſdem ad maiorem expreſſionem.

f *Multiplicaſti gen.* ſ. religioſam. Sed quoniam aliqui deficiunt, vt dictum eſt, ideo ſubditur malis.

g *Non magnifi.læ. &c.* Et de bonis ſubditur:

h *Lætabuntur co.te.* Spirituali deuotione.

i *Sicut qui læ. in meſ.* Ex bonorum fructuum collectione.

K *Sicut exultant vi.* De mundo, carne, & diabolo triumphantes. ideo ſubditur:

l *Iugum enim one. eius.* ſcilicet carnis aggrauantis.

m *Et uirgam hu. eius.* id eſt mundi, qui humeris ſeruorum ſuorum imponit graue iugum.

n *Et ſceptrum exa. eius.* i. dæmonis, de quo dicitur Iob. 41. d. quòd ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ.

o *Superaſti, ſicut &c.* i. ex diuina virtute, ſicut Madian fuit ſuperatus à Gedeone. Iudic. 7. f. ideo ſubditur:

t *Paruulus enim natus eſt nobis &c.* id eſt Chriſtus, cuius virtute diabolus eſt ſuperatus.

* Et



a *Principatus ſuper hu.* Dum duceretur ad patibulum, portauit crucem, in qua meruit principatum. Septuaginta. Magni conſilij Angelus. Quod in Hebræo non habetur, ſed nominum maieſtate perterriti, non auſi ſunt de puero dicere, quòd apertè Deus appellandus ſit. Ideo pro his ſex nominibus hoc poſuerunt, magni cõſilij Angelus. A Ioh.19.a

Sup.7.b b *Ze. do.* Cępit Emmanuel prophetia vbi dicitur: Pete tibi ſignum à Deo. hic finitur.

c *Ver. mi. do.* Verbum Hebraicũ דבר Dabar per tres conſonantes ſcribitur, Daleth, Beth, Res. Si legatur Dabar, verbum ſignificat, ſi Deber, mortem & peſtilentiam. Vnde quidam ambiguitate decepti, mortem dicũt eſſe miſſam. Verbum, præceptum ad literam, vt de Iuda reges fierent, qui omni Iſrael imperarent. Cecidit autẽ Iſrael. i. in decem tribus, quæ neglecto Dei mandato domũ Dauid abiecerunt, & Ieroboã de tribu Ephraim elegerunt, vnde & Ephraim cognominatæ ſunt. Spiritualiter autẽ verbum Euangelij miſit dominus in Iacob, ideſt in Apoſtolos & alios, & cecidit in Iſrael. Præuaricatum eſt. ſ. ab increduli. Vel verbũ, id eſt filium miſit in Iacob, ſcilicet populum Iudæorum, & cecidit in Iſrael, quia gẽtes eum receperunt. Verbum miſit domi. in Iacob, id eſt eccleſiam, ſcilicet quę priorem populum ſupplantauit. Et cecidit in Iſrael. i. in hæreticos, qui Deum videre ſe iactant. Scient itaque principes eorũ, & omnes qui habitabant in Samaria, id eſt qui legem ſe cuſtodire dicunt, & in vbertate virtutum eſſe & fructus afferre iuſtitiæ (Ephraim namque interpretatur vbertas) qui. ſ. deſpiciunt eccleſiam & ſimplicitatem eius putant imperitiam. B

† de ſacra vnct. cap. vnico. 2. Reg. 12. c. † imperpetuum

¶ a Lateres

a ¶Saluandis. b ¶Dei. c ¶A Deo ſola gratia. ¶Quamuis ſit Deus.

eſt nobis, & filius datus eſt nobis. a b

a ¶Crux per quam exaltauit illum Deus, & donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.

a Et factus eſt principatus ſuper hu- c

a ¶Præter præmiſſa nomina his ſex nominibus appellabitur.

merum eius, † & vocabitur nomen d

a ¶Quia Deus & homo quod intuitum. b ¶LXX. magni conſilij Angelus. c ¶Creator omnium.

eius admirabilis, conſiliarius, Deus e f

a ¶Cui reſiſtere nemo poteſt. b ¶Quia ſine fine beneuolus.

fortis, pater † futuri ſeculi, prin- g h

a ¶Qui fecit vtraq; vnum. ¶Qui reconciliauit nos Deo & Angelis. b ¶In fidelibus. ¶Per prædicationem Apoſtolorum & ſucceſſorum.

ceps pacis. Multiplicabitur eius i

a ¶Poſtula a me, & dabo tibi gentes. b ¶Sanctorum licet aliquando tribulentur. ¶Eius.

imperium, & pacis non erit finis. K

a ¶Quod in captiuitate Babylonic. fuerat diſſipatum. b ¶Iudæos, vel potius in humilibus, ſicut fuit Dauid.

Super ſolium Dauid, & ſuper re- l

a ¶Eccleſiam quæ ſignificatur per regnum Dauid.

gnum eius ſedebit, vt confirmet il- m

a ¶Beati qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore.

lud, & corroboret in iudicio & iu- n

a ¶Incarnationis tempore. b ¶In ſecula ſeculorum.

ſtitia amodo & vſque in ſempiter-

a ¶Charitas, non hominum merita. b ¶Quem ad æmulationem prouocauerunt in his qui non erãt dij.

b num. Zelus domini exercituum fa- o

a ¶Mittet filium ſaluare mundum. b ¶Propheta reuertitur ad euerſionem Ephraim & Raſin.

a ciet hoc. Verbum miſit dominus p

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ ctionibus, admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis, poſuerunt hoc ſolum, magni conſilij Angelus. Cuius cauſa fuit ſecundum quod Ie. dicit in epiſtola ad Deſiderium, quæ præponitur in Biblijs principio Geneſis, quia tranſtulerant libros vete. teſtamenti Ptolemęo regi, qui erat philoſophus & vnius Dei cultor, & ideo vbi in Hebræo fit mentio de deitate Chriſti, ſicut fit in hoc loco tacuerunt, vel aliter tranſtulerunt, ne Ptolemæus crederet eos ponere duplicem deitatem, & vt ſecretum fidei non aperirent Gentili. patet tamen ex eorum tranſlatione quod in Hebræo habetur, & vocabitur, & non vocabit, & quòd illud quod ſequitur: Admirabilis, conſiliarius, Deus fortis &c. refertur ad puerum natum, & quod in fine autoritatis non habetur, principem pacis, in accuſatiuo, ſed princeps pacis in nominatiuo, quia loco omnium iſtarum diſtinctionum ponitur in tranſlatione. LXX, magni conſilij Angelus, in nominatiuo. Item hoc idem patet per tranſlationem Chaldaicam, quæ autentica eſt apud Hebræos, vt dictum eſt ſupra præcedenti capite, quæ talis eſt: Infans natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & recipiet ſuper ſe legem ad ſeruandum eam, & vocabitur nomen eius ab ante mirabilis conſilio, Deus fortis, permanens in ſecula ſeculorum, Meſſias, in cuius diebus multiplicabitur pax ſuper nos. Ex hoc patet manifeſtè, quòd paſſus iſte loquitur ad literam de Chriſto, qui expectabatur in lege & prophetis ad ſalutẽ mundi venturus. Quòd autem in hac tranſlatione ponitur: Et recipiet ſuper ſe legem ad ſeruandum eam, loco cuius in Hebræo habetur: Et erit principatus ſuper humerum eius, conuenit ipſi Chriſto, qui factus eſt ſub lege, vt dictum eſt ad Gal. 4. Et qui dicit de ſeipſo, Matth. 5. b. Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Quia etiam in ea dicitur: Et vocabitur nomen eius ab ante mirabilis &c. conuenit Chriſto, qui vocatus fuit ab Angelo Ieſus, antequàm in vtero cõciperetur, vt dicitur Luc. 2. in quo nomine, quod ſalus interpretatur, omnes conditiones hic tactæ implicitè continentur. Igitur remota falſa expoſitione accedamus ad veram, quæ eſt de domino Ieſu Chriſto, cuius hic introducitur principatus, veruntamen præmittitur eius natiuitas, cum dicitur: Paruulus enim natus &c. qui verè fuit paruulus in humanitate. Et loquitur hic propheta de futuro per modum præteriti, propter certitudinem prophetiæ. Et ſubditur eius magnitudo in deitate.

a Et filius. Scilicet naturalis ipſius Dei patris, & per conſequens ſibi æqualis.

b Datus

b Datus eſt no. Secundum quod dicitur Ioh. 3. b. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, &c.

c Et factus eſt principatus ſuper humerum eius. Crucem ſibi baiulando, vt dicitur Ioh. 19. per quam poteſtates aereas debellauit, & regnum ſuum potenter intrauit, Luc. vlt. d. Oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.

d Et vocabitur nomen eius admirabilis. Miracula faciendo.

e Conſiliarius. Conſilia Euangelica præceptis decalogi ſuperaddendo.

f Deus fortis. Infernum ſpoliando.

g Pater futuri ſeculi. Electos ad ciuitatem cęleſtem admittendo.

h Princeps pacis. Scilicet internæ, quantùm ad conſcientiam, & ſupernæ quantùm ad cęleſtem gloriam, propter quod in eius natiuitate Angeli cantauerunt: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, Luc. 2. b.

i Multiplicabitur eius imperium. vnde dixit Matth. vlt. d. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra.

K Et pacis non erit finis. ſ. pacis cęleſtis ab eo data, quæ eſt æterna. Et ex hoc patet, quod hæc litera non poteſt intelligi de Ezechia rege Iuda, quia pax parum durauit ſub eo, ſcilicet per quindecim annos vel circiter, quia Manaſſes filius eius fuit peſſimus in principio regni ſui, propter quod turbata fuit pax regni, & ipſe fuit in captiuitatem ductus, vt habetur. 2. Paralip. 33. Sciendum autẽ, quòd ubi dicitur hic: Multiplicabitur eius imperium, &c. In Hebræo habetur: לםרבה Lemarbeh quod ſignificat, ad multiplicandum, & ponitur ibi litera ם Mem clauſa in medio dictionis contra naturam ſuam, quia ſemper ponitur in fine dictionis, & nunquàm in medio nec in principio, & hoc ad denotandum, quòd Chriſtus de quo ſcriptura hic loquitur, natus fuit contra curſum naturæ de virgine clauſa. D

l Super ſolium Dauid & ſuper regnum eius. videlicet cęleſte figuratum per ſolium Dauid. Vel, Super ſolium Dauid. id eſt ſuper eccleſiam militantem, per regnum Dauid figuratam.

m Vt confirmet illud & corroboret. Ex hoc patet, quòd non eſt hic ſermo de regno Dauid, nec de regno Ezechiæ ad literam, quia illud regnum non fuit confirmatum.

n In iudicio & iuſtitia amodo & vſque in ſempiternum. Sed eccleſia ſic eſt à Chriſto confirmata, non ſolùm triumphans, ſed etiam militans, propter quod dicit Chriſtus, Matth. vlt. d. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad finem ſeculi.

o Zelus domini exercituum faciet hoc. Zelus eſt amor ſingularis. Ex amore autem ſingulari ipſius Dei ad genus humanum impletum eſt Chriſti myſterium, propter quod dicitur ad Hebr. 2. d. Nuſquam Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ.

n Et ſubuerten. *id eſt multitudo ſui exercitus deſtruetur virtute Angeli. Quæ hic dicitur ferrum metaphoricè, quia ferrum domat omnia, vt habetur Dan. 2. f. Et nulla virtus humana poteſt reſiſtere virtuti angelicæ.*

o Et libanus. *id eſt Sennacherib cum principibus ſuis: fugiens enim ad terram ſuam interfectus fuit ibidem.*

¶ *In capite. 10. vbi dicitur in poſtilla. Quòd autem ſequitur de perſona Sennacherib.*

## ADDITIO.

¶ Hoc quod dicitur: Confortamini, adhuc dies eſt, &c. Similiter poteſt intelligi in perſona Iſaię fuiſſe dictum, ſicut & pręcedentia & ſequentia vſque ad finem capitis. Ad quod ſciendum, quòd poſtquam propheta denuntiauit reditum Sennacherib in Iudęam, nominans ciuitates, per quas veniebat contra Ieruſalẽ, dicẽs: Veniet in Aioth. & oſtendens quomodo ciuitates obſtupebant, & aliqui fugiebãt prę timore ſuorum, vt cum dicit: Obſtupuit Rama, Gabaa Saulis fugit, migrauit Medemena, ſimiliter & habitatores Gabim. ſ. fugerunt, prout in poſtil. Conſequenter reuertitur propheta ad confortandum eos, ſimiliter ad conſolandum à prędicto timore & fuga, dicens: Cõfortamini: adhuc dies eſt, vt in Nobe ſtetur. Et eſt ſenſus: Nolite timere tumultum huius inimici Sennacherib, quia adhuc eſt dies, ſcilicet in propinquo, vt in Nobe, quę eſt quædam villa parua, quæ erat ſacerdotum. Stetur. ſcilicet ſecurè & ſine fuga ſublato timore: & quomodo hoc fiat, declarat ſubdens: Agitabit manum ſuam. ſcilicet dominus Deus, ſuper montem filię Sion, & collem Ieruſalem. ſcilicet ad protegendum eam. Et qualiter hęc protectio fiat, oſtendit dicens: Ecce dominator dominus exercituum, confringet lagunculam. ſcilicet exercitum Sennacherib. Et exponantur cętera ſicut in poſtilla.

† excindit ramum in robore.

D

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XI.

ET *egredietur virga.* Hiero. Vſque ad principium viſionis Babylonis prophetia eſt de Chriſto, quam per partes explanamus, ne lectoris memoriam confundamus.

a *Egredietur.* virgam & florem Iudæi ipſum Chriſtum interpretantur, quia in virga, regnãtis potẽtia: in flore, pulchritudo. Nos per virgã, Mariam intelligimus, cui nullus frutex adhæſit. vnde: Virgo concipiet & pa. fil. & florẽ Chriſtum, qui dicit: Ego ſum flos campi, & lilium conuallium. In euangelio Nazaræorum (quod Hebraicè ſcriptum eſt) ita habetur: Factum eſt autẽ cum aſcendiſſet dominus de aqua, deſcendit fons omnis ſpiritus, & requieuit ſuper eum, dixitque illi: Fili in omnibus prophetis expectaui te vt venires, & requieſcerẽ in te: tu es enim requies mea. & tu es filius meus primo genitus, qui regnas in ſempiternum.

Eſa. 7. d. — Cant. 2. a.

b *Et requieſcet,* quia in ipſo habitat omnis plenitudo diuinitatis. vnde: Super quem videris ſpiritum deſcendentem.

c *Spiri.* Sicut ſermo domini lux, vita, & reſurrectio vocatur, ſic ſpiritus ſapientię & intellectus conſilij, & for. ſcientię & pie. & timoris domini. Nõ quod diuerſus ſit iuxta differentias nominum, ſed vnus & idem eſt fons cunctarum virtutũ. Sine Chriſto ergo nec ſapiens quis eſt, nec intelligens, nec cõſiliarius, nec fortis, nec eruditus, nec timore domini plenus. Hi ſunt ſeptem oculi in lapide vno ſecundum Zachariam.

Zach. 3. d.

a *Et replebit*

## NICOL. DE LYRA. CAP. XI.

ET egredie. *Hic propheta reuertitur ad deſcribendum Chriſti myſterium, quod erat ſuum principale intentum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur huius myſterij deſcriptio. ſecundò ſubditur gratiarum actio pro tanto beneficio, ca. ſe. Prima in tres: quia primò deſcribitur ipſius Chriſti natiuitas. ſecundò eius ſanctitas, ibi: Et requieſcet. tertiò ſublimitas, ibi: In die illa. Circa primum ſciendum, quòd iſtud caput exponitur ad literam de Chriſto à doctoribus Hebræis & catholicis. vnde in tranſlatione Chaldaica ſic habetur: Exibit rex de filijs Iſai, & Meſſias de filijs filiorum eius, &c. Iudæi tamen hoc expectant futurum. Chriſtiani verò hoc dicunt eſſe impletum in Ieſu Nazareno. Et ſecundum hoc dicitur hic:*

Diuiſio

a Et egredie. uir. *i. virgo Maria, quæ dicitur virga gracilis paupertate & humilitate, flexibilis pietate.*

b Et flos de ra. eius aſcendet. *i. Chriſtus, qui dicitur flos ratione puritatis: quoniam nullum peccatum actuale ſeu originale habuit in eo locum. Et quia protulit fructum noſtræ ſalutis. Hebræi autem exponunt vtrumque de Chriſto, qui dicitur hic virga, propter regiam dignitatem: et flos, propter vitæ puritatem. Et dicitur aſcendiſſe de radice Ieſſe, quia pater Dauid vocatus fuit Iſai & Ieſſe: Chriſtus autem deſcendit de Dauid ſecundum eos.*

c Et requie. ſu. eum. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Chriſti ſanctitas. Et primò in ſeipſo. ſecundò in corpore eius myſtico, ibi: Et erit iuſtitia. Circa primum dicitur: Et requie. quia in baptiſmo eius apparuit ſpiritusſanctus in ſpecie columbæ ſuper eum, Matt. 3. ad deſignandam plenitudinem omnis gratiæ in eo, ideo ſubditur:*

Diuiſio

e Spiri. ſapi. *Id eſt dator ſapientiæ, vel ſpiritus qui eſt ſapientiæ. & ſic intelligitur de alijs, cùm dicitur:*

a Et in-

---

## CAP. XI.

¶ Sed prius. ¶ Quia. ¶ Prophetia de natiuitate. a ¶ Tumidis. ¶ Maria. b ¶ De ſtirpe Dauid.

ET egredietur virga de ra-

a ¶ Chriſtus virorum flos, corona angelorum, ſertum electorum. ¶ Manſuetus.

dice Ieſſe, & † flos de

a ¶ Ieſſe.

radice eius aſcendet. Et re-

a ¶ A conceptione perpetua. ¶ Chriſtum. b ¶ In quo eſt libertas, quia ſpiritus dominus eſt.

quieſcet ſuper eum ſpiritus

a ¶ Ipſe enim Dei virtus & Dei ſapientia eſt. ¶ Vnde: Omnia in ſapientia feciſti.

domini, ſpiritus ſapientiæ

## MORALITER.

a *Egredietur virga.* Caput iſtud literaliter exponitur de Chriſto. Moraliter autem poteſt exponi de bono ipſius vicario. ſ. de bono Papa in tota eccleſia, & epiſcopo bono in diœceſi ſua. & primò quantum ad eius creationem, cum dicitur: Egredietur vir. id eſt paſtor bonus, cuius eſt ferre uirgam paſtoralem.

Moraliter

b *De radi. Ieſſe,* id eſt incendij, nam ex inſpiratione ſpiritusſancti debet inſtitui.

c *Et flos &c.* i. puritas & decor ſanctitatis apparebit in operibus ſuis.

d *Et requieſcet ſuper eum &c.* Id eſt ſpiritusſancti ſeptiformis gratia.

b Non

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et replebit eum ſpiritus*. Spiritualiter propter paruulos qui
E timore indigent, quem foras mittit perfecta charitas. Qui
1.Ioh.4.d. enim timet, pęnam habet, & non eſt perfectus in charitate.
Pſal.33.c. vnde, Timorem domini docebo vos.
Act.10.e. b *Non ſecundum*. Non accipiet perſonam, quia non eſt perſonarum acceptor Deus, ſed in omni gēte quę timet Deum, acceptus eſt illi. vnde ait: Væ vobis ſcribæ & Phariſæi.

Mat.23.b. Ibid. 12.a. c *Arguet*. Phariſæos & reprehendentes Apoſtolos, quando in ſabbatho ambulantes per ſata: ſpicas vellentes manibus confricabant, & manducabant.

† timoris domini. Et ipſe bene ſpirantem faciet eum in timore domini.

d *Virga oris ſui*. Poteſt per virgam ſententiam iudicij intelligi. In principio enim prædicationis dixit: Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Et ſubiunxit: Omnis arbor quæ non facit fructus bo. era. & in ignē mittetur. (fructum)

e *Inter. im.* Si enim Michael interficiet (vt quidam dicunt) ipſe Deus tamen in Michaele hoc faciet.

Ioh.8.b. Pſal.84.b. Eph.6.c. Gen.49.d. Ioh.21.a. f *Fides*. Fideles bene operando adherebunt ei qui factus eſt ſapientia, iuſtitia & ſanctificatio, qui ait: Ego lux & vita. vnde: Veritas de terra orta eſt. Et alibi: State ergo accincti lumbos veſtros in veritate.

g *Lupus cum agno*. Paulus cum Petro. vnde: Beniamin lupus rapax. Et: Paſce oues meas. Habi. lup. cum agnus. Nota agnus & hædus habitant cum lupo & pardo, ſed lupus & pardus, agni & hædi imitātur innocentiam. ſcilicet Chriſtum. Iero. Habita. lu. Iudæi noſtri Iudaizantes contendunt, quòd in aduentu Chriſti quem expectant, in fine mūdi omnes beſtiæ manſueſcent. (An omnes beſtiæ in aduentu Meſſiæ manſueſcent.) Quos interrogamus: ſi omnia ad literam accipimus, quomodo rebus incorporeis
F (iuſtitia, ſcilicet & veritate) renes domini circuncidentur? & quid dignum ſit maieſtate domini, vt lupus & agnus paſcantur, & ſimilia. Si autem reſponderint hæc pro beatitudine futura, vt homines ſecuri fruantur bonis, audiant nihil bonum niſi virtutem eſſe, & nihil malum niſi vitium. Vnde: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolū declina à malo, & fac bonū.
Pſal.33.c. (Bonum & malum quo modo et quæ dicantur.)
Diuitię autem & ſanitas corporum, & omnium rerū abundantia his contraria, etiam apud philoſophos, nec bona dicuntur, nec mala. Vnde Stoici: qui in pleriſque noſtro concordant dogmati, nihil dicunt bonum, niſi ſolam honeſtatem & virtutem, nihil malum niſi turpitudinem. Vitulus & ouis, humiles & innocentes, carnē ſuam Deo mortificādo cōſecrantes. Hęc. n. animalia ſacrificijs ſunt deputata.
Act.11.a. Hanc diuerſorum morum coniunctionem in linteo quod Petro de cęlo quatuor initijs demiſſum eſt, ꝑ quæ quatuor mundi plagas

& intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcien-
a ¶Vnde: Non accepiſtis ſpiritum in timore, ſed ſpiritum adoptionis, in quo clamamus Abba pater.
tiæ & † pietatis, & replebit eum
a ¶Inſeſſecta initialis. b ¶Caſti permanentis.
ſpiritus timoris domini. Non ſecundum viſionem oculorum
a ¶Dicentibus: Magiſter ſcimus, quia verax es &c. Reſpondit: Quid me tentatis hypocritæ.
* iudicabit, neq; ſecundum auditum aurium arguet: ſed iudi-
a ¶Exteriorum.
a ¶Spiritu: quorum eſt regnum cęlorum.
cabit in iuſtitia pauperes, & arguet in æquitate † pro manſuetis terræ. Et percutiet terram
¶Apoſtolis. a ¶Corrigendo. ¶Doctrina euangelij. b ¶Terrena opera. ¶Terrenos.
a ¶LXX. verbo. b ¶Id eſt potentia ſui præcepti. ¶Solo verbo ſuo, id eſt præcepto.
virga oris ſui, † et ſpiritu labiorum ſuorum interficiet
a ¶Increpaſti gentes & perijt impius. ¶Antichriſtum ſecundum Apoſtolum.
impium. Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.
a ¶Percuſſo impio ¶Iuſti omnes. vnde: Illis omnibus vt veſtimento veſtieris.
a ¶Salus cum Anania & huiuſmodi.
Habitabit lupus cum agno,

† Pro manſuetis
† 2.Teſſa.

cens, & quis reus: & in hoc bene dicit: Sed ſecundum catholicos iſta ſcientia Dei exiſtens in Chriſto duplex eſt. Vna increata, quæ conuenit ei inquantum Deus. de qua dicitur. 1. Regum. 16.b. Homo videt ea quæ patent, Deus autem intuetur cor. Alia creata quæ competit ei inquantum homo, diuinitus tñ ei data. & iſta ſcientia ſe extēdit ad omnia quæ cognoſcit Deus ſcientia viſionis ſcilicet ad omnia quę ſunt, fuerunt vel erunt, ſecundum quamcunque differentiam temporis quantumcunque ſint occulta. Et ſic de vtraque ſcientia verificatur in Chriſto, quòd per ſcientiam Dei in eo latentem cognoſcit cordium occulta. Et ad idem refertur quod ſubditur: G

d Neque ſecun. au. id eſt non indigebit edoceri de veritate ab aliquo, quia per ſeipſum cognoſcet: & hoc impletum fuiſſe dicitur in Chriſto, Ioh. 2. d. Opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine: ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

e Sed iudi. ſcilicet euangelicos, iudicans eos diuitijs cœleſtibus dignos, Matth. 5. a. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.

f Et ar. Quod fuit impletum, quando Phariſæos arguit pro Apoſtolis, quos falſo notabant de tranſgreſſione ſabbathi, Matt. 12. a.

g Et perc. ter. i. homines terrenos.

h Vir. oris ſui. id eſt doctrina ſua arguendo eorum peccata.

i Et ſpi. la. ſu. inter. im. id eſt AntiChriſtum, ſecundum quod dicitur. 2. Teſſa. 2. b. Tunc reuelabitur ille iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui.

K Et erit iuſti. Hic conſequenter deſcribitur ſanctitas in Chriſti corpore myſtico, cùm dicitur: Et erit iuſti. cin. lum. eius.

l Et fi. Id eſt iuſti & fideles adhærebunt ſibi, ſicut cingulum & lumbare adhærent homini. Vnde tranſlatio Chaldaica hic habet: Et erunt iuſti circumcirca ei, & agentes fideliter appropinquantes ei. & hoc patet impletum in apoſtolis aliiſq; diſcipulis & fidelibus ſibi per fidem & charitatem adhærentibus. H

m Ha. lup. Ex hoc enim & ſequentibus dicunt Hebræi, quòd in aduentu Meſſiæ ſiue Chriſti, animalia quantumcunque ferocia ſic domeſticabuntur: quòd non nocebunt ad inuicem, nec etiam hominibus. Et ex hoc arguunt, quòd Ieſus Nazarenus non fuit Chriſtus in lege & prophetis promiſſus: quia iſta domeſticatio non eſt adimpleta temporibus eius. Sed Ra. Mo. iſtud dictum improbat, quantum ad domeſticationem animalium, dicens: Non aſcendat ſuper cor, quòd in diebus Meſſiæ deficiet aliquid de via huius ſeculi, vel innouetur aliquid de operibus ſex dierum: ſed ibit mundus iuxta ſolitam viam, & per conſequens animalia remanebunt in cōditionibus ſuis naturalibus. Et ſic ex dicto Ra. Moy. patet defectus argumenti. (Iudæorum argumentum contra Chriſtum, quod fuerit Meſſias.) Similiter patet ex textu, qui à principio huius capitis loquitur metaphoricè, cum dicitur: Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, &c. vbi dicunt Hebræi: Et botrus de radice eius aſcendet. & ſecundum eos Meſſias ibi nominatur virga & botrus metaphoricè. Similiter quod dicitur: Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. ſecundum Hebræos iuſti & fideles Meſſiæ adhærentes dicuntur metaphoricè, & eius cingulum & cinctorium, vt allegatum eſt ſupra per tranſlationem Chaldaicam: & eadem ratione quod immediatè ſequitur: Habi. lu. cum agn. eſt metaphorica locutio: per quam intelligitur pacifica conuerſatio & cohabitatio fidelium in primitiua eccleſia: ſecundum quod dicitur Act. 4. f. Multitudinis autem credentium erat cor vnum & anima vna, nec quiſquam eorum quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia. & ſic quantumcunque fuiſſent ante diſcordes in actibus & moribus, vel modo viuendi, recepta fide Chriſti & gratia ſpiritusſancti fiebant concordes in actibus, moribus, & modo viuendi. & hoc eſt quod dicitur: Hab. lu. Id eſt ille qui prius fuit raptor ſeuerus.

n Cum agno. id eſt cum innocente & manſueto. Poteſt etiam hoc exponi ſpecialiter de Paulo, qui fuit de tribu Beniamin, Philip. 3. a. Beniamin verò vocatur lupus. Geneſ. 49. d. Beniamin lupus rapax, & cæt. & Paulus poſt conuerſionem ſuam habitauit quietè cum Anania

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et intellectus. Et enumerantur hic ſeptem dona ſpiritusſancti, quorum ſufficientia ſic accipitur. Dona enim ſpiritusſancti perficiunt animam, ad hoc quòd ſit bene mobilis ſecundum inſtinctum ipſius Dei tanquam à quodam motiuo principio ſuperiori. ſecundum illud Roma. 8. c. Quicunque enim ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. & ideo dona ſunt in ratione & voluntate. Ratio verò ſpeculatiua eſt & practica, & in vtraque conſideratur apprehenſio veritatis quæ pertinet ad inuentionem & iudicium de veritate. Ad apprehenſionem igitur veritatis perficitur ſpeculatiua ratio per donum intellectus: practica vero per donum conſilij. Ad rectè verò iudicandum ſpeculatiua ratio perficitur per donum ſapientiæ, practica verò per donum ſcientiæ. Voluntas autem in his quæ ſunt ad alterum perficitur per donum pietatis. In his autem quæ ſunt ad ſeipſum perficitur per donum fortitudinis contra terrorem periculorum. Contra concupiſcentiam vero inordinatam delectabilium perficitur per donum timoris. ſecundum illud Pro. 16. a. In timore domini declinatur à malo, & ſic patet quòd dona ſe extendunt ad omnia ad quæ ſe extendunt virtutes intellectuales & morales. Iſta autem dona perfectiſſimè fuerunt in anima Chriſti, quæ fuit perfectiſſima in omnibus donis & chariſmatibus ſpiritusſancti. (Dona ſpiritusſancti)

b Non ſecundum uiſio. oculorum. ſcilicet corporalium. (Scientia dei in Chriſto & qualis)
c Iudicabit. Quod exponit Ra. Salo. dicens, quòd Meſſias iudicabit per ſcientiam Dei in eo exiſtentem, per quam cognoſcet quis ſit innocens,

## MORALITER.

* b Non ſecun. viſionem oculorum iudicabit, neque ſecun. au. id eſt ſine perſonarum acceptionem.
g Et per. ter. id eſt cupidos terrenorum.
h Virga oris ſui. i. ſententia ex ore ſuo procedente.
K Et erit iuſti. cin. lum. eius. i. iuſti & fideles adhærebunt ſibi, ſicut cingulum vel lumbare adhæret corpori.
m Ha. l. i. feritatem magnorū ſuis monitis & doctrinis reducet ad mānſuetudinē, ita ꝙ habitabunt pacificè cū ſimplicibus perſonis.

* Et puer



mundi plagas intelligamus: erant ibi quadrupedia, & ſerpentes, & beſtiæ, & volucres cœli, figurari non dubitamus,
A vt quod arca in diluuio, hoc pręſtet eccleſia in mundo.

(Hiſtoria ab hiſce ſimplices.) a *Leo quaſi bos pal.* Principes enim huius ſeculi, & ſimplices, alij hiſtoriæ ſuperficie ſunt contenti: triticum enim & medullam. i. interiorem ſenſum non intelligunt.

b *Infan.* Chriſtus, vel apoſtoli, malitia paruuli, ſenſu perfecti: qui dæmones eijciebāt de corporibus obſeſſis.

Regulus. c *Reguli.* Regulus rex omnium ſerpentium, qui flatu & viſu nō ſolum cætera, ſed & aues volantes necat, & diabolū ſignificat. Sancti ergo ablactati, qui ſcilicet iam ſolido cibo poſſunt vti, gaudent mittere manū prędicationis in cauernis aſpidis & reguli, vt diabolum eijciant, de obſeſſis corporibus ſcilicet.

† Vacca

d *Manum.* i. diuinam potentiam in comprehenſum exinde aſpidem vel regulum, ideſt diabolum tradet captiuum.

† lactens e *Quia repleta.* More ſuo in fine prophetalia verba panduntur, ne ad literam accipiantur.

Luc.2.e. f *Qui ſtat in ſignum.* vnde: Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionē multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. Lxx. Qui conſurget vt ſit princeps gentium, in ipſum gētes ſperabunt, & erit requies eius honor. i. mors eius glorioſa. Poſtquā de natiuitate eius & de cęteris ſacramētis dictum eſt, venit ad mortem quæ requies dicitur, quia in Chriſto vita perpetua idem ſignificat ſepulchrū.

a Reſi-

a ¶Superbus. ¶Qui non mutabunt varietatem.
b ¶Humili peccatore in eccleſia. ¶Qui immolatus in paſcha, non qui a ſiniſtris.
& pardus cū hædo accubabit. † Vitulus & leo & ouis ſimul morabuntur, & puer paruulus minabit eos.
a ¶Nobilis atq; ferox. ¶Prius ferociſſimus.
b ¶Innocens pauper. c ¶In eccleſia.
d ¶Petrus piſcator & Andreas & alij.
a ¶Ducet. ¶In viam pacis.
a ¶Innocens. b ¶Horrendus. c ¶Verbo Dei.
† Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul
a ¶Familiæ diſciplinæ domini coniunctæ, ipſis inter ſe coniunctis. b ¶Rex.
requieſcent catuli eorum, & leo
a ¶Ruſticus. b ¶Intellectum ſimplicem.
¶Non carnes.
quaſi bos comedet paleas. Et delectabitur † infans ab vbere, ſuper
a ¶Aliis ablactabitur.
b ¶Amotus à carnalibus deſiderijs.
a ¶Malorum corda. b ¶Diaboli. ¶Occulte ſapientis.
foramina aſpidis: & in † cauernam
a ¶Aperte ſerientis. b ¶Diaboli. ¶Traditionis.
reguli qui ablactatus fuerit, manū
a ¶Serpentes. ¶Diaboli.
ſuam mittet. Non nocebunt, &
a ¶Aliquem fidelem. ¶Eccleſia.
non occident, in vniuerſo monte
a ¶Per apoſtolos. b ¶In omnem terram exiuit.
ſancto meo: quia repleta eſt terra
a ¶Euangelij.
ſciētia domini, ſicut aquæ maris
a ¶Terram ſcilicet fluctibus. ¶Alias tes.
b ¶Scilicet prædicta fient.
opērientis. In die illa † radix Ieſſe
a ¶Erit. ¶De Iudæis credentibus.
b ¶Vt omnia trahat ad ſe. c ¶Cunctis.
qui ſtat in † ſignum populorū, ipſū
a ¶Poſt reſurrectionem & aſcenſionem. b ¶Tunc.
c ¶In quo (?) ¶Mors ſepulchri.
gētes † deprecabuntur: et erit † ſepulchrū ei⁹ glorioſum. Et erit in die il-
a ¶Honorabitur ab omnibus.
b ¶Cum ſteterit Ieſus in ſignum populorum.

t In die illa radix Ieſſe. Hic conſequenter deſcribitur ſublimitas Chriſti, ad quam peruenit inquantum homo per ſuam benedictam paſſionem, ſecundum quod dicitur Philip. 2. a. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, &c. Et deſcribitur primò eius exaltatio. ſecundò exaltationis diuulgatio, ibi: Et erit. Circa primum dicitur: In die illa radix Ieſſe. ideſt Chriſtus egrediens de radice Ieſſe, vt dictum eſt in principio huius capituli. Et ad hoc denotandum, vbi tranſlator ſecundum proprietatem grammaticæ debuit dicere, quæ, in fœminino genere, dixit, qui, in maſculino: quia Chriſtus naturam humanam accepit in ſexu perfecto. ideo ſubditur: C (Diuiſio.)

† iuſ.65.d.

u Qui ſtat in ſignum populorum. id eſt in ſignum ſalutis gentium: & hoc fuit in ſua paſſione impletum, quando fuit eleuatus in cruce: propter quod dixit Saluator, Iohan. 3. b. Sicut exaltauit Moyſes ſerpentem in eremo in ligno, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. De exaltatione autem ſerpentis à Moyſe dicitur, Nume. 21. b. Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno, & qui percuſſus aſpexerit eum, viuet. Qui ſerpens æneus fuit figura Chriſti paſſuri, quoniam ſicut per aſpectum illius ſerpentis ſaluabantur homines à morſibus ſerpentum, ſic qui fide intuetur mortem Chriſti, ſanantur à morſibus peccatorum, ſicut dictum fuit plenius Nume. 21. & Iohan. 3.

† cauernis

x Ipſum gen. deprecabuntur. Quia poſt Chriſti reſurrectionem & aſcenſionem Gentiles conuerſi ad fidem per prædicationem apoſtolorum deprecati ſunt ipſum deuotè. † Rom.15.c.

y Et erit ſepulchrum eius glorioſum. Tum quia licèt mors Chriſti fuerit contemptibilis, ſepultura tamen eius fuit honorabilis, quia in ſepulchro nouo lapideo & cum linteaminibus & aromatibus pretioſis, vt habetur Iohan. 19. g. Tum quia fideles per orbem exiſtentes, etiam magni & nobiles vadunt ad eius ſepulchrum venerandum. D

† requies eius in gloria

## NIC. DE LYRA.

(† vexillum) B a Anania ſimplice & innocente. Quia. n. homines nominentur nominibus animalium patet Gen. 49. vbi Iudas vocatur leo, Dan coluber, & Beniamin lupus. Hoc etiam patet ex communi modo loquendi hominum: quo raptor vocatur lupus, iracundus canis, & mitis agnus, & ſic de alijs ſecundum diuerſas conditiones. († quærent)

a Pardus. i. habens maculas diuerſas ex diuerſis erroribus.
b Cum hædo. ideſt cum ſimplici fideli.
c Accubabit. i. commorabitur pacificè poſt ſuam conuerſionem ad fidem Chriſti: & ſic intelligitur de ſequentibus, cum dicitur:
d Vitulus. i. homo prius petulans & diſſolutus.
e Et leo. ideſt prius ſuperbus.
f Et ouis. ideſt innocens.
g Et puer paruulus. i. Chriſtus, qui ſuprà 9. cap. vocatur paruulus, ducet eos ad voluntatem ſuam, quòd adimpletum eſt in illis qui obediunt ei per fidem.
h Vitulus. ideſt petulans, vt dictum eſt.
i Et vrſus. i. ille qui prius fuit guloſus, & poſt fidem ſobrius.
K Paſcentur. vniformiter viuendo, quia ſicut dictum eſt, in primitiua eccleſia omnia erant illis communia.
l Simul requieſcent catuli eorum. i. filij & familiæ ipſorum.
m Et leo quaſi bos &c. i. ſuperbus & delicatus, cum ruſticano fideli, victu ſimplici erit contentus. Quod impletum fuit in primitiua eccleſia, vt dictum eſt, & quotidie impletur in religionibus, vbi nobiles & ignobiles, literati & illiterati victu ſimplici vniformiter ſunt contenti.
n Et delectabitur &c. i. de nouo renatus per baptiſmum.
o Super foramina aſpidis. i. ſuper perſonas à dæmonibus obſeſſas, inde dæmones eijciendo, ſecundum quod dicitur Mar. vlt. d. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent, &c.
p Et in cauernam reguli. Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ per alia verba. quia dæmon qui prius vocabatur aſpis, hic iam vocatur regulus, qui eſt ſerpens venenoſus.
q Non nocebunt & non occi. i. in eccleſia quæ dicitur mons ſanctus, vt dictum eſt ſuprà ſecundo cap. In primitiua enim eccleſia credentibus dabatur poteſtas ſuper dæmonia, ſicut dictum eſt. Et quia iſta procedebant ex receptione fidei ad prædicationem apoſtolorum per orbem, ideo ſubditur:
r Quia repleta eſt terra &c. i. euangelio Chriſti.
s Sicut aquæ maris operientis. Quia tempore apoſtolorum fuit publicata fides catholica per orbem vniuerſum, ſicut declaratum fuit Pſal. 18. ſuper illud: In omnem terram exiuit ſonus eorum, &c.

t In

z Et erit in die illa. Hic conſequenter deſcribitur exaltationis diuulgatio, quæ facta eſt per prædicationem apoſtolorum, aliorumq; Chriſti diſcipulorum per orbem, cum dicitur:

a Adijciet

## MORALITER.

* g *Et puer paruulus minabit eos.* i. ipſemet bonus paſtor, qui puer eſt per innocentiam, & paruulus per humilitatem.
m *Et leo quaſi bos.* ideſt potentiſſimus cibis ſimplicibus erit contentus. hoc potiſſimè fuit in eccleſia primitiua, in qua omnia erāt communia. Hoc etiam eſt in religione, in qua nobiles genere contenti ſunt cibis illorum, qui ſunt de humili plebe.
n *Et delectabitur in.* i. prælatus bonus vel doctor vel confeſſor, qui dicitur infans per innocentiam, magis delectabitur extrahendo impios à malitijs ſuis, quem ſugendo lac diuinæ contemplationis, cuius dulcedo aliquando eſt interrumpenda propter neceſſitatem fratris.
q *Non nocebunt &c.* ſ. impij ad bonum conuerſi.
t *In die illa radix Ieſſe.* i. bonus prælatus vel doctor vel confeſſor.
u *Qui ſtat in ſignum po.* ad congregandum eos charitate, & animandum eos verbo & exemplo, ad pugnandum contra vitia, ſicut vexillum erectum congregat & animat bellatores.
x *Ipſum gentes depreca.* vt pro ipſis dominum deprecetur.
y *Et erit ſe. eius glo.* i. mors eius erit corā Deo pretioſa. Pſal. 115. b. Pretioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Poteſt autem hoc ſpecialiter exponi de epiſcopis & doctoribus canonizatis, ad quorum ſepulchra deuotè vadunt fideles orandi cauſa.
z *Et erit.* Hic ponitur reuocatio electorum ab Antichriſto deceptorum, per prædicationem Enoch & Eliæ & ſuorum diſcipulorum, cum dicitur: Et erit in die illa, adijciet dominus ſecundo manum ſuam. Prima nanque vocatio fuit per prædicationem Chriſti & apoſtolorum eius & diſcipulorum eius. ideo dicitur hic ſecundò.



* Quòd

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Reſiduum.* Apoſtolus: Reliquiæ ſaluæ fient. Tradunt.n.hiſtoriæ, q apoſtoli toto orbe diſſuſi prædicauerunt euangelium: & quidam Perſas Indosq; penetrauerunt, vt Aethiopia manum daret Deo. Rom.9.f

b *Signum.* crucis, in qua eſt victoria, vt ſciant omnes in quo diabolus ſit victus.

c *A quatuor pla.* Hoc in pentecoſten vſ impletū. Vnde: Erāt in Ieruſalem Iudæi viri religioſi ex oībus nationibus. Ex his crediderunt vna die tria milia, alia die quinq;. Quatuor plagas mundi, orientē, occidentē, meridiē, & ſeptētrionem ſignificat, vt totius mundi vocatio demonſtretur. Act.2.a

d *Et auferetur zel. &c.* Qñ Iſaias hoc prædicebat, inter duas & decem tribus diſcordia inexorabilis erat, credentes autem pacificati ſunt in fide Chriſti & vnitate charitatis.

e *Et volabunt.* apoſtoli, de quibus: Qui ſunt iſti, qui vt nubes volāt. Sæpe.n. nauigio inſulas adierunt, inter quas & Philiſthinorū, quibus verbū vitæ annūtiauerūt, & fidei ſubiugauerūt. Quod Pauli exēplo conijcimus, qui nauigabat ad multas inſulas, & vt ipſe ſcribit, ad Hiſpanos. Infrà.60.b Act.8.g Rom.15.e

f *Præceptum manus eorum.* qđ pcipiunt operanſ, & verbo docent & exēplo.

g *Linguam maris.* quę idola laudabat. Mare.i.populus Aegypti, q ſuper oēs idola colit, vt Deū laudet & timeat, & idola condemnet & abijciat.

h *Et leuabit.* vt Idumęa & Moab & filij Ammon tradent manus apoſtolis, ſic & Aegyptij.

i *Et percutiet.* i. minuet pro vno ſeptē principes ponendo. Vnum regē habebat Lybia, & aliū Pentapolis, aliū Thebaidis, alium Alexandria, alium Aegyptus. Et percutiet &c. Cū hæc Iſaias prædiceret, nondum Nilus diuiſus erat, quē poſtea Alexander in ſeptem riuos diuiſit. Regnante autē Octauiano Auguſto, & Chriſto nato, cum primū facta eſt deſcriptio, regnum Aegypti in morte Cleopatrę deſtructū eſt, & diuiſum eſt in ſeptē principes. Nilus quoq; qui antequā ab Alexandro diuideretur, immeabilis erat, cum Romani riuos ampliaſſent, penè exiccatus per imas valles ſerpebat, vt ſiccis pedibus tranſirent. F

K *Vt tranſeant &c.* Sub metaphora Nilus diuiſus, & in partes cæſus dicitur, vt apoſtoli calceati.i.ſecurè & ſine impedimento prædicātes liberè poſſent diſcurrere ad vltimas partes Aegypti, Romanorū virtute pacati. Ante natiuitatem domini non licebat de gente in gentem traſire, quod poſt paſſionem eius licuit, domino euangelio viam præparante.

Marginal notes: Ioel.2.a • eis; † oram; † populi

Interlinear: a ¶Qui primum per ſe, ſecundo per apoſtolos vel in prædicatione Eliæ & Enoch, quando reliquiæ Iſrael ſaluæ fient. b ¶Primo enim apoſtolos cum paucis poſſedit, poſtea multa milia Iudæorum.

la, adijciet dominus ſecundò manum ſuam ad poſſidendum reſiduum populi ſui, qđ relinquetur ab Aſſyrijs & ab Ægypto & à Phetros & ab Æthiopia, & ab Elam & à Sennaar, & ab Emath, & ab inſulis maris. Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael. Et diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ, & auferetur zelus Ephraim, & hoſtes Iuda peribunt: Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim. Et volabunt in humeros Philiſthijm per mare, ſimul prædabuntur filios orientis Idumęa & Moab † preceptū manus eorum: & filij Ammon obedientes * erunt. Et deſolabit dominus † linguā maris Ægypti: & leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine † ſpiritus ſui, & percutiet eum in ſeptem riuis, ita vt tranſeāt

Interlinear: ¶Qui ſuperſunt tantis cladibus. ¶Iſrael. ¶Non occiſum. ¶Nominat terrarum & ciuitatum. ¶Ne tantum vid. eatur orientales ſignificare. ¶Occidentalis. ¶Per apoſtolos. ¶Gentes. ¶Primo vnde: Vobis oportet primum prędicare verbum Dei. ¶Diſperſos de decē tribubus. ¶De Iuda & Beniamin. ¶Odium. ¶Ceſſerint deſiderio prędicandi. ¶Diabolo auferent. ¶Orientales. ¶Per iſtas gentes, homines intelligimus. ¶Qui ante inimici. ¶Latitudo gentis Arabiæ quæ ante ſeruiua idololatriæ. ¶Implebunt. ¶Hoc mare magnum & ſpatioſum &c. ¶Regnum Aegypti. ¶Romanos ſubdeundo.

f Et leuabit ſig.&c. i. *virtutem crucis faciet prædicari per apoſtolos aliosq; diſcipulos, quam prædicationem etiam ſignis confirmabit. Quod iam eſt impletum, vt dictum eſt.* G

g Et congre.profu.&c.i.*illos qui fuerant prius fidem profeſſi, & poſtea facti profugi à cultu Dei, & diſperſi per varios errores, colliget in vnitate fidei catholicæ.*

h A quatuor plagis ter. i. *ex omni parte terræ.*

i Et auferetur zelus Ephra. *per hoc intelligitur mutua concordia & amicitia Chriſtianorum, maximè in primitiua eccleſia, vt dictum eſt ſuprà.*

K Et volabunt in hu. Phili. per mare. *Poſt reſurrectionem enim Chriſti & aſcenſionem Philippus prædicauit in ciuitatibus Philiſthinorum, vt habetur Act.8.g. vbi dicitur: Philippus autem inuentus eſt in Azoto, quę eſt ciuitas Philiſthinorum, & pertranſiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, &c. Terra autem Philiſthinorum eſt ſupra mare mediterraneum, & ſunt ibi portus & naues, in quibus aliqui de apoſtolis & diſcipulis Chriſti fuerunt deportati ad prædicandum in alijs terris, vt patet de Paulo & Barnaba, & pluribus alijs. Et hoc eſt quod dicitur hic: Et volabunt in humeros Phili. per mare.i.expeditè nauigabunt in eorum nauibus. Quæ dicuntur hic humeri metaphoricè, eò quod ſuper humeros portantur onera ſicut & ſuper naues. Præſens enim caput vbiq; loquitur metaphoricè.*

l Simul prædabuntur. *quia aliqui eorum nauigauerunt verſus orientem, & prædicantes ibi fidem rapuerunt inde prædam, conuertentes aliquos ad fidem, qui prius erant in poſſeſſione diaboli.*

m Idumæa & Moab &c. *quia in iſtis terris ad prędicationem apoſtolorum aliqui crediderunt ad obedientiam fidei venientes.*

n Et deſolabit domi.i. *Nilum, qui ingreditur mare mediterraneum tranſiens per Aegyptum. ideo ſubditur quaſi expoſitiuè.* H † erunt in miſſio

o Et leuabit manum ſuam ſuper flu. *Et accipitur hic & pro idest, ita quod illud qđ prius dictum eſt deſolatio linguæ maris, dicitur hic percuſſio fluminis.*

p In fortitudine ſpiritu ſui. *quia dedit virtutem hoc faciendi quod ſubditur:*

q Et percutiet eum in ſeptem riuis. *Alexander enim magnus per magnum tempus poſt Iſaiam, & per aliquod tēpus ante Chriſti aduentum, vt facilius cum exercitu ſuo accederet ad Alexandriam & ad aliquas alias ciuitates Aegypti, fecit diuidi Nilum in ſeptem portiones intra mare mediterraneum ſeparatim cadentes.*

r Et vt tranſeant per eum calceati. *idest vt per ipſum poſſint homines tranſire faciliter. Et iſtud fuit prænoſticum, quod prædicatores euangelij tranſirent faciliter per orbem remotis impedimentis virtute diuina. Quod patet ex hoc, quòd adhuc viuente beato Petro fides catholica diuulgata eſt verſus occidentem vſque ad mare oceanum. Quod patet ex hoc quod miſſi à beato Petro ad prædicandum, fundauerunt eccleſiam Senonis, quæ tunc erat metropolis Franciæ in honorem beati Petri viui. Cum igitur apoſtoli aliiq; diſcipuli exiuerunt de Ieruſalem ad prædicandum per orbem, quæ eſt in quarto climate, & ſic in medio* terræ

## NICOLAVS DE LYRA.

a Adijciet domi.ſe. *quia primò prædicauerat per ſeipſum. & ſecundò prædicauit per apoſtolos ſuos aliosq; diſcipulos.*

b Manum ſuam.i. *virtutem ſuam, prædicationem ſuam confirmando miraculis, ſecundum quod dicitur Mar.vlt.d. Illi autem profecti prędicauerunt vbiq; domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

c Ad poſſidendum. *per fidem & charitatem.*

d Reſiduum populi ſui.i. *electos qui ſunt pauci reſpectu aliorum.*

e Relinquetur ab Aſſyrijs & ab Aegypto &c. *Nomina ſunt diuerſarum terrarum & locorum, ex quibus per prædicationem apoſtolorum aliqui ſunt vocati ad fidem Chriſti, & per iſta intelliguntur alia loca, quæ non exprimuntur, ad quæ peruenit prædicatio eorum. Hebræi verò exponunt hoc de ſua congregatione in Iudæa tempore Meſſiæ, quem expectant. Sed huic expoſitioni quæ falsò innititur fundamento, cum aduentus Chriſti tranſierit in præteritum repugnat etiam textus. Primò per hoc quod dicitur hic hic: Adijciet dominus ſecundò &c. quia primò Iudæi fuerunt adducti in Iudæam de Aegypto. & ſecundò de Babylone. Si autem reducerentur iterum ab hac diſperſione in qua ſunt, diceretur: Adijciet tertiò. Secundò quia iſta diſperſio in qua ſunt, facta fuit per Romanos, qui tamen non numerantur hic inter populos, cum dicitur: Ab Aſſyrijs & Aegypto, principaliter enim tunc nominarentur Romani.*

f Et

## MORALITER.

* e *Quod relinquetur ab Aſſyrijs & ab Aegypto &c.* i. ab omnibus partibus, in quibus erunt aliqui Antichriſto conſentanei.

i *Et auferetur zelus Ephraim &c.* quia tunc omnes credentes ad eorum prædicationem erunt vnanimes.

k *Et volabunt in humeros Philiſthijm.* Per humeros qui ſupponuntur oneribus naues ſignificantur, in quibus onera magna portantur. Eſt ergo ſenſus, quòd diſcipuli Enoch & Eliæ in nauibus Philiſthijm ibunt ad partes longinquas, vt reducant deceptos ab Antichriſto & diſcipulis eius.

n *Et deſolabit domi.linguam maris Aegypti.* Per mare Aegypti, quę interpretatur tenebra, ſignificatur Antichriſtus & diſcipuli eius, qui erunt amari & tenebroſi erroribus: lingua verò ipſorum deſolabitur, quando falſitas ipſorum detegetur.

o *Et leuabit manum ſuā ſuper flu.* i. ſuper Antichriſti perſecutionē.

q *Et percutiet eum in ſep.ri.* i. totaliter auferet eam. nam vniuerſitas ſeptenario numero deſignatur, eò quod reuolutione ſeptem dierum comprehenditur omne tempus.

* a Et



A terrę habitabilis: *ſicut tunc viuente Petro diuulgata eſt fides catholica verſus occidentem vſq; ad oceanum, qui eſt terminus terræ habitabilis: ita tenendum eſt eam fuiſſe ſimiliter diuulgatam ad alias partes orbis. Et propter velocitatem huius diuulgationis ſubditur:*

a Et erit via &c. i. *electis meis ad fidem vocandis.*

b Qui relinquetur ab Aſſyrijs. i. *à dæmonibus eam prius poſſidentibus.*

c Sicut fuit Iſrael &c. i. *ſicut diuina virtute remota fuerunt impedimenta exitus Iſrael de Aegypto, ſic diuina virtute remouebuntur ab electis exeundo de ignorantia & errorū tenebris, quod impletū eſt in prædicatione apoſtolorū aliorumq; Chriſti diſcipulorū, vt viſum eſt. Aliter exponiſ ab illo loco: Et deſolabitur &c. ita q per linguam maris Aegypti intelligatur ipſa Aegyptus, quæ eſt prope mare, & ſic lingit ipſum. Per flumen poteſtas regia, quæ fuit fortis & magna: propter qđ Cæſar Aug. ſub quo natus fuit Chriſtus, diuiſit eā in ſeptem principatus: & ſic fuit multū diminuta ne poſſent rebellare. Et talis ſubiugatio huius regni & aliorum imperio Romano, fuit quædam diſpoſitio ad hoc, quod prædicatio euangelij fieret liberè per orbem. Vnde dicit Leo papa in ſermone de apoſtolis Petro & Paulo: Diſpoſitioni diuini operis maximè congruebat, vt multa regna vno confœderarentur imperio, vt citò peruios haberet apoſtolos prædicatio generalis, quos vnius tenebat regimen ciuitatis. ideo ſubditur: Et erit via &c. & exponatur vt ſuprà. Et hoc maximè fuit impletum tempore Conſtantini, qui voluit per orbem eccleſias licitè fabricari, & fidem Chriſti prędicari.* † eius C

Interlinear: ¶Apoſtoli. ¶Non fugienti. ¶Prædicatoribus. ¶Deſpicietur à ſuperbis. ¶Sine impedimento. ¶Percuſſa lingua, areſacto flumine. ¶Per mare rubrum.

per eum calceati. Et erit via reſiduo populo † meo, qui relinquetur ab Aſſyrijs, ſicut fuit Iſrael in die illa, qua aſcendit de terra Ægypti.

## MORALITER.

* a *Et erit via.* idest electis ab Antichriſto deceptis erit via libera redeundi ad Chriſtum per pœnitentiam ueram.

*In cap.11. vbi dicitur in poſtilla. Et egredietur &c.*

### ADDITIO I.

Licèt materia huius cap. q eſt de myſterio Chriſti, ſecundum oēs expoſitores, multū diſtat tpe & rōne à materia immediatè pcedēti, in qua agiſ de interitu Sennacherib & ſuorū, cōtinuaſ tñ in litera per interpoſitionē huius cōiunctionis copulatiuę, &, cū dſ: Et egredieſ. Nō.n.dixit ſolū: Egredietur virga: ſed cū additione, &, dicens: Et egredietur. vnde huius copulatiuę ſuperadditę aliqualis rō eſt qrenda, q vſ talis eſſe. Nā in præcedenti cap. propheta prænoſticabat populo liberationē à Sēnacherib & exercitu ſuo, p quā habituri erāt pacē tpalē & tranquillitatē, q licèt eſſe valde grata & miraculoſa, nō tñ erat tā excellēs nec fructuoſa, ſicut liberatio fienda p Chriſtū, in qua pax perpetua & ſpiritualis dāda erat: & ideo propheta poſtquā deſcripſit primā liberationē, adiungit ſecundā q.d. Hæc liberatio à Sennacherib licèt magna, ad modicū tamen reputatur reſpectu alterius liberationis p Chriſtū fiēdæ, de qua dſ: Et egre.&c. eo modo quo Chriſtus dixit diſcipulis & apoſtolis, Luc.10.c. Ecce dedi vobis poteſtatem &c. ſed in hoc nolite gaude. &c. ideo gratiarum actionem in ſeq.cap. ſubdit pro hoc vltimo beneficio.

*In eo.cap. vbi dſ in poſt. Et enumerantur hic vij. dona ſpiritusſancti.*

### ADDITIO II.

B Sufficientia donorū ſancti ſpiritus quā poſt. hic ponit, eſt vera & propria. Et ponitur ſub eiſdē verbis in pri.2.q.68.art.4. ſecundum quā huiuſmodi dona ſe extendunt ad oīa ad q ſe extendunt virtutes intellectuales & morales, prout dſ in poſt. Sed ſtatim animum pulſat qdā inquiſitiua qſtio.ſ.talis: Cur non ponuntur aliqua dona pertinentia ad Theologicas virtutes, cū virtutes Theologicæ maximè ordinant nos ad Deū? Ad qđ dicendū ſecundū Tho. ibid. qđ virtutes Theologicę pſupponuntur ad dona ſicut radices quædam donorū. Nō.n. mouetur animus à ſpirituſancto, niſi ei ſecundū aliquē modū vniaſ, ſicut inſtrumentū nō mouetur ab artifice, niſi per cōtactū, vel aliquā aliā vnionē. Prima aūt vnio ad Deū eſt per fidē, ſpem, & charitatē, vnde oīa dona pertineſ ad has tres virtutes tanq̄ ab eis deriuata. Conſequenter circa hoc qđ dicit poſtil. qđ iſta dona perfectiſſimè fuerūt in aīa Chriſti &c. Vſ qrēdū, qđ licèt hoc ſit veriſſimū, qūo tñ hoc poſſet oſtēdi p literā, cū de quolibet viatore in gr̄a exiſtēte verificaſ, qđ requieſcit ſup eū ſpūs dñi, ſapię & intelle.&c. Ad qđ vſ dicendū, qđ plenitudo horū donorū in Chriſto ex hoc cōſideraſ, qđ ab ipſo gr̄a ſpūſſancti deriuaſ in mēbris ſuis.ſ. in corpore ſuo myſtico. vnde cū Ioh. dixiſſet de eo: Plenū gr̄ę & veritatis, ſubiūxit: Et de plenitudine eius oēs accepimus. Ioh.1. Quā qdē plenitudinē propheta oſtēdit. j. cū dixit: Erit iuſtitia cingulū lūborū eius, &c. Qđ exponiſ de iuſtis & fidelibus adhęrētibus Chriſto, ſicut cingulū & lūbare adhærēt hoī. Ex qua metaphora ſatis patet, qđ oēs iuſti, ſeu fideles habēt virtutē fidei & iuſtitię, & alia hmōi ex adhęrētia ad ipm. Ex quo patet intentū.ſ. qđ iſta hēt Chriſtus plenariè, vt ab ipſo in alijs deriuenſ. Cōſequēter vſ qrendū, quare ſex dona hic primò enumerata ponunſ vniatim. Nō.n. dicit ſpūs ſapiæ & ſpūs intellectus, ſed ſpiritus ſapientię & intellectus. Siſr non dicit ſpūs cōſilij & ſpūs fortitudinis, ſed ſpūs cōſilij & fortitudinis, & ſic de alijs duobus. Ad qđ dicendū, qđ in cōbinatione innuitur connexio donorū adinuicē, eo modo quo virtutes cardinales vno modo probanſ cōnexę, ex hoc qđ vna earū quodāmodo p aliā pficiſ. vnde Greg. in 1.mor. de hmōi donis ſpūſſancti loquens dicit: Minor eſt ſapiā ſi intellectu careat, & valde inutilis eſt intellectus ſi ſapiētia nō ſubſiſtit. Vile eſt cōſiliū, cui opus fortitudinis deeſt, & valde fortitudo deſtruitur, niſi per cōſiliū fulciatur. Nulla ēt eſt ſcientia ſi vtilitatem pietatis non habeat, & valde inutilis eſt pietas, ſi ſcientia diſcretionis caret. Timor quoq; ipſe ſi non has virtutes habuerit, ad nullum opus bonæ actionis ſurgit. hæc ille. Quæſtio. Quæſtio. Quæſtio. D

*In eo.cap. vbi dicitur in poſtil. Et auferetur zelus Ephraim.*

### ADDITIO III.

Exemplificat propheta mutuam concordiam ſeu amicitiā Chriſtianorum adinuicem per hoc q dicit: Auferetur zelus Ephraim, q a ſecundum glo. quando Iſaias hoc prædicebat, inter duas & decem tribus diſcordia inexorabilis erat, credentes autem pacifici ſunt in Chriſti fide & vnitate charitatis, prout patuit in primitiua eccleſia, qñ multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, Act.4.f.

## GLO. ORD. CAP. XII.

a *Et di.&c. Confi.* Sicut tranſito mari rubro dixerunt: Cantemus domi.&c. Sic regno mundi deſtructo dicit eccleſia: Confitebor &c. Exo.15.a

b *De fon.* vnde: Benedicite domino de fontibus Iſrael. De fon. Ne videretur alter eſſe, quam qui ſuprà nominauit Emmanuel: Spolia detrahe, ab eo quē Gabriel Virgini pnuntiās Ieſū vocauit ſic: Et vocabis nomen eius Ieſū. Ideo Saluatorē quoq; appellat, vt propheta Supra.8.a Luc.1.d

f Ecce Deus ſal.meus. *viſibiliter apparens in carne aſſumpta.*

g Fidu.agam & non ti. *amplius retardari à vita beata, quæ per Chriſtum fuit aperta. Sic.n. confitebatur primitiua eccleſia ſub apoſtolis in Ieruſalem congregata, quæ pro maiori parte erat de gente Iudæorum, vt patet in Actibus apoſtolorum.*

## NIC. DE LY. CAP. XII.

Et di. *Deſcripto Chriſti myſterio, hic conſequenter deſcribitur gratiarum actio pro tanto beneficio, cum dicitur:*

a Et di. in die il.i. *tempore gratia Chriſti reuelatæ, quod tempus vocatur dies, Ro.13.d. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.* Roma.13.d

b Confite.tibi do. *confeſſione laudis & gratiarum actionis.*

c Quo.ira.es mi. *Propter peccata mea, me puniendo in captiuitate Babylonica, & in perſecutione Antichriſti illuſtris, & pluribus temporibus alijs.*

d Conuer.eſt fu.tuus. *in manſuetudinem.*

e Et conſolatus es me. *per tuā benedictā incarnationē, ideo ſubditur:*

f Ecce

## CAP. XII.

Interlinear: ¶Laudabo. ¶Iuſtè. ¶Qui merui. ¶Sed. ¶In miſericordiam. ¶Scilicet redimendo. ¶Iam verbum caro factum eſt. ¶Ieſus qui ſaluum fa. po. à pec. eorum. ¶Non timebo quid faciat mihi homo. ¶Quia non confidam in idolis, nec timebo non timenda, ſcilicet diabolum. ¶Non idola. ¶Incarnatus. ¶O fideles. ¶Doctrinæ. ¶Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. ¶Euangelio. ¶Non de flumine Aegypti quod percuſſum eſt.

Et dices in die illa: Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me. Ecce † Deus ſaluator meus: † fiducialiter agam, & non timebo. † Quia fortitudo mea & laus mea dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus

† dominus

b Quia forti.mea.i. *dans mihi fortitudinem in aduerſis.*

i Et laus mea domi. *Quia virtute diuina in primitiua eccleſia fideles non ſolum patienter ſuſtinebant tormenta, ſed gaudenter & cum laudibus diuinis.*

K Et fa.eſt mi. *quia immediatè tranſibant ad vitam cæleſtem, quod non fiebat ſanctis veteris teſtamenti.*

l Hau.aquas. i. *vos catholici haurietis dona ſpiritusſancti de ſacramentis nouæ legis, in quibus confertur gratia, quod non fiebat in ſacramentis veteris legis.*

a Et † cōfidam

## MORALITER.

* b *Confi.* Hic cōſequenter ponitur gratiarum actio eccleſiæ à perſecutione Antichriſti liberatę, cum dicitur: Confi.ti. flagellādo per Antichriſtum pro culpis meis. Pſal.117.b

e *Et con.es me.* in beneficio liberationis & gr̄æ tuę donis. iō ſequiſ.

l *Hau.aquas.* ſcilicet gratię & glorię.

m *De fon.ſal.* i. de plenitudine ſuæ pietatis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

phetia cum euangelio conueniat. Hic liberis allegoriç ſpatijs in Iſaia euagatur, & interpretatis nominibus ingenii ſuum facit eccleſiæ ſacramentum. Euſebius Pamphili hiſtoricam expoſitionem promittens, oblitus propoſiti in Origenis mortem excidit.

## NIC. DE LY.

a Et dicetis, *exhortando vos mutuò ad laudem diuinam.*
b Confitemini do. *eius beneficia recognoſcendo.*
c Et inuocate no. eius. *ipſū deuotè laudādo.*
d Notas facite in populis. *i. in omnibus gentibus per prædicationem euangelicę veritatis.*
e Adinuentiones eius, *i. modos mirabiles humanæ ſalutis, quos adinuenit diuina ſapientia in filij Dei incarnatione, prædicatione, paſſione, reſurrectione, & aſcenſione.*
f Mementote quo, *vnde Philip. 2. b. Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.*
g Cantate do. *ponendo naturam humanam in Chriſto ad patris dexteram.*
h Annuntiate hoc. *Quod impletum eſt per prædicationem apoſtolorum aliorumq́; Chriſti diſcipulorum per orbem vniuerſum.*
i Exultate. *in corde.*
K Et lauda. *in ore.*
l Habitatio Sion. *i. eccleſia, quæ vocatur Sion, Heb. 12. f. Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis cæleſtem Ieruſalem &c.*
m Quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael. *i. Chriſtus ſanctificans fidelē populū, noīe Iſrael appellatū, vt frequēter ſuprà dictū eſt. Pōt ēt hæc litera referri ad montē Sion, in quo erat tēplum, vbi legitur Chriſtus frequenter prædicaſſe et miracula feciſſe. Ibi ēt apoſtolis ſuā reſurrectionē manifeſtauit, et ſuper eos ſpiritumſanctū in ſigno viſibili miſit, vt dicit Hier. in epiſtola ad Paulinū, de omnibus ſacræ ſcripturæ libris.*

† ſalutis † habitatrix † 1. Pa. † opera

a ¶Ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à pec. eo. b ¶Vos reliquię Iſrael, conuerſis gentibus.
† ſaluatoris, & dicetis in die illa: † Cō- a b
a ¶Relictis idolis, cum laudando, vos accuſando. b ¶Vt Ieſus ſaluet vos.
fitemini domino, & inuocate nomē c
a ¶Solus cui cantandum eſt. b ¶Prædicate. c ¶Infidelibus.
eius. Notas facite in populis † adinuen d e
a ¶Mandatum nouum do vobis vt dil. inuicem.
tiones eius: memētote, quoniam ex- f
a ¶Excelſus dominus, & humilia reſpicit. b ¶Solus cui cantandum eſt.
celſum eſt nomen eius. Cantate do- g
a ¶Mortem morte vicit, carnem in cœlo vexit, & huiuſmodi.
mino, quoniā magnificè fecit, annun- h
a ¶O apoſtoli. b ¶Magnalia eius. c ¶In omnem terram exiuit ſonus eorum. d ¶Vbi miſericordia eius. e ¶Ergo tibi. ¶Aliis.
tiare hoc in vniuerſa terra. Exulta & i k
a ¶Deum tuum. b ¶Dei tui. c ¶Ideſt primitiua, vel eccleſia de gentibus, eccleſia catholica.
lauda † habitatio Sion, quia magnus l m
a ¶Olim tamen notus in Iudæa. b ¶Qui ſanctificat Iſrael.
in medio tui ſanctus Iſrael.

## MORALITER.

a *Et dicetis*, inducendo vos mutuò ad confeſſionem diuinæ laudis.
d *Notas facite &c.* i. varios modos ſaluandi electos.
h *Annun. hoc in vniuer. ter.* i. nō ſolū in terra morientiū, ſed ēt in terra viuentiū, in qua ſancti Deo de ſuis beneficijs regratiantur. ideo ſubditur.
i *Exulta & lau. &c.* i. habitatores cęli.
m *Quia ma. &c.* i. ſanctificans Iſrael.

*In cap. 12. vbi dicitur in poſtil. Haurietis aquas de fontibus ſaluatoris.*

## ADDITIO.

¶ Hoc quod dicitur: Haurietis aquas cum gaudio de fontibus ſaluatoris, poſſet exponi magis propriè ad literam de aqua baptiſmi, qui eſt ianua ſacramentorum, in qua gratia ſalutaris confertur, & dona ſpiritusſancti dantur.

## REPLICA.

IN cap. 12. vbi poſtil. exponit illum paſſum: Haurietis aquas de fontibus ſaluatoris, de gratia ſpiritusſancti & donis quæ in euangelio dicuntur aquæ viuæ, quæ hauriuntur de fontibus. i. ſacramentis, quæ fontes ſaluatoris hic dicuntur. Burgen. dicit quod magis propria eſt expoſitio de aqua baptiſmi, quæ eſt ianua ſacramentorum. Sed expoſitio Burg. quam dicit magis propriam, poſſumus dicere magis extortam ratione illius termini aquas. Nam non refert an aqua baptiſmi hauriatur ex fontibus vel fluminibus. Et quia vult ſuam expoſitionem fore magis propriam, cum dicit baptiſmum fore ianuam ſacramētorum, idcirco ſenſus eſſet: Haurietis ianuam ex fontibus. Quanta ſit huiuſmodi expoſitionis proprietas patet etiam parum intelligenti. Et cum omnes communiter catholici, exponant li fontibus ſaluatoris, pro ſacramentis, impropriiſſima eſſet Burgen. expoſitio. Haurietis aquam. i. baptiſmum ex fontibus ſaluatoris. i. ſacramentis. Qua ratione enim baptiſmus hauriri deberet ex alijs ſacramentis, eadem ratione & fortiori alia ſacramenta hauriri deberent ex baptiſmo: quia omnia illa ſacramenta ritè ſuſcepta baptiſmum præſupponant: cum baptiſmus eſt vnus de fontibus ſacramentalibus. Impropriiſſima igitur videtur expoſitio Burgen. qua ſignificatur, haurietis fontem ex fontibus, ſic igitur Burgen. ſæpe mouetur lana caprina.

## GLO. ORD. CAP. XIII.

a ONus Babylo. Babylon metropolis Chaldæorum, cuius muri xvj. milia paſſuum, per quadrum ab angulo in angulum, qui eſt ſimiliter lxiiij. milia. ſ. xl. duabus leucis, & duabus vnius leucæ partibus tendebantur. Ibi turris trium miliū paſſuum in altitudine i. duabus leucis à lato in anguſtum coartata. Et quia ibi confuſum eſt labium, Hebraicè Babel, Græcè dicitur Babylon. Ibi Nabuchodonoſor rex potentiſſimus, qui inter cæteras terras etiam Iudæam captiuauit, in cuius conſolationem per Iſaiam illius deſolationem ſpiritusſanctus longè ante prædicit ſic: Onus Ba. Babylonis. i. mundi: qui linguas, opera, menteſq́; confundit: Cuius rex, velut Nabuchodonoſor, qui dicit: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.
b *Montem caliginoſum.* Myſteria eccleſiæ: Poſuit tenebras latibulū ſuum.
c *Leuate.* O angeli, & ò prophetæ, prædicate eius deſolationem.
a *Militiæ*

Babylon. † eleuati. Mat. 4. b. Pſal. 17. b. † præparatis ad me Perſis

f Et exalta. vo. *exhortando ad prælium.*
g Leuate ma. *in ſignū confidentię & victoriæ obtinēdæ, ideo ſubditur:*
h Et ingrediantur por. *ſcilicet Babylonis tanquam victores.*
i Duces. *ſ. Perſarū & Medorū: qa Cyrus rex Perſarū & Darius rex Medorū cum ſuis exercitibus Babylonem ceperunt, vt habetur Dan. 5.*
K Ego manda. &c. *Hebręi dicunt, citatis meis. Dictio. n. Hebraica q̄ ponit hic, æquiuoca eſt ad citationē & ſanctificationē. Hebræi tū videntur hic melius dicere, qa exponentes tranſlationē noſtrā dicunt: Manda. ſancti. me. i. miniſtris meis. Inſpirauit. n. dominus voluntatem & audaciam Perſis & Medis pugnandi contra Babylonem.*
a Et

## CAP. XIII.

¶Hoc eſt miſeria. ¶Corde.
a ONus Babylonis, quod vidit a b
Iſaias filius Amos. Super c
a ¶Babylonem ſuperbam. ¶Tenebras tribulationis vel fumo incendij: multi enim ſuccenſi incendio eius. b ¶O prædicatores. ¶Medi & Perſæ.
b c montem † caliginoſum leuate ſi- d e
a ¶Crucis victoriæ. b ¶Prædicando de alta. ¶Opera bona faciendo.
gnum, & exaltate vocem: leuate ma- f g
a ¶Hoſtes Babylonis contra ipſam adiuuando. ¶Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. b ¶Babylonis. ¶Scripturæ ſacramenta. c ¶Perſarum & Medorum. ¶Cyrus & Darius.
num, & ingrediantur portas duces. h i
a ¶Vt venient. ¶Inſpirando b ¶Medis & Perſis obedientibus mihi. ¶In comparatione Babylonis. c ¶Miniſtris.
Ego mandaui † ſanctificatis meis, k

## MORALITER.

a *Onus Babylonis.* Hic ad literā deſcribitur deſtructio Babylonis. Per Babylonem quæ confuſio interpretatur, ciuitas diaboli quæ eſt malorum hominum congregatio, ſignificatur. Hæc aūt ciuitas dupliciter debellatur. Vno modo per conuerſionē malorū ad bonum: qd fit per prædicationem, & orationem bonorum. Alio modo per punitionem obſtinatorum. Quantum ad primum modum dicitur:
c *Super mon. cali.* i. ſuper populum ſuperbū peccatis obtenebratū.
e *Leuate ſig.* ſcilicet crucis vos prædicatores in principio veſtræ prædicationis vos ſignando.
f *Et exaltate vocem.* exhortationis. Iſa. 58. a. Quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum.
g *Leuate manum.* bonę operationis. nam in prædicatione plus mouent facta quam verba.
h *Et ingredian. por. du.* ideſt prædicatores qui ſunt duces verbi diuini: ſicut dicitur Act. 14. de Paulo quod erat dux verbi, ingrediantur aures audientium ad mouendum corda per efficaciam prędicandi.
k *Ego manda. ſancti. meis.* i. prædicatoribus deuotis inſpiraui ſpiritum prędicandi.
* Vocaui

## NIC. DE LY. CAP. XIII.

ONus Babylonis. *Poſtquam propheta denuntiauit punitionem Aſſyriorum, qui captiuauerunt decem tribus, hic cōſequenter denuntiat punitionem Babyloniorum, qui captiuauerunt regnum duarum tribuum. Et primò denuntiat Babyloniorum deſtructionem, ſecundò Iudæorum conſolationem, cap. ſeq. Prima in tres partes, quia primò deſcribitur vaſtantis exercitus conuocatio. Secundò, Babyloniorum afflictio, ibi: Vlulate. Tertiò, ſequēs deſolatio, ibi: Et erit. Circa primū dr:*
a Onus Baby. *i. miſeria eam opprimens.*
b Quod vi. Iſa. *i. præuidit in ſpiritu futurum.*
c Super mon. *i. contra Babylonem timore ſuperbiæ eleuatam.*
d Caliginoſum. *i. erroribus obtenebratam.*
e Leuate ſig. *i. vexillum præcedens exercitum.*
f Et

Diuiſio.



a *Militiæ.* Prædicatoribus inſtructis armatura apoſtoli, vt omnes interficiant erigentes ſe contra ſcientiam Dei.
b *Diſſoluentur.* quia nullum opus de iuſtitia dignum reperietur. vnde: Non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuēs. Et: Si iniquitates obſeruaueris domine: domine &c.
c *Combuſtæ.* Quaſi carbones nimio dolore: vel in re. Multi. n. fuere combuſti. Combuſtę ig. Igne quem ſibi ſuccenderunt: quia dicere nō poſſunt: Signatum eſt ſuper nos lumen vultui domine. Et: Nos autem reuelata facie gloriam domini contemplantes.
d *Obtenebratus eſt ſol.* Poſſūt hęc ad diem iudicij referri, quādo omnia luminaria obtenebrari videbuntur comparata ſplendori Chriſti.
e *Et viſitabo &c.* Vindicabo vt corrigam, vehementer autem ſuper impœnitētes. Iratus (inquit) non viſitabo ſuper filias veſtras cum forni. fuerint &c. De his autem qui in Chriſto ſunt credituri, dicitur: Viſitabo in virga iniquitates eorum: Miſericordia autem mea non auferetur ab eis.
f *Et requieſcere.* Q. Hoc faciam: vt qui ſuperbit, humilietur. vnde: Deus enim ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiā: ante ruinā exaltabitur cor.
a Pretio-

Pſal. 142. a. Ibid. 129. a. Pſal. 4. b. 2. Cor. 3. d. † tremerat exercitum. Oſe. 4. a. Pſal. 88. c. Iac. 4. b. Prou. 16. c. † ſuperbo. vel ſuperbum

## NIC. DE LY.

a Et vocaui fortes meos &c. *Dando eis fortitudinem.*
b In ira mea. *i. ad exequendam punitionem à me diſpoſitam.*
c Exultantes. *i. in victoria glorioſa à me cōcedenda. vel quia Cyrus rex Perſarum illam victoriam attribuit gloriæ diuinæ, vt habetur 2. Paral. vlt. & 1. Eſdrę. 1. Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi dominus, &c.*
d Vox mul. *i. maximi exercitus contra Babylonem venientis.*
g Vox ſonitus. *i. Cyri regis Perſarum, & Darij regis Medorum. Et quia fortè aliquos alios reges adduxerunt ſecum.*
h Dominus exer. &c. *Quia militibus & bellatoribus inſpirauit voluntatem & audaciam veniendi contra Babylonem.*
i De terra procul. *Non abhorrētes laborem itineris. Et quia non ſolum homines fuerunt executores diuinæ iuſtitiæ contra Babylonem, ſed etiam angeli, ideo ſubditur:*
K A ſummitate cœli &c. *i. angeli qui ſunt quædam inſtrumenta ad exequendum diuina iudicia.*
l Vt diſperdat omnem terram. *ſcilicet Babylonis. Et eſt locutio hyperbolica, ad denotandum magnitudinem ciuitatis Babylonicę & populi multitudinem: ſicut aliquando dicitur: Pariſius eſt totus mundus.*
m Vlulate. *Hic conſequenter deſcribitur Babyloniorum afflictio. Et primò quantum ad eorum anxietatem, ſecundò quantum ad eorum pœnæ acerbitatem, ibi: Ecce dies domini. tertiò quantum ad aduerſariorum ferocitatem, ibi: Ecce ego. Circa primum dicitur: Vlulate, ſcilicet ò vos Babylonij. Vlulatus qui eſt clamor confuſus, indicium eſt magni timoris prohibentis formare vocem diſtinctam.*
n Quia propè eſt dies do. *i. punitionis eius ſuper vos.*
o Propter hoc om. ma. di. *à ſua virtute præ cordis timore, quia timor trahit ſpiritus & calorem à membris exterioribus, & ſic remanent frigida & trementia, & per conſequens inualida.*
q Et omne cor ho. con. &c. *i. conteretur præ triſtitia.*
r Torſiones & dolo. &c. *ideſt Babylonij affligentur præ anguſtia: ſicut illi qui patiuntur talia.*
s Vnuſquiſq́; ad proxi. ſuum. *Non potens eum iuuare nec ab eo iuuari.*
t Facies combuſtæ vultus eorum. *Quia Perſę & Medi incenderunt Babylonem, & multi fuerunt ibi combuſti.*
u Ecce

Diuiſio.

a ¶Sicut Paulum. ¶In hoc mihi ſeruientes. b ¶Vindicta. ¶Oſtenſa, vt timerent poſtea. c ¶Vnde: ſancti eſtote: quoniā ego ſanctus ſum.
& vocaui fortes meos in ira mea, exultantes a b c
a ¶Non in fortitudine ſua. b ¶Impetum & multitudinem hoſtium deſcribit. ¶Auditu. ¶Conſona, vnde ad ipſum dicamus omnes. c ¶Medorum & Perſarum. ¶Babyloneæ. ¶Sanctis.
in gloria mea. Vox multitudinis in montibus d e
a ¶Multorum. b ¶Audita eſt.
quaſi populorum frequentium, vox ſonitus f g
a ¶Magiſtrorum. ¶Darij, Cyri & aliorum cum eis. b ¶Diſcipulorum. c ¶Omnis poteſtas à Deo.
regum gentium cōgregatarū. Dominus exer- h
a ¶Medis & Perſis. b ¶A finibus terræ ad te cla.
citituū † præcepit militiæ belli, venientibus de ter- i
a ¶A ſummo cœlo egreſſio eius. ¶Q. à finibus terræ. b ¶Veniet. c ¶Bellatores. ¶Cyrus & Darius.
ra procul. A ſummitate cęli dominus, & vaſa fu- k
a ¶Terrena ſapientes. b ¶Ergo ò Babylonij. ¶Pœnitendo.
roris eius, vt diſperdat oēm terrā. Vlulate, qa l m n
a ¶Vltionis. ¶Iudicij, vel mortis cuiuſque. b ¶Metaphoram bellatoris ſeruat. c ¶Vaſtabitur ſcilicet Babylon.
propè eſt dies domini, quaſi vaſtitas à dño ve-
a ¶Confortate manus diſſolutas. b ¶Chaldæorum. c ¶Pauore inimicorum.
niet. Propter hoc omnes manus diſſoluentur, o p
¶Deficiet.
& omne cor hominis contabeſcet, & conte- q
a ¶Conſcientia peccati. b ¶Tunc. ¶Conſcientia. ¶Ventris. c ¶Aliorum membrorum. d ¶Eos ſcilicet.
retur. Torſiones & dolores tenebunt, quaſi r
a ¶Incomparabiliter. b ¶Et. ¶Videns enim in eiſdem tormentis.
parturientes dolebunt. † Vnuſquiſque ad s
a ¶Proxima miſeria.
proximum ſuum ſtupebit: facies combuſtæ t
a ¶Quia b ¶Captiuitatis, vel iudicij generalis.
vultus eorum. Ecce dies domini veniet cru- u x
a ¶Parientibus. b ¶Aeſtimatione malorum. c ¶In inferno quis confitebitur tibi? Non eſt tempus pœnitendi, ſed pœnæ.
delis, & indignationis plenus, & iræ furoriſ- y
a ¶Qui peccatorum pondere grauabatur. ¶Babylonis. b ¶Vt deletis ſceleribus ſola iuſtitia regnet in terra.
que ad ponendam terram in ſolitudinem, & z a
a ¶Contritione expellendos. b ¶Aliàs ex.
peccatores eius cōterendos de terra: quoniam b
a ¶Principes. ¶Babylonis. b ¶Afflictis videntur omnia tenebroſa.
ſtellę cęli & ſplendor earum non expandent c d
a ¶Super Babylonem. b ¶Aduenientibus Medis & Perſis. c ¶Fit etiam. d ¶Balthaſar rex in corde ſuo.
lumen ſuum. Obtenebratus eſt ſol in e
a ¶Regina.
ortu ſuo, & luna non ſplendebit in lumine f
a ¶Babylonis: pro nimia multitudine populi.
ſuo. Et viſitabo ſuper orbis mala, & contra g h
a ¶Viſitabo.
impios iniquitatem eorum. Et requieſcere i
faciam ſuperbiam † infidelium, & arrogan- k

u Ecce dies. *Hic conſequenter deſcribitur afflictio Babyloniorum ex pœnæ acerbitate, cum dicitur: Ecce dies domini. ideſt punitionis eius.*
x Veniet crudelis. *Ipſis Babylonijs prę acerbitate punitionis. ad quod deſignandum ſubditur:*
y Indignationis plenus &c. *Ad hoc enim ponuntur tot verba quaſi idem ſignificātia, vt deſignent maiorem exaggerationem pœnæ.*
z Ad ponendam terram. *ſ. Babylonis.*
a In ſolitu. *occiſis incolis.*
b Quoniam ſtellæ cœli. *i. principes magni.*
c Et ſplendor earum. *ideſt ſapientia eorum.*
d Non expandent lumen ſuum. *Quia fugiet ab eis mens & conſilium contra imminens periculum.*
e Obtenebra. eſt ſol in or. ſuo. *ideſt Balthaſar rex qui occiſus fuit, Dan. 5. Et tamen adhuc erat prope principium regni ſui,*
f Et luna non ſplen. in lu. ſuo. *ideſt regina non procedet vlterius in apparatu regio.*
g Et viſitabo. *Hoc dicitur in perſona domini.*
h Super orbis mala. *ideſt Babylonis. Et propter hoc aliqui dicunt hic, vrbis & malè: quia in Hebręo eſt orbis. Et dicitur de Babylone hyperbolicè, ſicut dicitur: Pariſius totus mundus, quia Babylon erat valde magna. Vnde dicit Philoſophus in libro politicorum, quod erat magis regio clauſa muris quam ciuitas, eò quod excedebat notabiliter magnitudinem ciuitatis. Dicit enim Hier. quòd muri erant in quadro ædificati, & quodlibet latus habebat xvj. miliaria, quæ faciunt octo leucas.*
i Et requieſcere fa. ſuper. infi. *quia Babylonij erant idololatræ, vt patet in Dan.*
K Et arrogan. *Iactabant enim ſe de fortitudine.*
a Pretio-

Philoſoph. Num. 2. a.

## MORALITER.

a *Vocaui fortes meos.* id eſt prædicatores, qui ad ſuſtinendum aduerſa debent eſſe fortes.
b *In ira mea,* contra vitia.
c *Exultantes &c.* Quia veri prædicatores non quærunt gloriam propriam. Et quoniam in principio prædicationis debet fieri oratio communis, ſubditur:
d *Vox multitudinis,* ſcilicet orantis.
e *In montibus.* Nam oratio eſt aſcenſus mentis in Deum. Oratio.
f *Frequentium populorum.* Nam minores & maiores in prædicatione debent orare.
h *Dominus exercituum præcepit militiæ belli.* Hic ponitur ſecundus modus debellandi ciuitatem diaboli, ſcilicet per punitionem obſtinatorum, quòd erit maximè in iudicio finali: in quo executores erunt angeli, & ideo ſequitur: Dominus exercituum præcepit militiæ belli venientibus de terra &c. ideſt angelis ſanctis, vt retrudāt damnatos in inferni pœnis. Et quia nullus poterit reſiſtere, ideo ſubditur: Ezech. 32. b.
p *Omnes manus diſſoluentur.* Quia nec alium iuuare, nec ab eo iuuari poterit. ideo ſubditur:
s *Vnuſquiſq; ad proxi. ſuum ſtupe. &c. Quoniam ſtellæ cœli & ſplendor earum non expandent lu. ſuum.* i. angeli ſancti non agent amplius vt reducant peccatores ad gratiæ ſtatum.
e *Obtenebratus eſt ſol.* i. Chriſtus non in ſe ſed peccatoribus: qui non videbunt eum amplius.
f *Et luna non ſplendebit in lu. ſuo.* i. virgo Maria peccatoribus non condeſcendet: quia ſuo filio conformis erit.


a Pretio-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Pretioſior &c.* Omnia rara pretioſa, idest vir Babylonis rarius inuenietur auro. Similiter dicitur ſermo domini pretioſus.i.rarò inueniebatur. In die quoq; iudicij viſitabit dominus mala orbis, & quieſcere faciet arrogantiam dæmonum, & pauci inuenientur electi propter perſecutionem Antichriſti.

b *Cœlum turba. &c.* Non quod animata ſint, ſed propter indignationem domini, qui reſpicit terram, & facit eam tremere. Forſitan imminente captiuitate, cœlum tonando, & terra concutiendo mota eſt. Poteſt & de die iudicij legi.

c *Damula.* Damula, diabolus eſt, vel praua doctrina, cuius magiſtri in damula ſignificantur, quæ Græcè dicitur *δορκάς*.

d *Ecce ego ſuſcitabo &c.* Legimus in Gene.x.a. quod & Madai filius Noe autor Mœdorum fuit, qui interpretatur menſura, ſiue à potente vel forti. Igitur contra Babylonios, qui mẽte confuſi ſunt, ſuſcitantur à potente & forti Deo fortitudines ad puniendum, quæ reddant vnicuiq; ſecundum opera ſua. In qua enim mẽſura menſi ſunt, remetietur eis.

e *Et erit Babylon illa ci. &c.* Non poſtea reædificata eſt, ſed dicitur in medio eius eſſe lacus ſerpentibus plenus, & arbuſta in quibus odibiles beſtiæ & aues, & venatio regia, & inhabitabilis eſt propter portenta. Duæ ciuitates apud Mœdos dicuntur factæ ex ea, Ctheſiphontes, & Seleucia ſcilicet. Moraliter. Notandum, quod per ſermonem domini vrbe confuſionis euerſa, vt Sodomæ & Gomorrhæ comparetur: non habitabitur à ſanctis ibi, ſed beſtiæ requieſcent. Quicquid enim hæretici loquuntur in ſynagogis ſatanæ, non eſt doctrina domini, ſed vlulatus dæmonum & piloſorum, quos imitatur Eſau. Syrenes quieſcent in delubris voluptatis, quę dulci & mortifero carmine animas trahunt in profundum, à lupis & canibus deuorandas.

f *Beſtiæ &c.* Per has omnes beſtias lucis refugas, dæmonum vel angelorũ fortitudines intelligimus, quibus ad puniendum traduntur.

g *Struthiones.* De quibus in Iob ſatis tractatum eſt, quæ de terra altius nõ eleuantur, cum pennas habere videantur.

h *Piloſi.* Syluestres homines hiſpidi, qui & incubones vel ſatyri vel genera dæmonum.

a *Vlulæ*

## NIC. DE LYRA.

a Pretioſior erit vir auro, *ideſt rarior, eo modo loquendi quo dicitur: Omne rarum pretioſum, quia valde pauci de Babylonijs remanſerunt viui.*

b Et homo mundo ob. *i. auro puro & rutilante. Et dicitur obrizum, ab ob, & radio radias.*

c Super hoc cœlum. *Locutio eſt hyperbolica, ad deſignandum magnitudinem iræ Dei contra Babylonem.*

d Et erit quaſi damula fu. *ſ. exercitus qui venerat aliunde ad auxilium Balthaſar,*

e Et quaſi ouis. *fugiens lupum.*

f Et non erit qui congre. *ad reducendum eos in Babylonis auxilium. ideo ſubditur:*

g Vnuſquiſq; ad populum ſuum conuertetur &c. *quia timore perterriti fugerunt ad loca ſua vnde venerant.*

h Omnis qui inuentus fue. *remanens cum Babylonijs.*

i Occi-

[Text:]

tiam fortium humiliabo. † Pretioſior erit vir auro, & homo † mundo obrizo. Super hoc cęlum turbabo: & mouebitur terrã de loco ſuo, propter indignationem domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. Et erit quaſi damula † fugiens, & quaſi ouis, & non erit qui congreget. Vnuſquiſque ad populum ſuum conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient. Omnis qui inuentus fuerit, occidetur, & omnis qui ſuperuenerit, cadet in gladio. Infantes eorum allidentur in oculis eorũ, diripientur domus eorũ, & vxores violabuntur. Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Mœdos, qui argentum non † quærant, nec aurum velint: ſed ſagittis paruulos interficient, & lactentibus vteris non miſerebuntur, & ſuper filios non † parcat oculos eorum. Et erit Babylon illa ciuitas glorioſa, in regnis inclyta, in ſuperbia Chaldæorum ſubuerſa: ſicut ſubuertit dominus Sodomã & Gomorrhã. Non habitabitur vſque † in finem, & non † fundabitur vſque ad generationem & generationem. Nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi: ſed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorũ draconibus, Et habitabũt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi

i Occidetur, *à Perſis & Mœdis.*

K Et omnis qui ſuperuenerit, *vt Babylonios adiuuet.*

l Cadet in gladio, *aduerſariorum.*

m Infantes eorum. *ſ. Babyloniorum.*

n Allidentur. *contra parietes.*

o In oculis eo. *quod videre eſt grauiſſimũ.*

p Diripientur domus eo. *i. opes & vtenſilia domorum.*

q Ecce ego. *Hic deſcribitur afflictio Babyloniorum ex perſequentium ferocitate, cum dicitur: Ecce ego ſuſci. ſu. eos. i. Babylonios.*

r Mœdos qui. *ita quod præ deſiderio occidendi, retardabuntur prædari, ideo ſubditur:*

ſ Sed ſagittis par. &c. *& tamen talibus perſonis ad ſe defendendum inualidis ſolet parci in bellis. & per hoc arguitur maior crudelitas contra viros defendere ſe potentes.*

t Et erit. *Hic poſt occiſionem Babyloniorũ deſcribitur ciuitatis deſtructio totalis abſq; ſpe reædificationis, cũ dicitur: Et erit Ba. &c. quia de ea gloriabantur Babylonij propter murorũ fortitudinẽ & populi multitudinẽ.*

u In regnis incli. *i. nominata propter nobilitatem ſuam in omnibus regnis.*

x In ſuperbia Chal. *qa de ipſa ſe iactabãt.*

y Subuerſa. *ideſt deſtructa, & deiecta à ſtatu ſuo.*

z Sicut ſubuer. &c. *i. irreparabiliter. ideo ſubditur:*

a Non habitabitur. *ab hominibus.*

b Et non fun. *ad ſui reædificationem.*

c Nec ponet ibi &c. *Arabes tunc temporis habitabant in tabernaculis, frequenter mutantes loca pro paſtu animalium: per hoc ergo quod dicit: Nec ponet: &c. deſignatur deſtructio Babylonis totaliter, quia ſicut erit inepta habitationi hominum, ita & paſcuis domeſticorũ animalium. ideo ſubditur:*

d Sed requieſcent ibi be. *ſ. feroces & venenoſæ, & etiam monſtruoſæ, ideo ſubditur:*

e Et replebuntur &c. *aues ſunt magnæ ſolitudinem amantes.*

f Et piloſi ſaltabunt. *i. vulpes & lupi, vt dicunt aliqui. Alij verò dicunt quod piloſi hic accipiuntur pro quibuſdam animalibus monſtruoſis, quæ in parte habent effigiem hominis, & in parte beſtiæ. Alij verò dicunt, quod piloſi hic accipiuntur pro hominibus ſylueſtribus, quibus multitudo & magnitudo pilorum eſt pro indumentis. Alij verò dicunt, quod piloſi hic accipiuntur pro dæmonibus incubis. Sed iſtud non eſt veriſimile, cum locus ille ſit inhabitabilis naturæ humanæ, vt prædictum eſt. dæmones autem non habitant inter beſtias, quæ peccare non poſſunt, ſed inter homines eos ad peccatum pertrahere nitentes.*

a Et

## MORALITER.

a *Pretioſior erit &c.* quia pauci erunt uirtuoſi et ſaluati reſpectu multitudinis damnatorum, Matt.7.b. Lata eſt uia, et ſpatioſa porta, quæ ducit ad mortem, et multi intrant per eam, etc.

c *Super hoc cœlum tur. &c.* Matt.24.a. Erunt terremotus per loca, et uirtutes cœlorum mouebuntur.

d *Et erit quaſi da. fu.* ſcilicet ſi poſſet.

g *Vnuſquiſq; ad po. &c.* quia ſimiles in culpa, ſimiliter punientur.

h *Oĩs qui inuen. fue.* ſ. in peccato mortali.

i *Occidetur.* morte gehennæ.

m *Infantes eorum alli. in ocu. eo.* i. imitatores paternorum ſcelerum cum eis cruciabuntur: quod erit ad aggrauationem pœnæ ipſorum: propter quod diues epulo petebat, ut fratres ſui non uenirent cum eo ad locum tormentorum, Luc.16.g.

q *Ecce ego ſuſci.* i. dęmones q̃ nõ curãt de bonis tẽporalibus, ſed tãtũ de animabus.

t *Et erit Baby. illa glo.* Cuius gloria eſt quaſi momentanea in hoc mundo, erit ſubuerſa in inferno.

a *Non habitabitur vſq; in finem.* i. à pœnis nõ liberabitur, ſed erit cũ dæmonibus. ideo ſequitur: Et replebuntur do. eorum draco. &c.



a *Vlulæ.* Magnitudinis coruinæ, ſed maculis reſperſæ, quæ roſtro in palude ſito horrendum ſtridunt.

b *Syrenes.* Sunt ſerpentes criſtati & alati, velut alij piſces marini in ſpecie muliebri, vel portenta diaboli, quæ dulci cãtilena decipiunt homines, huius ſeculi naufragium non clauſis auribus tranſeuntes.

## NIC. DE LY.

a Et reſpon. *Aues ſunt magnitudinis coruinæ, ſed maculis reſperſæ, quæ fixo in palude, roſtro ſtrident horrendè, ideo dicuntur vlulæ, ab vlulatu dictæ.*

b Et ſyre. *Dicit Hiero. quod ſunt ſerpentes alati & criſtati. Alij verò dicũt, quod ſunt piſces marini, in forma muliebri in parte ſuperiori apparentes. Sed quicquid ſit de talibus piſcibus, tamen non accipiunt hic ſyrenis pro eis, quia ſi ſint tales piſces, habitant in mari, & non in ciuitatibus deſtructis.*

c In de. vo. *in templis idolorum in quibus Gentiles exercebant voluptatem carnis, vt in templo Priapi & Veneris.*

[Text:] & reſpõdebũt ibi vlulę in ędib⁹ eius. & † ſyrenes in delubris voluptatis.

*In cap.13. vbi dr̃ in poſtil. Et piloſi ſaltabunt ibi. i. vulpes & lupi.*

### ADDITIO.

In Heb. ponitur quędam dictio, q̃ ſonat שעירים ſeirim, quod eſt plurale huius nõis שעיר ſeir, & habet multiplicẽ ſignificationem. Vno modo ſignificat piloſum. vnde Gen.27. de Eſau qui erat vir piloſus, in Heb. dr̃ Seir. Alio modo ſignificat idẽ quod hircus caprarũ. vnde Leui.16.b. ubi dr̃: Et à multitudine filiorũ Iſrael accipiet duos hircos: vbi in Heb. hr̃ Seirim. Alio modo ſignificat dæmonẽ, Leui.17.b. ubi dr̃: Non immolabunt ultrà victimas dæmonibus, in Heb. dr̃ Seirim. In hoc uerò loco dr̃: Seirim ſaltabunt ibi. quia ſecundum tranſlationẽ Lxx interpretum intelligunt tertio modo. ſ. dæmones, idẽ ſecundũ tranſlationẽ Chaldaicã, idẽ ẽt ſecundũ oẽs expoſitores Hebręorũ. Nec obſtat quod obijcit poſtillator dicens, quod cũ ille locus ſit inhabitabilis naturæ humanæ, dæmones non habitarent ibi, &c. Nã licèt ciuitas Babyloniæ fuerit penitus deſtructa, prout hr̃ in hoc cap. terra tamen Sennaar ubi ſita erat Babylon, non legitur hic deſtruenda, imò fuit habitata à multis hominibus, ſpecialiter à Iudæis, qui remanſerunt ibi poſt captiuitatem Babylonicã, & ẽt qui ibi redierunt poſt paſſionem Chriſti, & ibidem fabricauerunt illud opus catholicę fidei inimicum. i. Thalmud Babylonicum, prout plenius domino concedente declarabitur Zach. 5. vbi de hoc ad literam agitur. Et quia illud opus fuit maximè diabolicũ, ideo cõgruè dicit propheta, quod in illa regione Babylonis dęmones ſaltabunt. ſ. procurantes fieri illud pernitioſum opus.

### REPLICA.

IN cap.13. piloſus exponit Burg. ſaltantes in terra Sennaar pro dæmonibus habitantibus ibi: ubi ut dicit, fabricatũ eſt opus diabolicum Thalmud Babylonicum, tranſeat illud contra Iudæos.

## GLO. ORD. CAP. XIIII.

a PRope eſt &c. *alleg.* tp̃s incarnationis: Sic.n. miſertus dñs Iacob, ideſt noui populi, de Iſrael elegit apoſtolos & alios quos requieſcere fecit ſuper humum ſuam. i. eccleſiam.

b *Iacob.* Nota proprietatẽ verborum. Iacob qui adhuc in lucta eſt, miſeretur. Iſrael qui poſt victoriam nomen accepit, elegit.

c *Seruos.* legi obediẽtes de vtroque ſexu: vel intãtũ exaltati ſunt, vt poſt captiuitatẽ de gẽtibus ſeruos & ancillas haberent, ſecundũ Hebræos.

d *Quomo. ceſſa. exa.* Admirãdo q̃uo vaſtator terrarũ & tributis cũcta opprimens ſit cõtritus, & ad nihilũ redactus. Et poſſunt hæc in perſona electorũ in die iudicij de diabolo legi, vel de Nabuchodonoſor, vt fabulãtur Hebræi. Q̃uo. A domo Dei iudiciũ incipit. vnde: A ſanctis meis incipite. Pro diuerſitate.n. peccati diſponitur ordo iudicij, vt q minus deliquerunt, ante purgẽtur: nouiſſima aũt inimica deſtruetur mors.

e *Exa.* Qui exigit vſq; ad nouiſſimũ quadran-

## NIC. DE LYRA. CAP. XIIII.

PRope eſt. *Hic conſequenter propheta denuntiat Iudæorum conſolationẽ. Circa quod primò nuntiatur eorum liberatio de captiuitate Babylonica. ſecundò contra hoſtes inſultatio, ibi: Et erit. tertiò, inſultationis confirmatio, ibi: Non vocabitur. Circa primum dicit:*

a Prope eſt vt. *i. liberationis Iudæorũ de Babylone, quæ facta eſt in principio regni Cyri, vt patet Eſdræ 1. Sed quia hoc fuit Cyro inſpiratum à Deo, vt ibidem dicitur: Suſcitauit dominus ſpiritũ Cyri regis Perſa. &c. ideo ſubditur:*

b Miſerebitur. *i. populi regni Iudæ deſcendentis à Iacob.*

c Et eliget adhuc. *paucos de regno Iſrael cum Zorobabel reducendo. Capta.n. Samaria, & tranſlato inde populo per Salmanaſar, aliqui euadentes manum eius intrauerunt regnum Iudæ, ibidem habitantes vſq; ad captiuitatẽ Babylonis: & ſic cũ illis de regno Iudæ fuerũt captiuati, & cũ redeuntibus de captiuitate redierũt.*

d Et requi. eos. *tp̃e Zorobabel, Eſdræ, Nehemiæ, & Machabæorum.*

e Adiungetur &c. *quia aliqui de Gentilibus conuertebantur ad Iudaiſmum per vnius Dei cultum, & iſti dicebantur aduenæ.*

f Et tene. *i. dabunt ei in via ſecuritatem.*

g Et addu. *quia Cyrus dedit eis conductum.*

h Et poſ. eos. *i. in Iudæa, quæ erat diuino cultui deputata.*

i In ſer. *Hoc dr̃ quãtũ ad pauperes Gẽtiles, q iũcti ſunt eis ad ſeruiẽdũ.*

K Et

K Et erunt ca. *Hoc fuit impletum tempore Machabæorũ, qui regnum Iudæ recuperauerunt à Græcis, multis eorum occiſis & captis, & aliquibus eorum in ſeruitutem redactis, vt patet 1. Mach. & 2.*

l Et erit. *Hic conſequenter ponitur inſultatio contra hoſtes, & primò inſultatio viuorum. & ſecũdò mortuorum, ibi: Infernus. Circa primum dicitur: Et erit in die il. i. tempore reductionis captiuitatis Babylonicæ.*

n Cum re. *ſ. itineris quando ductus fuiſti in Babylonem.*

o Et à con. *quia captiui ducuntur impellendo & concutiendo.*

p Et à ſer. *ſ. in Babylone.*

q Su. pa. iſtam, *quę ſequitur contra regem Babylonis. Et dicit regem indefinitè, quia aliqua de his quę ſequuntur verificantur de vno rege, & aliqua de altero.*

r Quo. ceſ. exa. *quia rex Babylonis per violentiam bona aliorum rapiebat.*

ſ Quie. tri. *quod impoſuerat ſuper alias gentes & regna. & hoc fuit potiſſimè tempore Nabuchodonoſor, qui fuit potentiſſimus inter reges Babylonis.*

a Contri-

## CAP. XIIII.

PRopè eſt ut veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Miſerebitur enim dominus Iacob, & eliget adhuc de Iſrael, & requieſcere eos † faciet ſuper humũ ſuam. Adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebũt eos populi, & adducent eos in locum ſuum. Et poſſidebit eos domus Iſrael ſuper terram domini in ſeruos & ancillas: & erunt capientes eos qui ſe ceperãt, & ſubijcient exactores ſuos. Et erit in die illa cũ requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concuſſione tua, & à ſeruitute dura qua antè ſeruiſti, ſumes parabolam iſtam cõtra regem Babylonis, & dices: Quomodo ceſſauit exactor, quieuit tribu-

## MORALITER.

a *Prope eſt &c.* Sicut dies iudicij erit triſtabilis reprobis, ſic erit conſolabilis electis, propter quod ſaluator loquẽs de ſignis præcedẽtibus, dicit apoſtolis, Lu.21.c. His aũt fieri incipientibus reſpicite & leuate capita ueſtra. i. exhilarate corda, ut exponit B. Greg. & hoc deſcribit in hoc c. Moraliter intellecto. iõ ſubdit:

b *Miſerebitur.n. do. Iacob.* i. cuiuslibet qui ſtudet ſupplantare uitia: quia Iacob ſupplantator interpretatur.

c *Et requieſcere.* i. in terra uiuẽtium, quę debetur ſupplantatoribus uitiorum.

e *Adiungetur.* nã ex gentibus & Iudæis facta eſt vna eccleſia militans, & etiam triumphans.

g *Et addu. eos &c.* Multi namque Iudęi conuerſi ſunt ad fidem per doctores eccleſiæ ex gentibus oriundos.

l *Et erit.* Hic ponitur inſultatio contra diabolum & eius exercitum, & primò ab electis, cum dicitur:

m *In die.* ſ. in beatitudine ſuperna.

q *Sumes pa. iſtam con. regem Ba.* i. cõtra principem dęmonum.

r *Q̃uo ceſ. exa.* p pęnas corporales q̃ hic exprimunt, q̃ nõ habẽt locũ i dęmonib⁹, ſignant pęnę ſpũales maiores, q̃ ſũt i dęmonibus corpa nõ habẽtibus, affligũt tñ ab igne corporali. Et qm̃ ſãcti i punitione malorũ ex diuina iuſtitia lętãt, ſicut dr̃ Pſ.57.b. Lętabit iuſt⁹ cũ viderit vindictã: & hęc lętitia deſignat cũ dr̃: Sumes. Cõſequẽter ponit inſultatio dãnatorũ ꝫ pricipẽ inferni & eius exercitũ de augmẽtatiõe pęnę dęmonũ, eò q iduxerũt dãnatos ad pctm̃, ſicut angelorũ glia creſcit de ſaluatis p myſteriũ eorũ: & hæc inſultatio dãnatorũ deſignat cũ dr̃: Infer. &c.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E quadrantem à debitoribus ſuis, qui dicunt illud: Dimitte nobis debita. Huic traduntur debitores, huic tradidit Paulus Corinthium fornicantem.

a *Baculum.* Vocat Nabuchodonoſor vel diabolum, quia ſicut per illum flagellantur à Deo impij, ſic per hunc in pœnis inferni, vel quotidie in peccatis ſuggerendo, inſidiando.

b *Abietes quoque.* Principes diuerſarũ gentium ab illo afflicti. Vel filij quorum patres interfecit.

c *Ex quo dor.* Quia victo forti & direptis vaſis eius ſatellites corruerunt. vnde: Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis ei⁹. Nota, mors mortis dormitio dicitur.

d *Qui ſuccidat.* vnde pſal. Operuit montes vmbra eius, & arbuſta eius cedros Dei. Has aliquando peccantes tradit dominus ſupplicio conterendas. Vnde dicitur: Conteret dominus cedros Libani.

e *Infernus.* Habitatores vel principes eius inferni ſubter te. Sub terra enim eſt infernus, in quo viſus eſt diues ille à Lazaro, vnde dominus vinctos ſuos eruit, vinctum diabolum dimiſit.

f *Omnes principes.* Etſi hæc facta nõ ſũt, tamen fieri potuerant. Solatium eſt malorum, inimicos habere ſocios pœnarum.

g *Vulnera. es.* Qui immortalis & Deus videbaris. Nos pro imbecillitate ſenſuum putabamus non poſſe reſiſtere potentiæ Dei, & te ſolum in altitudine tua permanere.

h *Sub ter.* Putredo tinea & operimentum vermiũ, pœnæ æternæ ſunt, quas propria gignit conſcientia. Vel ſuppliciorũ materia, quæ ex proprijs peccatis naſcitur. Sicut. n. quãdiu humor eſt in cadauere, vermes naſcuntur ex putredine, ſic ex ipſa materia peccato-

F rum gignuntur ſupplicia. Requies diaboli, lectulus tentationis, qui dicebat Chriſto: Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me.

¶ a Qui

tum? Contriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cędentem populos in indignatione plaga † inſanabili, ſubijcientẽ in furore gentes, perſequentem † crudeliter. Conquieuit & ſiluit omnis terra, gauiſa eſt & exultauit: abietes quoq; lętatæ ſunt ſuper te, & cedri Libani. Ex quo dormiſti, non aſcendit qui ſuccidat nos. Infernus † ſubter te conturbatus eſt, in occurſum aduentus tui, ſuſcitabit tibi † gigantes. Omnes principes terræ ſurrexerunt de ſolijs ſuis: omnes principes nationũ. Vniuerſi reſpondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es. † Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua † cõcidit cadauer tuũ. Subter te ſternet tinea, & operimẽtũ tuum erũt vermes. Quõ cecidiſti

† inſanabili
† ſine intermiſſione
† ſubtus
† mortuos
† Deiecta
† etiã ſonitus nablorũ tuorũ.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Contriuit dominus baculum. *id eſt virtutem.*

b Impiorum. i. *Babyloniorum. Et hoc fuit impletum in Balthaſar, quem dominus per Cyrum & Darium expugnauit & occidit, Danie. quinto.*

c Virgam dominantium, *id eſt ſceptrum Babyloniorum, qui dominabantur multis gentibus.*

d Cædentem populos. *id eſt ſuperbè.*

e Plaga inſanabili. *quia non poterant eis reſiſtere.*

f Subijcientem in furore gen. *quia victorijs ſibi à Deo conceſſis abutebantur in crudelitate nimia.*

g Conquieuit & ſiluit omnis ter. *i. habitatores omnis terræ habitauerunt in pace regno Babylonis deiecto.*

h Gauiſa eſt, *in corde. Et exultauit. in ſigno exteriori. Exultatio enim dicitur quaſi extra ſaltatio.*

i Abietes quoque. *i. principes magni terræ.*

K Lætatæ ſunt ſuper &c. *i. ex tua deiectione, dicentes:*

l Ex quo dor. *ſomno mortis.*

m Non aſcendit qui ſuc. nos. *i. impugnet: proſequitur. n. parabolam de arboribus magnis principes ſignificantibus, vt dictum eſt.*

n Infernus. *Hic conſequenter ponitur inſultatio mortuorum. Et primò contra animam. ſecundò quantum ad corporis ſepulturam, ibi: Omnes reges, aliàs principes. Prima in duas, quia primò ponitur inſultatio contra regem Babylonis. ſecundò occaſione huius fit tranſitus ad caſum dæmonis, ibi: Quomodo corruiſti, aliàs cecidiſti. Circa primum ſciendum, quod Heb. & aliqui expoſitores catholici, exponunt locum iſtum de anima Nabuchodonoſor deſcendente ad pœnas damnatorum. Sed ſaluo meliori iudicio, iſtud non videtur mihi conuenienter dictum: quia Daniel 3. Nabuchodonoſor reuerſus de amentia videtur extunc vixiſſe in confeſſione laudis diuinæ. vnde ibidem dicitur: Igitur poſt finem dierum ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cœlum leuaui, & G ſenſus meus redditus eſt mihi. & altiſſimo benedixi, &c. & poſtea ſubditur in fine capitis. Nunc igitur ego Nabuchodonoſor laudo & glorifico & magnifico regem cœli: quia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare. & ſic videtur vitam ſuam in bono terminaſſe, quia vlterius non fit mentio de recidiuo ad malum. Vnde & in decretis vigeſimatertia quæſt. quar. cap. Nabuchodonoſor dicitur, quòd fecit pœnitentiam fructuoſam. Et ideo dicendum eſt, quòd hoc refertur ad Balthaſar nepotem ſuum, qui in contemptum Dei fecit apportari vaſa conſecrata diuino cultui, & bibit in eis, & principes eius, vxores & concubinæ. propter quod interfectus fuit eadem nocte, Dan. quinto. & ſecundum hoc dicitur: Infernus. id eſt diabolus qui præeſt inferno.*

Quæſtio.
Nabuchodonoſor pœnituit.

o Subter te. *quia infernus dicitur eſſe in terræ profundo.*

p Conturbatus eſt, in occurſum aduentus tui. *id eſt commotus & intentus, eo modo loquendi quo communiter dicitur: quando aliquis magnus & peſſimus homo moritur, quod dæmones ſunt multum occupati circa receptionem, & deductionem animæ eius: prophetæ enim aliquando vtebantur modis iſtis communibus loquendi.*

q Suſcitabit tibi gigantes. *id eſt animas gigantum in inferno exiſtentes, qui fuerunt mali homines, Gen. 6. ad inſultandum tibi.*

r Omnes principes terræ. *ſcilicet defuncti.*

s Surrexerunt de ſolijs ſuis. *id eſt de locis in inferno ſibi deputatis: & eodem modo exponitur quod ſubditur: Omnes principes nationum.*

t Et dicent tibi. *inſultando.*

u Et tu vulneratus. *i. deiectus in infernum ab honore tuo mundano.*

x Concidit cadauer tuum. *per mortem corporis.* H

y Subter te ſternetur tinea. *quia cadauer hominis mortui vermificat circumcirca. Aliqui tamen referunt hoc ad vermem conſcientiæ, qui continuè remanet in damnatis. Si autem aliquis vellet exponere prædicta ad literam de anima Nabuchodonoſor, dicendum eſſet, quòd iſta prophetia Iſaiæ non fuit prædeſtinationis quæ ſemper impletur, ſed comminationis, quæ aliquando non impletur, ſicut Ionæ 3. b. dicitur: Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur: quæ tamen non fuit ſubuerſa. Talis enim prophetia non denuntiatur prout eſt in diuina præſcientia, quæ eſt immutabilis, ſed ſecundum merita vel demerita hominum, quæ mutabilia ſunt. Secundum enim demerita Niniuitarum Niniue erat ſubuertenda, ſed quia egerant pœnitentiam ad prædicationem Ionæ, non fuit impleta comminatio ſubuerſionis dictæ. Sic in propoſito: Nabuchodonoſor enim antequam propter peccata ſua percuteretur amentia, meruerat pœnam gehennæ, & quòd ſibi fieret talis inſultatio à damnatis. Verumtamen quia poſt amentiam recognouit Dei potentiam, & egit pœnitentiam fructuoſam, vt dictum eſt ſuprà. ideo pœna per Iſaiam comminata non fuit impleta. Et licèt ſic poſſet dici, videtur tamen mihi, quòd prima expoſitio melior eſt, & magis conſonat textui.*

z Quomodo cecidiſti &c. *Hic conſequenter occaſione regis Babylonis agitur de caſu dæmonis ſecundum regulam exponendi ſacram ſcripturam, quæ dicitur de diabolo & eius corpore, quam inter alias ponit Auguſtinus tertio de doctrina Chriſtiana, & Iſidorus de ſummo bono vigeſimo capitulo. Et illas ego poſui in principio Gene. pro expoſitione totius ſacræ ſcripturæ. Iſta autem regula, quæ hic vtendum eſt, intelligitur per hoc quod diabolus eſt caput omnium iniquorum, ſecundum quod dicit Gregorius homilia decima. Et ideo propter connexionem capitis ad membra & econuerſo, ſcriptura ſacra aliquando ſub vno contextu de vno tranſit ad aliud, & econuerſo: & hoc modo Iſaias hic loquens de rege Babylonis, qui erat diaboli membrum ſimpliciter quantum ad ipſum Balthaſar, & ad tempus quantum ad ipſum Nabuchodonoſor, tranſit ad loquendum de dæmone, dicens: Quomodo cecidiſti de cœlo, ſcilicet empyreo.*

¶ a Lucifer.



¶ a *Qui mane ori.* Hi falſi apoſtoli, operarij mendaces, qui tráſ-

A figurantur in apoſtolos Chriſti, qui ſolium ſuperſeminant dormientibus prælatis, & nolentibus vel non valentibus reſiſtere. Alle. Lucifer qui mane orie. Diabolus in exordio mundi creatus, vel inter angelos glorioſus: ſed corruit, ſecundum illud: Videbam Satanam ſicut fulgur de cęlo cadentẽ, qui prius cogitabat: In cæ'um conſcendam ſuper aſtra cæ. ad ſolium Dei. ſ. Poſt lapſum quoq; arrogat idem ſibi. vnde & gloriatur aſcendere ſuper angelos in cęlum, vel ſuper nubes, corda. ſ. electorum, & ſedere in monte teſtamẽti in eccleſia, & in lateribus aquilonis in frigidis.

b *In cæ. con.* In firmamento erat, in cęlum vbi eſt dñi ſoliũ cupiebat aſcendere. Hæc omnia ad hæreticos ſunt referenda, qui cum deorſum ſint, cũ principe ſuo iactant ſe excelſos eſſe.

c *In la. aqui.* vnde: Ab aquilone exardeſcunt mala, & ſuccenditur olla Ieremiæ. De quo: Dicam aquiloni da: Ideſt redde captiuos.

d *Nubium.* i. prophetarum, de quibus: Mãdabo nubibus meis ne pluãt ſuper eam imbrem. Et veritas tua vſque ad nubes. Iudas nubes fuit cum alijs apoſtolis, ſed vitio ſuo diabolũ aſcenſorem ſuſcepit.

e *Verum. ad infer. detraheris.* Qui per virtutes potuiſti aſcendere, per vitia cades. Sancti habent pennas columbæ & aquilæ, vt volent & requieſcant. Impij quaſi plumbum mergũtur in aquis vehementibus, & deſcendunt in profundum quaſi lapis. Iniquitas ſedet ſuper talentum plumbi.

f *Detraheris.* Inuitus Chriſtus deſcendit voluntarius.

g *Profundum.* Ad infimas & peſſimas pęnas. Quantò enim gradus altior,

B tantò caſus grauior.

h *Laci.* Ideſt inferni. vnde: Cum deſcendẽtibus in lacum factus ſum &c. &, poſuerunt me in lacu nouiſſimo. Sicut lacus aquas, ſic infernus animas ſuſcipit: & ad quem Banaias deſcendit tempore niuis, & leonem interfecit. Hæretici relinquunt fontem aquæ viuæ, & fodiunt ſibi lacus contritos, qui aquam non valent continere. Vnde, ſicut refrigerat lacus aquas, ſic malitia habentes ſe, qui nec calidi nec frigidi ſunt, ideſt nec credunt, nec omnino non credunt, ſed per teporem & ſimulationem fidei à domino reijciuntur.

i *Eſt vir.* Non Deus. vnde: Inimicus homo ſuperſeminauit zizania.

K *Vrbes.* Eccleſias, vt faceret ſynagogas diaboli, & hæretica prauitate pollueret munditiam fidei.

l *Vinctis eius non.* Quos ſoluunt apoſtoli imitatores magiſtri, qui ait: Quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Soluunt autem ſermone Dei, & teſtimonio ſcripturarũ, & exhortatione virtutum. Vinct. eius. Immẽſa eius crudelitas deſignatur, qui non modo captiuos catenis onerabat, ſed in tenebris recludebat, vt nec Euilmerodach filio ſuo aperiret.

m *Omnes re. Hier.* Reges gentium quibus Deus gentes crediderat gubernandas, qui concuſſi ſunt à Nabucho. nec tamẽ

¶ ſubuerſi;

† cęli
† eccleſiæ

de cęlo Lucifer, † qui mane oriebaris? Corruiſti in terram qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In cęlum conſcendam, ſuper aſtra † Dei exaltabo ſolium meum: ſedebo in monte † teſtamẽti, in lateribus aquilonis. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero altiſſimo: Veruntamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Qui te viderint, † ad te inclinabũtur, teq; proſpicient. Nunquid iſte eſt vir qui cõturbauit terrã, qui concuſſit regna, qui poſuit orbem deſertum, & vrbes eius deſtruxit, vinctis eius non aperuit carcerem? Omnes reges gentium vniuerſi

† te cõtemplabuntur

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Lucifer. *Ideſt pulchrior inter angelos, ſicut Lucifer quæ eſt ſtella matutina pulchrior eſt inter ſtellas: ideo alio nomine vocatur Venus à venuſtate.*

b Qui mane oriebaris. *Quia inter creationem eius, quæ dicitur hic ortus, & lapſum fuit tempus modicum.*

c Corruiſti in terram. *Quia proiectus fuit in hoc aere caliginoſo.*

d Qui vulnerabas gen. *Ideſt angelos alios quibus ipſe fuit occaſio cadendi. Angeli enim boni & mali frequenter apparuerunt in ſpecie humana, & ideo nomine gentium, & hominum nominantur, ſicut Act. 1. b de duobus ſanctis angelis dicitur: Ecce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis &c. & de diabolo dicit ſaluator, Matt. 13. d. Inimicus homo ſuperſeminauit zizania in medio tritici.*

e Qui dicebas in cor. *i. ſuperbiendo.*

f In cęlum aſc. *Ideſt ſuper alios angelos. Sic enim voluit præeſſe alijs angelis indebitè. ſ. vt ſibi exhiberent honorem ſoli Deo debitum, & nulli ſubeſſe, non ſimpliciter, cum ſciret ſe non poſſe eſſe abſq; Dei manutenentia. ſed quantum ad regulam agendorum.* C

g Sedebo in monte te. *i. in cęlo empyreo, vnde procedunt omnia quæ in terris ſunt, tanquam de aula ſummi Imperatoris.*

h In lateri. aqui. *Quia licèt ſecundum Philoſophum altitudo mundi ſit in polo antarctico, tamen ſecundùm apparentiam hominum eſt in polo oppoſito. ſ. arctico: quia iſte polus eſt nobis ſemper manifeſtus, & ſuper noſtrum hemiſpærium eleuatus, & circa ipſum videatur moueri ſtellæ. Polus autem antarcticus eſt ſemper nobis occultus. Vel aliter: Sedebo in mon. te. i. ſuper eccleſiam quæ dicitur mons ſupra cap. 2. & ſic dicitur mons noui teſt. Super perſonas enim eccleſiaſticas appetit diabolus maximè dominari. In laterib. aqui. ideſt in cordibus frigidis ex defectu charitatis.*

i Aſcendam ſu. al. nu. *ideſt angelorum. Qui dicuntur nubes metaphoricè propter velocitatem motus, ſicut & ſupra dicuntur aſtra propter claritatem naturalis intellectus.*

K Similis er. al. *Appetit enim ſimilitudinẽ diuinam, vt prædictum eſt.*

l Ver. ad. in. *quia ſicut culpa eius fuit grauior, ita pęna maior.*

m Qui te vi. *i. angeli ſancti, qui viderunt eum cadentem, & vident eius damnationem.*

n Ad te in. *per conſiderationem diuinæ iuſtitiæ dicentes:*

o Nunquid iſte. *i. cęlum empyreum, quod dicitur terra viuentium.*

p Qui contur. *i. ordines angelorũ: quia de omnibus ordinibus aliqui ceciderunt cum eo. Angeli verò in ſcriptura dicuntur reges, quia per eos regitur tota corporalis creatura: & per conſequens ordines angelorum dicuntur regna. Vel poteſt iſtud intelligi de terra habitationi hominum deputata, cuius pacem diabolus nititur perturbare, & frequenter perturbat.*

q Qui po. or. de. *quia ante mortem Chriſti omnes decedentes trahebat ad infernum.* D

r Et ur. eius de. *i. loca diuini cultus, quæ frequenter deſtruxit à Deo permiſſus.*

s Vinctis e. non ape. c. *ideſt eos detinuit. Quòd autem inde aliqui ſunt amoti in reſurrectione Chriſti, fuit contra eius voluntatem. Aliqui verò expoſitores exponunt de rege Babylonis ad literam dicentes ſic: Quomodo cecidiſti Lucifer, ideſt rex Babylonis glorioſior regibus alijs, ſicut Lucifer alijs ſtellis: Qui mane oriebaris, quia licèt regnum Babyloniæ fuit valde glorioſum, tamen in hac gloria durauit tempus modicum, quia primus rex glorioſus legitur fuiſſe Nabuchodonoſor, cui ſucceſſit Euilmerodach filius eius, & iſti ſucceſſit Balthaſar eius filius, vt declaratum fuit diffuſius, Dan. 2. & in illo defecit regnum Babyloniæ, & tranſlatum fuit ad Medos, & Perſas, Dan. 5. Corruiſti in terram, deiectus à regni dignitate. Qui vulnerabas gentes, ex nimia crudelitate. Qui dicebas in corde tuo. In cęlum aſcendam &c. Opinio enim erat Gentilium, quòd poſt dignitatem regni in vita præſenti transferebantur ad cælum, ſecundum quod dicitur 2. Machab. 11. e. Patre noſtro inter Deos tranſlato. Sedebo in monte teſtamenti, ideſt ſuper Ieruſalem extendam regnum meum, ſicut & factum eſt, quando cepit Sedechiam. In lateribus aquilonis: quia Ieruſalem dicitur eſſe in latere aquilonari montis Sion. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ideſt prophetarum: Similis ero altiſſimo, ideſt monarcha in mundo, ſicut ipſe eſt in cęlo. Veruntamen ad infernum detraheris, inuitus. In profundum laci, qui plus ſe exaltat per ſuperbiam, magis deijcitur per pęnam: quod impletum fuit in Balthaſar, vt ſupra dictum eſt. Qui te viderint, ad te inclinabuntur. q. d. ita profundè deijcieris, quòd qui te voluerit videre, oportebit ſe inclinare. Nunquid iſte eſt qui conturbauit terram, ideſt habitatores terræ. Qui concuſſit regna, ſubijciendo ea violenter ſuo imperio. Rex enim Babylonis multa regna imperio ſuo ſubiecit armorum violentia. Qui poſuit orbem deſertum pro magna parte, interfectis incolis. Et vrbes eius deſtruxit, ſicut patet de Ieruſalem, & de multis alijs quas deſtruxit rex Babylonis. Vinctis eius, ideſt ab eo. Non aperuit carcerem, dimittendo eos etiam poſt longam macerationem: & ſecundum iſtam expoſitionem litera iſta dicitur de dæmone figuraliter tantum. Prima tamen expoſitio magis conſonat dictis ſanctorum.*

t Omnes re. *Hic conſequenter ponitur inſultatio contra regem Babylonis quantum ad ſepulturam. Et intelligatur pars iſta de Nabuchodonoſor, de quo dicunt Hebræi, quòd ipſo mortuo Euilmerodach filius eius, quem incarcerauerat propter mala, quæ tempore amentiæ patris fecerat, timens ne reſurgeret à morte, ſicut redierat de amentia, de con-*

¶ filio

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ſubuerſi: quorum non regnat peccatum, quia cor eorũ in manu Dei erat, minimè corruerunt. quomodo enim Deus deorum Chriſtus: ſic dñs dominantium & rex regum. Hi requieuerunt in gloria ſua: vnuſquiſq; in domo ſua: quia apud patrem diuerſæ manſiones ſunt: & pro varietate virtutum varietates manſionum, ſed Nabuchodonoſor, nec in morte quieſcit à cruciatibus.

Apoc.19.a — Ioh.14.a

a *Tu au.* Vt fabulæ conſentire, quia dicũt Iudæi Nabuchodonoſor in ſtatum priſtinum regreſſum Euilmerodach filium ſuum (qui eo interuallo ſeptem annorũ regnauit) in carcerem miſiſſe, & cum ibi cũ rege Ioachin in vita patris fuiſſe. Quo mortuo cum non auderet regnũ ſuſcipere dicens: pater meus, qñ vult moritur & reſurgit, conſilio Ioacim ccc. aues de diuerſis partibus mundi exquiſiuit, & corpus effoſſum in minutias diſcerpſit, & vnicuiq; partem alligauit. Dixit enim Ioachin, cum aues ſimul cõuenerint hę, reuiuiſcet pater tuus.

De Nabuchodonoſor in fenſtra cõ ciſo à filio — -neque

b *Quaſi cada.* Multitudine peccatorum putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ Virtus ſuauis odoris eſt. vnde: Sicut vnguentum in capite, & odor tuus ſuauis, & facies tua ſpecioſa.

Pſal.37.b — Pſal.132.a

c *Cæterorum.* Scilicet ſepulturæ. Altera eſt enim pena autoris, altera eius qui ab autoritate compulſus. Hic eſt gladius quo vulnerati ſunt plurimi, & interfecti. vnde: Gladium ſuum vi. ar. ſu. teten.

Pſal.7.c

d *Tu enim ter.* quaſi: In ſuperbia tua regnum Chaldęorum deſtructum eſt, quod adhuc manſiſſet, niſi ſuperbia tua non fuiſſet.

e *Populum.* Quem tibi Deus commiſerat corrigendum & regendũ: vnde audet dicere illud: Hæc omnia mihi tradita ſunt.

F — Matt.11.d

f *Occi.* Non Deo reſeruans viuos, ſed penæ tuæ præparans ſocios.

g *Non voca.* Ideo non vocabitur in ęternum, quia ipſe ſemen peſſimorum eſt. Non q̧ ſemen malum ſit per ſe, Deus enim fecit omnia bona. Sed ab his qui voluntate peſſimi ſunt, ortum eſt ſemen malum, quod voluntate non natura fit. vnde: Semen Chanaan, & non Iuda. De bonis dicitur: per euangelium ego vos genui. Omnes concordãt hiſtoriæ, q̧ occiſo Balthaſar, nullus poſtea de progenie Nabuchodonoſor, regnauit: Deleta eſt omnis progenies pro ſuperbia & impietate patris.

Gen.1.d — †filiũ & nepotem — Dan.13.f — 1.Cor.4.d — †ſcopis diſſipationis

h *Iniqui.* LXX, Pro iniquitate patris tui Quod quidam non intelligentes, draconem qui regnat in mari, quem Leuiathan appellant Hebræi, volunt eſſe patrem diaboli, ſecundum illud: Quia mendax eſt & pater eius. quod malè intelligendo deprauant.

Ioh.8.f

i *Et ponam.* Nihil eſt in ea, niſi venatio regia: & coctibilibus muris poſt annos plurimos refectis incluſa.

K *In poſ. herici.* Mundus quoq; ab hericio & paludibus poſſidetur modò, ideſt ab immundis ſpiritibus, ſed in fine mundi ſcopabit, ideſt purgabit eum dominus igne purgatorio.

l *Iurauit domi.* Hucuſq; de Babylone & regibus eius & populis, nunc de Sennacherib, & quæ tunc imminebant ſuper Aſſyrios, qui Samariam Iudæamque vaſtauerunt præter Ieruſalem, & in ſuperbiam contra Deum elati. Vnde vna nocte clxxxv. milia de eis ab angelo ſunt percuſſa. Et hoc in terra Iuda, & in montibus eius ſicut dominus prædixerat.

4.Reg.19.g

m *In montibus.* Nota proprietatem, in terra conteritur, in montibus ab ipſo domino conculcatur. Cum enim omnes inimici poſiti fuerint ſub pedibus Chriſti, vt nouiſſima deſtruatur mors, tunc auferetur à ſanctis iugum Aſſyrij. Hoſtis temerarius non ſolum terram Dei, & humiliora occupare feſtinat: ſed & eos qui virtutibus profecerunt, de quibus dicitur: Fundamenta eius in montibus ſanctis.

G — 1.Cor.15 — Pſal.86.a

a Hoc

a Quieuerunt. b Celeſti. c Quia.
dormierunt in gloria, † vnuſquiſque in
a In domo patris mei man. mul. ſunt. Dormiunt. Sepulchro. b Sepultura Nabucho.
domo ſua, tu autem proiectus es de ſe-
a Q. Sepultis regibus quos occidiſti, tu inſepultus abijcieris: vel ſi omnis anima aliquam requiem quandoque accipiat, tu nunquam. b Quæ in radice naſcens, arbori aſfert ſterilitatem, digna incendio. c Sanguine occiſorum.
pulchro tuo quaſi ſtirps †inutilis pollu-
a Sanie eorum qui ſcilicet ſunt.
tus & obuolutus cum his qui interfecti
a Tuo ſcilicet.
ſunt gladio, & deſcenderunt ad funda-
a Inferni. b Sed tu exiliem quaſi cadauer. c Quod omnes fugiunt.
menta laci. Quaſi cadauer †putridũ non
a Quia tu magiſter, illi diſcipuli: Cui plus creditur: plus exigetur ab eo. b Ideſt non eris cum eis quos occidiſti ſocius in ſepultura.
habebis conſortium, neq; cum eis in ſe-
a Hoc de diabolo, & Nabuchodonoſor. b Non alienam tamen. c Etiam tuam.
pultura. Tu enim terrã tuam diſperdi-
a Modo propheta in tertia perſona loquitur de Nabuchodonoſor. De diabolo poteſt etiam dici. Non vocabitur in æternum.
diſti, tu populum tuum occidiſti. Non
a Q. potentia iſtius omnino perijt. b Dæmonum.
vocabitur in æternum ſemen peſſimo-
a Et ideo. b Cogitationes opera mala ex impijs potibus nata. c Nabuchodonoſor. Pro.
rum. Præparate filios eius occiſioni † in
a Qui occidentur ne conſurgant vlt. In regnum.
iniquitate patrum eorum. Non conſur
a Patris. Sanctorum.
gent, nec hæreditabunt terram, neq; im
a Domini. Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem. Veſtra. Pro quia. b Non eſt perfecta hominis victoria. In Cyro & Dario.
plebũt faciẽ orbis †ciuitatũ, & conſurgã
a Filios ſcilicet Nabuchodonoſor.
ſuper eos dicit dñs exercituum, & per-
a Vt non nominetur dominus regnorum. b Filios ſcilicet.
dam Babylonis nomen & reliquias, &
a Ne iſta prouideant in vrbibus domini. Vel ait.
†germen & progeniem, dicit dominus.
a Non contentus eſt. b Hic etiam cætera monſtra intellige.
Et ponam eam in poſſeſſionem hericij,
3.Reg.6.a d *Super muros*. Non ædificatos quadro lapide, ſicut templum Dei, in quo ſic lapides poſiti ſunt, vt nec malleus auditus ſit nec ſecuris.

e *Suburbana Eſebon*. Omnes cogitationes eorum (quod ſignificat Eſebon) nõ pertinẽt ad ciuitatem Dei. de qua: Fluminis impetus lætificat ciui. Dei. Sed ſuburbana ſunt, vt ad vrbem domini pertinere credebantur.

Pſal.45.a f *Sabama*. Attollens altitudinem. Qui in altum ſe erigit, & ſuperbiæ turrim vſque ad cęlum extruere cupit, præcipuè comburitur Sabama. Non ſolum extollens altitudinem, ſed etiam conuerſio aliqua: quia videtur in regione Moabitica ad domini ſeruitutem aliqua ex parte velle conuerti. Domini ergo gentium, vineæ Sabama exciderũt flagella.

†arua g *Errauerunt*. Luſtrantes vniuerſam terram Moab.

h *In deſerto*. Vt tandem quos interficerent, non haberent.

†plantatio nes optimas i *Prop*. Metaphoram vineæ proſequit.

k *Tran.mare*. Vt mirabilia dñi viderent in profundo tẽtationũ liberati ex eis.

Deut.32.e l *Vine*. Vinea Moab, ex vicinia loci talis eſt, qualis Sodoma. vnde: De vinea Sodomorum vinea eorum.

†vires optimas eius m *Sabama*. Qui ſe extollit contra ſententiam Dei.

F n *De Car*. Carmelus mons eſt inter 3.Reg.18.g Phenicem, & Palæſthinam imminens Ptolomaidi, in quo Elias orauit. Et ponitur ſæpe pro qualibet fertilitate. Vnde & hic: Auferetur lætitia & exul. de Carmelo, ideſt fertilitas in qua lætabãtur Moabitæ.

o *Exul*. Quia ſpiritualis circuncisionis notitiam ſe habere iactant hæretici.

p *Ve*. Ne draconis venena inde exprimantur, & bibentes interficiantur.

q *Venter meus*. Prophetæ, qui tanquam cithara muſica arte compoſitus, & de Dei timore concipiens, multos liberos generat, vt omnia chorda ſonum ſuũ reddat.

a *Et*

a quod iuſtum eſt. † Audiuimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde. Superbia eius & arrogantia eius & indignatio eius pluſquàm fortitudo eius. Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuerſus vlulabit. †His qui lætantur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas: quoniam † ſuburbana Eſebon deſerta ſunt. Et†vineam Sabama domini gentium exciderunt: †flagella eius uſque ad Iazer peruenerunt: errauerunt in deſerto propagines eius, † relictæ ſunt, tranſierunt mare. † Super hoc plorabo in fletu Iazer, & vineam Sabama: Inebriabo te lachryma mea Eſebon & Eleale, quoniam ſuper † vindemiam tuam, & ſuper meſſem tuam † vox calcantium irruit. Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit, neq; iubilabit. Vinũ in torculari non calcabit, qui calcare conſueuerat: vocem calcãtium abſtuli. † Super hoc vẽter meus

l Quo.ſuburba. *Nomen eſt ciuitatis famoſæ in terra illa*.

m Deſerta ſunt. *A ſuis habitatoribus inde fugientibus*.

n Et vineam Sabama. *Ciuitas erat in Moab abundans in vineis*.

o Domini gentium excide. *ideſt Aſſyrij primò, & poſtea Babylonij. Et dicuntur vtrique domini gentium, quia temporibus ſuis multas gentes ſubiecerunt ſuis dominijs*.

G

p Flagella eius. *ideſt palmites, quæ vulgariter vocantur flagella. & ſic eſt in Hebræo: tamẽ accipiuntur hic palmites metaphoricè, pro populo illius ciuitatis quæ abundabat in vineis vt dictum eſt*.

q Vſque ad Iazer peruenerunt. *Fugiendo aduerſarios*.

r Errauerunt in deſerto. *Homines enim præ timore fugientes de facili errant propter mentis perturbationem*.

s Propagines eius. *i. viri fortes*.

t Relictæ ſunt. *ſ. à Deo tanquam inutiles*.

u Tranſierunt mare. *ideſt Euphratem, ducti in captiuitatem ad terram alienam. Et vocatur hic fluuius Euphrates mare, propter eius magnitudinem, ſecundum morem Hebraici ſermonis, quo congregatio aquarum mare vocatur, ſecundum illud Gen. 1.a. Congregationesq; aquarum appellauit maria*.

x Super hoc plorabo. *Hoc dicit propheta compatiens populo Moab ratione ſupradicta*.

y In fletu. *ideſt veraciter, & non fictè compatiens*.

z Iazer. *Eſt nomen ciuitatis in Moab*.

a Et vineam Sabama. *ideſt ſuper Sabama ciuitatem, vineis abundantem, quia illa ciuitates fuerunt deſtructæ. Et eodem modo exponitur quod ſubditur*,

b Inebriabo te. *Eſebon & Eleale ſunt nomina ciuitatum in Moab. Et cauſam ſuæ compaſſionis ſubdit*:

c Quoniam ſuper vinde. *vnde debebas viuere*.

d Vox calcantium irruit. *ſ. hoſtium ſibi rapientium*.

e Et auferetur læti. *Locus eſt in Moab fertilis in vino, & blado*.

H

f Et in vineis non exultabit. *Quando enim vindemia eſt abundans & meſſis, & colligitur pacificè, homines exultant & cantant: & ideo quando ab aduerſarijs partim occiduntur, & partim fugantur, & meſſis & vindemia ab aduerſarijs capitur, tunc habetur materia triſtitiæ & ploratus*.

g Super hoc venter meus. *ideſt mens mea*, *eo modo*

## NICOL. DE LY.

a Audiuimus. *Quia ſecundum expoſitores Hebraicos & Latinos Moabitæ non fecerunt ſecundum monitionem Iſaiæ de conſeruãdo fugitiuos de populo Iſrael: ideo non euaſerunt pœnam comminatam: & ad hoc deſignandum reuertitur hic propheta ad deſcribẽdum eorum pœnam & culpam. Et primò prædicit exterminium, ſecundò excludit eorum remedium, ibi: Et erit. Circa primum dicit: Audiuimus ſuperbiam Moab. per famam volantẽ*.

†celeuſma

b Super. eius. *In factis*.

c Et arrogan. eius. *In verbis*.

d Et indigna. eius. *In exterioribus ſignis*.

e Plus qua forti. e. *Eſt enim modus ſuperbi plus æſtimare de ſe, quam ſit in veritate*.

f Idcirco. *i. propter iſtam ſuperbiam*.

g Vlulabit Moab ad Moab. *Quærentes ab inuicem auxilium, & non inuenient*.

†Ier.48.c h His qui lætan. ſuper mu. *Tales enim muri fiebant antiquitus, ſcilicet de lateribus coctis, & in fortitudine talium murorum gloriabantur Moabitæ*.

i Loquimini. *O vos prophetæ*.

k Plagas ſuas. *ideſt miſerias eis ſuperuenturas*.

l Quo.

## MORALITER.

a *Audiuimus ſuperbiam Moab*. Hic ponitur expoſitio myſtica, quantum ad Moabitas per quos ſignantur Iudæi, vt dictum eſt capite præcedenti. Sic ergo dicitur. Audiuimus ſuperbiam Moab. ideſt Iudæorum primò Chriſtum eis miſſum deſpiciendo & crucifigendo. & ſecundò Romanis rebellando, vt dicit Ioſephus libro de Iudaico bello.

g *Vlulabit &c*. per quod deſignatur contentio Phariſæorum, & Saducæorum de reſurrectione mortuorum, vt habetur Actu. 23.

h *His qui lætantur ſuper muros cocti lateris loquimini plagas &c*. Ex confidentia namq; fortalitiorum rebellauerunt Romanis.

l *Quoniam ſuburbana Eſebon deſerta &c*. Per iſta loca ſignantur Iudææ ciuitates deſertæ per Romanos.

g *Super hoc venter meus &c*. Gemendo per compaſſionem, ſicut in cithara cantatur lugubre carmen; licèt enim deſtructioni Iudæorum parum aut nihil eſſet compatiendum, tamen compatiendum erat ſanctitati locorum, in quibus Chriſtus fuerat conceptus, natus, oblatus & ſepultus: propter quod Chriſtus præuidens hanc deſtructionem fleuit per compaſſionem. Luc. 19.g. Videns Ieſus ciuitatem ſanctam fleuit ſuper illam, &c.



a *Et viſce.m*. Sicut cithara ſonum cõpoſitum non emittit, ſi A vna chorda rupta fuerit, ſic ſpiritualis venter prophetæ, ſi vna chorda virtutũ defuerit, dulce melos nõ reſonabit, nec ad lateritiũ murũ cunctis clamabit viſceribus. Philoſophorũ quoq; ſnia eſt, hærere ſibi inuicẽ virtutes. Et Iacobus: cui vna deeſt, deſunt omnes.

Iacob.2.d

b *Sancta ſua*. Ad ſancta. ſ. eccleſię, q̃ conabitur ſua facere, non præualebit: non enim ſtatim perfectè virtutem capimus.

†ad Cir hares. c *Non vale*. In eis. ſ. nõ inueniet auxilium, in quibus ſperabat. & ſic apparuit, quia incaſſum colebat.

d *Hoc ver*. In proęmio. ſ. vbi dicitur: Onus Moab. Ex tũc, ex quo ſcilicet loqui cœpit, vt omne quod dixit, vnum verbum, id eſt vna ſententia ſit. Hoc verbum, proęmium reddit epilogum. Quod enim ibi cęperat, hic eſt completum.

e *In tr.a*. Q. Sicut pauci racemi remanẽt poſt vindemiatores, ita ex multitudine Moab pauci effugient hoſtes. In tr.a. prophetia contra Philiſthæos & Moabitas, mortuo Achaz, cępit dirigi, quia ex tũc tertio anno Moabitæ fuerunt vaſtati, acſi diceret: Sicut mercenari⁹ expectat finẽ anni, vt recipiat mercedẽ operis, ſic Moab poſt tres annos delebitur ab Aſſyrijs. Põt & de Babylone intelligi, quia poſt captam Ieruſalẽ tertio anno à Chaldæis vaſtãda ſit, vel qđ in tribus annis nulla requies ſit danda eis. Sicut miſericordia Dei in pondere eſt & menſura, ſic in Iudęis cruciatus & ſuppliciũ: vt cum tres anni trãſierint, quibus relinquetur paruus & modicus, in glorius eſſe deſiſtat. Moab igit qui externus erat, nec de populo Dei, ſed relicto errore conuerſus, tribus annis tantum paruus & modicus & in glorius relinquitur. de quibus: Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.

Pſal.76.b

B f *Mercenarij*. Falſa doctrina omnia lucri cauſa facit. Mercenarius enim videt lupum venientem, & fu. Et ideo dictũ eſt: Aduenam & mercenarium ſacerdotem de ſanctis non comedere, ſed ſeruos ſanctorum eſſe participes: quia non ꝑ dilectione dñi, ſed pro mercede cuncta faciunt, vt lanis veſtiantur, & lac mulgeant. Similiter, qui facit eleemoſynam, vt laudetur ab hominibus, recepit mercedem ſuam: quia mercenarius eſt. Qui caſtum ſe ſimulat, habens aliud in corde, ſupplicia peccatoris recipit. Ideo in comparatione duorum malorum leuius peccatum eſt apertè peccare, quàm ſanctitatem ſimulare.

a ad Moab, quaſi cithara ſonabit: & viſcera mea † ad murum cocti lateris. Et erit: cùm apparuerit quod † laborauit Moab ſuper excelſis ſuis, ingredietur ad ſancta ſua, vt obſecret, & non valebit. Hoc verbum quod locutus eſt dominus ad Moab ex tunc: & nũc locutus eſt dominus dicens: In tribus annis quaſi annis mercenarij auferetur gloria Moab ſup omni populo multo, & relinquetur in eo ſicut racemus paruus & modicus, nequaq̃ multus.

*tatibus clauſis talibus muris, vt ſuprà dictum eſt*.

C

d Et erit. *Hic conſequenter propheta excludit remedium, dicens: Et e. cum apparu. quod labo. Moab. ſ. in vanum ad defendendum*.

e Super excelſis. *id eſt ad idola in montibus poſita, quæ reputauit ſancta. ideo dicitur hic: Sancta ſua. non ſimpliciter & abſolutè, ſed cum determinatione eius, quod eſt ſua*.

f Vt obſecret. *pro ſua liberatione*.

g Et non ualebit. *quia idola nullam habẽt virtutem adiuuandi*.

h Hoc uer. quod &c. *i. de punitione Moab abſque retractatione*.

i Ex tunc. *id eſt ab æterno, quia ex tunc omnia futura diſpoſuit. Ra. Sa. exponit: Ex tunc. i. ex tempore quo Moabitæ conduxerunt Balaam ad maledicendum populo Iſrael, Num. 22. diſpoſuit Deus hanc pœnã ſuper Moabitas futuram: non tamen intelligit per hoc, q̃ aliqua nouitas ſit in Deo, ſed quia illud factum fuit diſpoſitiuum ſeu meritoriũ reſpectu pœnæ, quæ hic deſcribitur*.

† laſſatus fuerit

K Et nunc. lo. eſt do. *ſcilicet per me prophetam ſuum dicens*:

l In tri. an. *Aliqui numerant iſtos tres annos à morte Achaz. Sed hoc nõ videtur verum: quoniam vaſtatio Moabitarum fuit poſt deſtructionẽ regni Iſrael, vt patet ex ſupradictis. Samaria verò metropolis in regno Iſrael fuit capta et populus captiuatus ſexto anno Ezechiæ. 4. Reg. 18. & per conſequens ſexto anno poſt mortem Achaz: et ideo alij numerãt à captiuitate regni Iuda. Ra. Sa. autem exponit aliter dicẽs, quod Salmanaſar tribus annis pugnauit contra Samariam, & tandem eam cœpit. 4. Regũ. 18. & in ſuo exercitu erant Moabitæ ſtipendiarij. & ſic exponit quod dicitur hic: In trib. annis. i. pro tribus annis, quibus Moabitæ cum Salmanaſar impugnauerunt filios Iſrael*.

m Quaſi anni mercen. *i. anni qui fuerunt Moabitis quaſi mercenarij, eò quod pro ſtipendijs erant ibi*.

n Auferetur gloria Moab. *per vaſtationem terræ ſuæ. q. d. illud factũ eorum in tribus annis dictis fuit cauſa punitionis ſuæ à Deo, & ſic per hoc qđ dicitur hic in tribus annis, non præfigitur tempus ſuæ punitionis, ſed aſſignatur eius cauſa partialis, quia conductio Balaam prædicta, & iſta impugnatio populi Iſrael concurreret ad hoc: & etiam Moabitarum ſuperbia, vt dictum eſt*.

D

o Et relin. *quia pauci de Moabitis effugerunt manus vaſtatorum: vel quia aliqui pauci vel pauperes à vaſtatoribus fuerunt dimiſſi pro cultura terræ, ſicut Nabuzardan deſtructa Ieruſalem duxit populum repatationis in Babylonem, et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas, vt habetur Iere. vltimo*.

## NICOLAVS DE LYRA.

*eo modo loquendi, quo dicitur de aliquo parum literato: Parum habet in ventre*.

a Ad Moab quaſi cithara ſo. *emittendo vocẽ lugubrem gemitus, ſicut in fletu mortuorum aliquando cantabatur carmen lugubre in cithara*.

b Et uiſcera mea. *mouebuntur per compaſſionem*.

c Ad murum cocti late. *id eſt ad Moabitas qui habitabant in ciuitatibus*

*In cap. 16. vbi dicitur in poſtil. Extunc, id eſt ab æterno: quia extunc omnia futura diſpoſuit*.

## ADDITIO.

Expoſitio Ra. Sa. uidetur irrationabilis. Tum quia Deus uſq; ad tertiam & quartã generationem punit peccata patrum in filios, ut patet Exo. 20. & ideo iam tranſierant multò plures generationes à tpe conductionis Balaam, ut manifeſtum eſt. Tum quia alia peccata hic expreſſa ſufficiunt ad promerendam talem punitionem, ſ. pugnatio filiorum Iſrael fugientium, & etiam ſuperbia ipſius Moab, quæ maximum peccatum eſt. unde quod dr: Extunc melius exponit̃ ſecũdum poſtil. ſ. ab ęterno, i. ſecundum diuinam pręſcientiã.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XVII.

Onus Damaſci. Ecce Damaſcus. Damaſcus metropolis Syrię, quam condidit Eliezer ſeruus Abraham, cuius rex Raſin ſemper præbebat auxilium decem tribubus contra Iudam. Ideo ſpiritusſanctus minatur ei captiuitatem per Iſaiã. Per eam autem, totã intelligimus prouinciam. Damaſcus ſugens ſanguinẽ vel bibẽs, vel ſanguinis oſculum, quia ibi occidit Cain Abel, vel ſanguis cilicij. Hi enim qui multũ ſanguinem fundebant, pęnitentiã agere debuerant: quod ſignificatur per cilicium. Sed quia non egerunt pœnitentiam, captiuati ſunt.

a *Aroer*.

## CAP. XVII.

Onus Damaſci. Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas, &

## NICOL. DE LYRA. CAP. XVII.

Onus Damaſci. *Hic ponitur punitio Syrorum, populum Iſrael ad peccatũ inducentium, quia Phacee rex Iſrael fuit confœderatus regi Syriæ, vt dictum eſt ſupra. c. 7. & ſicut communicauit ei in amicitia, ita & in idololatria. Similiter Achaz rex Iuda fecit ſibi fieri altare holocauſtorum in Ieruſalem ad ſimilitudinem altaris quod erat in Damaſco, vt habetur. 4. Reg. 16. Diuiditur autem præſens cap. in tres partes: quia primò deſcribitur punitio Syrorum, filios Iſrael ad peccatum trahentium. ſecundò, filiorum Iſrael in ipſis cõfidentium, ibi: Et erit. & tertiò Aſſyriorũ vtroſque vaſtantiũ, ibi: Væ multitudini. Circa primum dr: Onus Damaſci. i. punitio Syriæ à Deo fuiſſe, q̃a Damaſcus erat metropolis in Syria. Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciui-*

## MORALITER.

a *Onus Dam*. In hoc ca literaliter intellecto deſcribitur punitio Syrię, ꝑ Damaſcum eius metropolim intellectę, ꝑ hoc q̃ Iſrael ad peccatũ idololatriæ pertraxit, & punitio Iſrael, q̃ in hoc ſibi cõſenſit, & punitio Aſſyriorũ qui captiuauerunt utroſq;, tñ iniqua uoluntate. Moraliter ꝑ Damaſcũ, q̃ ſanguinẽ bibẽs interpretat̃, ſignat̃ quilibet, q labore & ſanguine ſimpliciũ nutrit̃ & potat̃, ſicut eſt malus dñs ꝑ tyrannidẽ, & quilibet deceptor ꝑ fraudẽ, uſurarius ꝑ cupiditatẽ. Per Iſrael aſſentiens Damaſco ſignantur miniſtrantes prædictis in opere malo. Per Aſſur qui captiuauit utroſq;, ſignatur princeps ſuperior malus, qui ſpoliat multos ſua cupiditate & poteſtate.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Aroer.* Myrica quæ eſt arbor infructuoſa naſcens deſertis & † ſalſoſis locis. Q. Oēs in Syr. infructuoſi erunt & deſolati. Alij dicunt ex hac arbore maleficis artibus odia concitari.

† ſaxoſis

b *Reliquiæ.* ironicè. Pro ignominia. Q. Sicut filij Iſrael in captiuitatem ducti ſunt, quia ſpem ſuam nō in Deo, ſed in hominibus poſuerunt: Sic Syri qui promittebant auxilium eis, vt ſeparent illos à cultu Dei, quod & fecerunt: ambo ergo captiuati ignominioſè.

c *Et regnum.* Vt peccatum non regnet in ea, quæ prius ſanguinem diligebat.

† munitio

d *Et e.* Cū Syria vaſtata fuerit ab Aſſyrijs, & Damaſcus deſierit eſſe ciuitas. Tres ſimilitudines, ſentētia penè vna. Sicut enim rariſſimæ ſpicæ manus fugiunt metentium, & pauci racemi (q à remanendo dicti) manus vindemiatorum, & paucæ oliuæ remanēt poſt excuſſionem oleæ, ſic pauci remanebūt in Damaſco & in tota Syria, primum venientibus Aſſyrijs, & poſt Chaldæis. Sub captiuitate enim Aſſyria, pauci qui terrā excolerent remanſerunt. Alij in Cyrenem trāſlati, quę eſt regio vltra Aegyptum.

Racemi

e *Emarceſcet.* Non habebunt prophetas nec ſigna, nec virtutes, nec regnū, nec ſacerdotium; ſed omne corpus gentis marceſcet.

f *In meſſe.* De gentibus dicitur: Meſſis quidem multa, op. aūt pau. Illi verò pauperes, meſſis reliquias quæ per apoſtolos ſaluatę ſunt, & rariſſimas ſpicas legunt. Nec in mōtibus, ſed in valle Raphaim i. in humilitate, literæ veritate, Raphaim enim gigantes ſonat.

Matt. 9. d.

F

g *Sicut excuſſio.* Percuſſo populo Iudęorum, oliua quę ſub Moyſe ſexcenta milia armatorum habuerat, & ſub Dauid numerante Ioab innumerum populum, vix paucos fructus ſaluatori obtulit.

Num. 1. d. & 26. g. 2. Reg. 24. b. Act. 2. e. & 13. a.

h *Duæ* Pauli & Barnabæ. Et trium Petri, & Iacobi & Iohannis, qui in monte tranſfiguratum dominum conſpexerunt, & Archiſynagogi filiam ſuſcitari viderunt.

Matt. 17. a. Mar. 5. d. Act. 1. d.

i *Sine quat.* Hi ſunt reliqui nouem, in quibus Iudæ proditoris Matthias locum obtinuit. Hi pro diuerſitate gratiarū nobis ignoti, in quatuor aut in quinq; ſeparati ſunt, vt euangeliorū numerum & legis in ſe volumina demonſtrarent, tanquam prædicatores vtriuſque teſtamenti.

k *In die il.* Q. dominus eſuriēs vix paucas oleas reperit in populo Iudæorū, & ſubintrauit plenitudo gentium. Reliquiæ decem tribuum, quæ poſtquā maxima pars in aſſyrios eſt captiuata, propter idolola quæ colebant, vnum in Dan, alterum in Bethel, Ezechię regis literis commonitæ, ad dominum conuerſæ ſunt, & ad templum Dei in Ieruſalem, venerūt. ſicut legitur in Paralipomenon, & idola abiecerunt.

2. Par. 30. a.

l *In die.* Irruentibus Aſſyrijs, & vaſtantibus non ſolum Damaſcum, ſed & terram .x. tribuum.

m *Aratra.* Amorrhæorum. Hoc contra .x. tribus. Q. Sicut olim venientibus filijs Iſrael, relictis aratris fugerūt Amorrhæi, ſic modò .x. tribus venientibus Aſſyrijs.

n *Plantationem f.* Plantatio fidelis, eſt quando quis plantat & colit, & fructum colligit. Plantatio infidelis & germen alienum, quando alienus colligit. Omnis plantatio quam non plantauit pater meus, eradicabitur.

Matt. 15. b.

¶ a *Germen alie-*

---

a ¶Grex fidelis de multis collectus. b ¶Vinorum. c ¶Iudæorum exercituum.

erit ſicut aceruus lapidum in ruina. Derelictæ ciuitates Aroer

a ¶Ita euerſa. b ¶Ab hominibus. c ¶Regio Syriæ in qua plures ciuitates. ¶Mirica.

a ¶Infructuoſa: ¶Scilicet eccleſiaſticis. b ¶In paſcua. c ¶Mente pacata.

gregibus erunt, & requieſcēt ibi, & non erit qui exterreat. Et ceſ-

a ¶Tanta ſolitudo erit, vt nec latro timendus ſit. b ¶Quia dominus inter eos, præſente paſtore non timebunt lupos.

a ¶Damaſci. ¶Dei. b ¶Scribis & Phariſæis, qui contrarij populo Dei.

ſabit † adiutoriū ab Ephraim, &

a ¶Ceſſabit. b ¶Eorum qui de gentibus crediderunt.

regnum à Damaſco: & reliquiæ

a ¶Scilicet, ſicut prius fuere filij Iſrael regno Iudæis ablato & gentibus tradito.

Syriæ ſicut gloria filiorum Iſrael

a ¶Per prophetas ſ. promiſſi.

erūt, dicit dominus exercituum.

a ¶Tunc. b ¶Syria & Damaſcus in quibus gloriabuntur.

Et erit ī die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis ei' emarceſcet. Et erit ſic vt congregans in meſſe quod reſtiterit, & brachiū eius ſpicas leget. Et erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim: & relinquetur in eo † quaſi racemus, et ſicut excuſſio oleæ duarum aut trium oliuarum in ſummitate rami, ſiue quatuor aut quinq;, in cacuminibus eius fructus eius, dicit dominus

a ¶Gloriosū enim in toto orbe erunt. ¶Fortitudo fiducia eius: b ¶Id eſt Iudæorum. c ¶Aliàs pingues eius carnes marceſcent, ſed falſo.

¶Hoc ſcilicet.

a ¶Qui ſaluati fuerint. b ¶Et ger.

a ¶Qui mentiri neſcit. b ¶Qui ſaluator eſt Iudæorum.

a ¶Deleta Damaſco & Syria. b ¶Humiliabitur.

Deus Iſrael. In die illa † inclinabitur homo ad factorem ſuum, &

a ¶Gentilis conuerſus. b ¶Deum, & idola abiecerunt.

¶Templum.

oculis eius ad ſanctum Iſrael reſpicient, & non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius, & quę operati ſunt digiti eius: nō reſpiciet lucos & † delubra. In

¶Idolorum.

a ¶Qui relictus fuerit. b ¶In quibus ſacrificare conſueuerant.

a ¶Robuſtę.

die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ ſicut † aratra: & ſegetes quę derelictę ſunt à facie filiorū Iſrael. Et eris deſerta, quiā

¶Iſrael. a ¶Ab hominibus timore Romanorum.

a ¶Ab Amorrhæis. b ¶Vmpere.

a ¶Plebs. b ¶Exmerito.

a ¶Vnde: Iſrael me non cognouit &c. ¶Q. Hęc eſt cauſa omnium malorum. b ¶Qui te eduxit ab Aegypto. ¶Quem tibi lex & prophetę prænuntiabant. c ¶Contra ferociſſimas gentes.

oblitas es dei ſaluatoris tui, & † fortis adiutoris tui nō es recordata.

a ¶Quia oblita es. Ironia. Q. An propterea. b ¶Prędicans verum Deum.

Propterea plātabis plātationem

---

NICO. DE LYRA. G

¶ eſſe ciuitas. ſ. notabilis, vt exponunt aliqui, eò quod Theglathphalnaſar qui interfecit Raſin regem Syriæ, non legitur eam deſtruxiſſe. Sed illud quod ſubditur, videtur repugnare: & erit ſicut aceruus lapidum in ruina, & ideo dicendum, quod Damaſcus fuit deſtructa per Theglathphalnaſar, vel aliū ſibi ſuccedentem, & poſtea reædificata, ſicut de Ieruſalem legitur, quòd fuit bis deſtructa, & bis reædificata.

a Derelictæ c. Aroer. nomen eſt regionis in regno Syriæ, in qua ſunt plures ciuitates. Aroer autem prout eſt nomen vnius ciuitatis, eſt in Iudæa.

b Gregibus erunt. ſcilicet gregibus aduerſariorum.

c Et requieſcent ibi. & non erit qui exterreat. ſ. de Syris: quia populus Syriæ fuit trāſlatus Cyrenem, vt habetur Amos. 1. Et quia Syri erant confœderati regno Iſrael, vt dictū eſt ſuprà. 7. ca., ideò ſubditur:

d Et ceſſa. adiutorium ab Ephraim. id eſt à regno Iſrael nominato ab Ephraim, eò q Ieroboam primus rex fuit de illa tribu.

e Et regnum à Damaſco. eò quod nomen regium fuit ablatum per Theglathphalnaſar.

f Et reliq. Syriæ. id eſt iſti & illi captiuabuntur paucis euadentibus fugiendo, & ſic factum eſt: quia ſicut Theglathphalnaſar captiuauit populum Syriæ, ſic Salmanaſar regnū Iſrael, vt habetur 4. Regum.

g Et erit. Hic conſequenter deſcribitur punitio regni Iſrael, eò quod confidebat de adiutorio Syrorum, pluſquam de Deo, & ad eorum idololatriam trahebatur. Et diuiditur in tres partes, quia primò propheta denuntiat punitionis effectum, ſecundò, eius fructum, ibi: In die illa inclinabitur. tertiò, redit ad denuntiādum deſtructionem regni Iſrael, ibi: In die illa ciuitates. Circa primum dicitur: Et erit in die illa &c. id eſt regni Iſrael. & hoc per deſtructionem Syrorum, de quorum confidentia gloriabatur.

† Tranſ- cut Damaſ-

H

h Et pinguedo carnis eius emarceſcet. id eſt diuitiæ eius deficient. Vnde de aliquo diuite homine dicitur communiter, quod eſt pinguis: & hoc fuit quando Salmanaſar cepit Samariam, & populum captiuauit, & ſic diuitias regni ſibi rapuit.

i Et erit ſicut congregans. id eſt pauci de populo Iſrael euadent, ſicut ſpicæ remanentes poſt terga metentium paucæ ſunt.

k In valle Raphaim. Locus eſt in Iudæa, vbi Philiſthæi venerunt ad pugnandum contra Dauid. 2. Regum. 5.

l Et relinque. in eo. qui remanet poſt vindemiatores.

m Et ſicut excuſſio oleæ. Eſt autem oleæ fructus oliua. Per iſta intelligitur, quod pauci numero euaderent manus Salmanaſar, ſicut poſt vindemiatores remanent pauci racemi, & paucæ oleæ poſt excuſſionem oliuarum.

† in- nes

n In die illa. Hic oſtenditur huius punitionis fructus, quia illi qui euaſerunt fugiendo, poſtea venerunt in regnum Iuda ſub Ezechia rege, & ſeruierunt domino idolis dimiſſis. & hoc eſt quod dicitur: In die illa. ſcilicet ad dominum. & patet litera ex prædictis.

† vi- & ſe- derel- ſunt.

o In die illa. Hic redit propheta ad denuntiandum deſtructionem regni Iſrael, dicens: In die illa erunt, ſcilicet Samaria & aliæ ciuitates munitæ.

† per- tinaci- tæ

p Derelictæ. ab habitatoribus ſuis in captiuitatem ductis.

q Sicut aratra & ſegetes. quia ſicut filij Iſrael non potuerunt defendere ea quæ erant in campis, ita nec ſeipſos in ciuitatibus murâtis. Et huius deſtructionis cauſa ſubditur: Et eris deſerta, quia oblita es Dei ſaluatoris tui & cætera.

r Propterea plantabis plantationem fidelem. ſecundum expoſitores noſtros propheta irriſoriè hoc dicit, eò quod ſubditur:

¶ a Et Germen

---



a *Germen alienum.* Non recipiens patrem, quia non recipis filium: qui enim credit in patrem, credit in filium. Germen alienum, blaſphemiæ contra Chriſtum.

A

b *Mane ſemen tuum.* Cum. ſ. viſum fuerit germen & aliquā vmbram hēre pietatis, dum hoīes ab idololatria retrahis. Cū ad fructū colligēdum veneris, dolebis, cernens populū gentiū tibi prælatū. vñ: Triſtitia eſt mihi magna, & cōtinuus dolor cordi meo. Volebāt enim omnes ſancti cū ramis oleaſtri radicem ſaluari.

Ioh. 3. d.

Rom. 9. a. † pulchrā ſemen † In die plātationem tuam creſcere facies, & mane ſemen tuum germinare facies: at eo die quo colligendus erit fructus, habebis infirmitatē & dolores lāgentis

c *Væ m.* Sēnacherib & exercitui ei', quē congregauerat contra populū Dei, minat' ſermo propheticus. Cū tanta eū multitudine venit, vt ſonitus eius cōparetur ſonitui maris. Vę mul. Dixit gētiū vocationē, Iudeorū abiectionē, & ī paucis electiōnē. Sed quia de gētibus multi vocati, pauci electi, nec oīum eſt fides, incredulis gētibus vę pdixit, q pſecuti ſunt populū Dei, qui comparantur frementi mari, cuncta opprimere & occupare cupienti.

d *Rapi.* Raptus eſt à Ieruſalē, quando cū paucis fugit in Niniuem. De mundo raptus eſt, quādo à filijs ſuis citò occiſus eſt, vt patet.

e *Hæc eſt pars eo. qui.* Propheta ex perſona Iſrael: Q. Sic ſolet Deus beare inimicos noſtros.

NICO. DE LYRA.

¶ a Et germ. alie. ſ. à fide & moribus.

b Semina. Et ad hoc concordat quod ſubditur;

c In die tem. t. lu. i. vitis ſylueſtris & inutilis. Et per iſta deſignatur populi Iſrael malitia. Ra. Sa. aliter exponit dicēs, quod propheta hic loquitur de præterito per modū futuri, cum dicitur: Propterea plantationē fidelē, quia populus Iſrael fuit plantatus in ſanctis patriarchis, ſed poſtea declinauit ad idololatriā, ideo ſubditur: Et ger. alie. ſe. In die plan. t. i. receptionis legis diuinę in monte Sinai, qa dominus plantauit Iſrael tanquā vitem ſpecialē per legis dationē, ita quod plātatio

B

---

a ¶Sed hoc non, potius. b ¶Quod hoſtis colligat. c ¶In ſynagoga ſatanæ.

† fidelem, † germen alienum ſeminābis. † In die plātationis tuæ labruſca,

a ¶Ideo. b ¶Q. quia oblita es domini ſalu. tui. ¶Pro vite optima naſcetur labruſca.

a ¶Id eſt primum ſemen tuum pulchrum erit, & deficiet cum maturuerit: vel ante tempus florebit, & ideo non valebit. b ¶Ab hoſtibus, vel ſicut dictum eſt.

& mane ſemen tuum florebit. Ablata eſt meſſis in die hæreditatis, & dolebis grauiter. Væ multitudini populorum multorum, † vt multitudo maris ſonantis, & tumultus turbarum,

a ¶Cum deberet in horreum recondi. b ¶Gratiarum ſpiritualium. ¶Ideo.

a ¶Qui ſeminauit. vo. pau. ele. b ¶Perſequenti. ¶Quia multi c ¶Viuentium cum Sennacherib.

a ¶Aquæ multæ, populi multi. b ¶Contra ſanctos. ¶Vere conſona imperatiſſ.

ſicut ſonitus aquarum multarum. Sonabunt populi ſicut ſonitus aquarum

a ¶Venientes cum Sennacherib.

a ¶Dominus occidendo exercitum. b ¶Autorem ſeditionis diabolum. ¶Sennacherib dominum tanti exercitus.

inundantium, & increpabit eum, &

a ¶A populo Dei. ¶In Niniuen. b ¶Vt religetur in abyſſo. ¶Ab Ieruſalem, vel de mundo. ¶Tanto fortius quanto excelſius.

fugiet procul. Et rapietur ſicut † puluis mōtium à facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate. In tempore veſperi, & ecce turbatio: † in matutino, & non ſubſiſtet. Hæc eſt pars eorum

a ¶Separatus a populo Dei. ¶Qui de terra conſurgit.

a ¶In extrema parte noctis. b ¶Conſummationis.

a ¶Multitudinis angelo percutiente. ¶Ex conſcientia peccati. b Similiter turbatio. ¶In die reſurrectionis.

a ¶Exercitus. ¶LXX. Non erit. Quomodo ergo pœnitebit, & archangeli cum faſtigium obtinebit? b ¶Vox Chriſtiani populi. ¶Hæc quæ ſupradicta.

a ¶Aeternus interitus. ¶Aeternam damnationem recipient in futuro.

qui vaſtauerunt nos, & ſors diripientium nos.

---

tatio hic accipitur aliter quàm primò. Labruſcam. quia tunc fecit ſibi vitulum conflatilem.

C

d Et mane ſemen t. flo. id eſt ante tempus debitum: & ſic fructu carebit. Hoc modo populus Iſrael glorians de confidentia Syrorum inconuenienter effloruit. & ideo pœna ſecuta fuit, vt prædictum eſt, ideo ſubditur:

e Ablata eſt m. ſ. Iſrael ab Aſſyrijs.

f In die hæ. Hebræi dicunt: In die infirmitatis, quia virtus populi Iſrael tūc fuit infirmata & annihilata, ideo ſubditur: Et dolebit grauiter. Secundum autem tranſlationem noſtram ſic exponitur: In die hæreditatis. i. tempore quo debebat colligi meſſis, & recondi in horreis, & ſicut hæreditas poſſideri.

g Et dolebit gra. ſcilicet Iſrael ex malis ſibi illatis. Cauſa autem diuerſitatis huius literæ eſt: quia dictio Hebraica quæ ponitur hic, ſcilicet נחלה vabelah æquiuoca eſt ad infirmitatem & hæreditatem.

h Væ multitudini. Hic deſcribitur punitio Aſſyriorum, regna Iſrael & Syriæ vaſtantium, cùm dicitur: Væ multitudini populorum multorum. qui venerunt cum Sennacherib contra Ieruſalem. Et ponitur hic væ, pro vere, quia idem importanti in propoſito.

† ſicut fremitus marium ſonabunt.

i Vt multitu. ma. ſo. In proceſſu enim exercitus fit magnus tumultus ex colliſione armorum & motu curruum & ſonitu buccinarum, & maximè quando exercitus eſt valde magnus, qualis erat exercitus Sennacherib.

K Et increpa. eum. per angelum tuū percutiendo eius exercitum. 4. Regum. 18.

† plama

l Et fugiet procul. quia Sennacherib viſa plaga cum paucis fugit ad terram ſuā valde velociter, ideo ſubditur: Et rapietur ſicut puluis montium.

m In tempore veſperi & ec. tur. quia percuſſio dicta facta fuit de nocte, quæ incipit à veſpere.

† priuſquā mane

n In matu. & non ſub. quia Sennacherib in mane videns plagam ſui exercitus fugit, vt dictum eſt. Et concludit propheta.

D

o Hæc eſt. id eſt pœna dicta eſt illud quod iuſtè redditur inimicis noſtris.

---

GLOS. ORDINARIA. CAP. XVIII.

Væ terræ. Quia de cæteris perſecutoribus eccleſiæ dixerat, addit de hereticis qui cymbalū dicūtur, charitatē dñi non hñtes. vnde: Si charitatē nō habeā, factus ſum velut æs ſo. & ſicut cymbalum tinniēs. Nec tñ cymbalū, raucū cōcrepās, ſed pp leuitatem ſermonis diſcurrentis, cymbalū alarum quę eſt trās flumen Aethi. oēs enim ſua impietate vincunt. Dicit Epicurus nō eſſe prouidentiā, & voluptatē ſummū bonū, ſed illi peiores q prouidētiam recipiunt & autorē accuſant, quaſi † errando inutilia fecerit.

1. Cor. 13. a.

Epicurus

† errando

a *Væ t. cym. a.* Conuertit iterum ad Aegytū, & vocat eū cymbalū alarū. Nilus enim (q & Geon) fluuius immenſus p Aethiopiā veniens. & p Aegyptū fluēs, hic anteq diuideret magno ſonitu p montana deſcēdēs, ſonitū ſimilē ſonitui alarū multarū grādiū auiū dabat. Ideoq; multitudo illius populi alarū cōparat' ſonitui. Velox quippe & cōcitus auiū volatū ſono cymbali cōparat'. Vel ſimpliciter Nilus citiſſimus ſonitū alarū in modū cymbali hēt. Vel cymbalū alarū, qa ſicut auis citò tranſuolat, ſic citò Nilus fruges generat. Vel per cymbalū alarū, auxiliū & ptectionē, quam duabus tribubus illi pmittebant, accipiamus, ſm illud: Sub vmbra alarum tuarum prot. me. Ideo minatur Aegyptijs, quia ſicut Syri decem tribubus, ita Aegyptij promittendo auxilium Iudæis, timorem domini abſtulerunt eis.

Pſal. 16. b.

¶ a *In vaſis*

NICO. DE LYRA. CAP. XVIII.

Væ t. cym. Rab. Sa. exponit hoc caput de deſtructione exercitus Gog Magog, per regem Meſſiam, quem Iudæi expectant futurum. Sed hæc expo. innititur falſo fundamento, cum aduentus Chriſti tranſierit in præteritum: & ideo expoſitores noſtri dicunt, quod Iſaias incipit hic ſcribere punitionem Aegyptiorū, qui tempore Sedechiæ fecerunt populum de regno Iuda confidere in ſuum auxilium, et ſic rebellauit contra regem Babyloniorum, propter quod captiuatus fuit populus, & deſtructa ciuitas & templum. Sic igitur præſens caput in duas partes diuiditur: Quia primò deſcribitur Aegyptiorum præuaricatio. ſecundò pœna comminatio ibi: Omnes habitatores. Circa primum dicitur:

CAP. XVIII.

¶Aegypto. ſ. quæ in vmbra alarum ſuarum promittit auxilium duabus, ſicut Damaſcus decem tribubus. a ¶Id eſt riuos Nili, qui per Aethiopiam fuit.

Væ terrę † cymbalo alarū, q̄ ē trans flumē Aethiopię, qui mittit ī mari le-

a ¶Hæreticus. ¶Aegyptius populus. b ¶Mundo.

a Vę terrę, ſcilicet Aegypti.

b Cymbalo alarum. Dicitur autem Aegyptus clarum cymbalum, quia rex Aegypti denuntiando regno Iudæ magna promiſſa, faciebat ipſum in vanum confidere ſub alarum ſuarum vmbra.

† in vmbrā ti alijs

c Quæ eſt t. flu. Aethiop. Iſtud flumen eſt Nilus diuidens Aegyptum ab Aethiopia, et per ipſum tranſiuit Alexander magnus de Aethiopia in Aegyptum.

d Qui mittit in mari legatos. id eſt nuntios per mare ad regem Iudæ ipſum aſſecurando.

¶ a In uaſis

MORALITER.

✱ a *Væ terræ.* In hoc ca. & duobus ſequentibus deſcribitur ad literam præuaricatio Aegyptiorum, & punitio eorum in hoc quod fuerūt tribus uicibus debellati, ſemel per regem Babylonis: & hoc deſcibitur in hoc cap. cuius cauſa fuit, quia per literas et nuntios Iudęis auxilium promiſerunt, ſed non impenderunt: et ſic Iudęi ſub eorum falſa cōfidentia fuerunt per Babylonios deuaſtati. Myſticè verò per Aegyptios qui tenebroſi interpretantur, heretici diuerſis erroribus obtenebrati ſignantur. Per Iudęos autem ab Aegyptijs deceptos, ſimplices Chriſtiani ab hereticis decepti deſignantur. Et quia heretici per magnas et falſas promiſſiones decipiunt ſimplices, ideo terra Aegypti per quam heresis deſignatur, cymbalum alarum uocatur, eò quod heretici habent magna uerba, ſed ueritate et pietate uacua. 1. Cor. 13. a. Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem aute non habeā, factus ſum uelut æs ſonans aut cymbalum tinniens. Per conſolationem autem Iudęorum in fine capitis poſitam, cum dicitur:

Myſtice



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *In va.pa.*id eſt in nauibus de papyro factis,quę tantę ſunt magnitudinis ſecundum hiſtoriam Alexandri, vt naues fiãt ex eis. Vel chartis de papyro factis, quas per legatos mittebant. Vel indiculorum capſulis de papyro factis. In vaſis papyri. Qui hæreticorum portãt volumina,rectè vaſa papyri, id eſt chartacea ſuper aquas portare dicuntur,quæ citò delentur. Libri enim vicino humore obſcurantur & delentur, ita doctrina eorum quæ in principio fortis videtur,pertranſit & labitur.

† in naui iuncea

*Anagogicè*

b *Ite angeli.* Allegoricè. Ironicè diſcipulis hæreticorum hæc dicũtur,qui operarij ſubdoli transfigurati in Apoſtolos lucis. Ite ad gẽtem euulſam, à Deo ſcilicet, laceratam morſibus hæreticorum,populum horrendum: nihil horribilius blaſphemia, quæ ponit in cęlum os ſuum. Poſt quem nõ eſt alter. Omne enim peccatum comparatum blaſphemiæ,leuius eſt.

† diuulsã, protractã

c *Gentem expectan. & con.* Omnes enim hæretici ſibi promittunt ingentia: ſed à dęmonibus conculcantur,cuius terram diripuerũt flumina:non de cęlo, ſed de terra. Quæ enĩ terra eſt ad quã turbidus ſermo hæreticorum non perueniat? Itaque omnes qui morantur in orbe terrarum,ad ſignum hæreticorum,quod quaſi in montibus eleuatũ eſt,oculos erigunt, & clãgorem tubę, id eſt doctrinam eorum audiunt.

† Ad montem nominis domini exercituum montem Sion.

d *Ad mon.* Exponit Iſaias ad quam terram nuntios mittãt. Vel, Aegyptij: Q quærentibus nuntijs quò mittantur,exponit ad montem nominis domini exer. Ironicè.

e *Nubes roris.* Grata meſſoribus fatigatis,quibus refrigerium pręſtat,& ſtipulam arentem, facit humectando ſecabilem: ſic ſermo meus contra Aegyptum, gratus omnibus erit in me credentibus, & Aſſyrijs à me eis data victoria.

F

Ioh.15.A. f *Ramuſculi.* Inutiles. Vnde: Ego ſum vitis vera. & pater meus agricola eſt: omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnẽ qui fert fructum,purgabit eum.

g *Et omnes b. t.* Hyperbolicos. Neque enim omnes beſtiæ terræ ſuper eũ hyemabunt. Sed ſignificat, & occiſionem immenſam, & beſtiarum multitudinem maximam ſuperuenturam, quibus æſtate & hyeme cadauera ſufficiant in eſcam.

h *In tempore.* Reuertitur propheta ad populum Iſrael,& promittit eis bona dicens: In t. Q. Vaſtata Aegypto, non ſperabit vltra Iuda in vmbra eius: ſed fidei & bonorum operũ domino offeret munus Quod impletum eſt.lxx anno poſt captiuitatem ſub Zorobabel & alijs ducibus.

¶Nuntios ad duas tribus. ¶Diſcipulos.

a gãtos, & † in vaſis papyri ſuper

¶Qui mittit dicens. b ¶O nuntij mei. c ¶Iſrael.

b aquas. Itẽ angeli veloces ad gẽn-

¶A Deo & partim a terra ſua. b ¶Ab Aſſyrijs.

tem † conuulſam & dilaceratam,

¶Quondam dum Deum habebat protectorem.

ad populum terribilem, † poſt

¶Eius potentiæ comparandus. b ¶Auxilium noſtrum. ¶Vel Dei.

c quem non eſt alius: ad gẽtem ex-

¶A diuerſis gentibus.

pectantem & conculcatam, cu-

¶Reges & principes.

ius diripuerunt flumina terram

¶Exponit. ¶Etiam. a ¶Vbi inuocatum eſt nomen domini.

d eius. Ad montem nominis do-

¶Scilicet.

mini exercituum montem Sion.

¶In perſona Dei. ¶Q. Attendite omnes gentes.

Omnes habitatores orbis q moramini in terra, cùm eleuatũ fue-

¶Victoria Aſſyriorum. b ¶Alias nationibus. ¶Aegyptiorum. c ¶Quæ cogitauerint ſuper Aegyptios. ¶Alias quod cogitauerunt ſuper Aegyptum.

rit ſignum in montibus videbi-

¶Quia. b ¶Incipientibus pugnare Aſſyriis.

tis: & clangorem tubæ audietis, quia hæc dicit dominus ad me:

¶Finem rei.

Ego quieſcam, & conſiderabo in

¶Quæ in eccleſia ſunt. b ¶Cœlo. ¶Eccleſia. c ¶Ita omnia pellustrat vnde: Nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

loco meo: ſicut † meridiana lux

¶Sic dominus ſibi ſeruiens eccleſiæ refrigerat, quo præſente omnia floreſcunt.

e clara eſt, & ſicut nubes roris † in

¶Conſummationem. ¶Maturitatem b ¶Aegyptus.

die meſſis. Ante meſſem enĩ † to-

¶Ante tempora conſummationis. b ¶Ante tempus & ideo inutilis. c ¶Vnde: Quotquot perfecti ſumus hoc ſentiamus.

tus effloruit, & immatura per-

¶Ideo. b ¶Quaſi inutiles. ¶Ne totam maſſam modicum fermentum corrumpat.

fectio germinauit, & præciden-

¶Habitatores. b ¶Aſſyriorum.

f tur ramuſculi eius falcibus, &

¶Ab Aſſyrijs. b ¶A corpore eccleſiæ. ¶A Chaldæis.

quæ derelicta fuerint abſcinden-

¶De terra ſua. b ¶Deuorandi in eſcas.

tur, & excutientur, & relinquen-

¶Quæ iuxta vitam comedunt ſimiliter. b ¶Quibus traditur anima non confitens.

tur ſimul auibus mõtiũ, & beſtijs

¶In proſperis.

terræ: & æſtate perpetua erant ſu-

¶Populum occiſum.

g per eum volucres, & omnes be-

¶Alias illum. b ¶In aduerſitate.

ſtiæ terræ ſuper eum hyemabũt.

h In tẽpore illo deferetur munus,

## NICO. DE LYRA.

¶ a In va.pa.*id eſt in nauibus de papyro factis. Eſt enim papyrus ſpecies iunci ita magni, quod inde poterant fieri nauiculæ, vt dicũt aliqui. Vel vt dicunt alij: In va.p.i.literis in papyro ſcriptis,quas portabant dicti nuntij: videtur tamen mihi quod papyrus non accipitur hic pro iunco realiter, ſed tãtum ſimilitudinariè, ſcilicet pro ligno complanato, ſicut iuncus habet ſuperficiem planam & abſque nodis: vnde & Gen.6.c. vbi dicitur: Fac tibi arcam de lignis leuigatis,id eſt dolatis & complanatis,vt dictum fuit ibidem. In Hebræo habetur: De lignis Goſer. Et iſta eadem dictio ponitur hic. vbi enim nos habemus: In vaſis papyri, in Hebræo habetur: in vaſis Goſer. & ſecundum Hebræos ſignificat iuncum, non tamen realiter ſed ſimilitudinariè accipitur hic & ibi modo dicto. Arca enim Noe, quæ fuit tantæ quantitatis,non potuit fieri de iuncis.*

b Ite an.ve.*id eſt nuntij.*

c Ad gentem conuulſa*m. id eſt ad gentem regni Iudæ, vt patebit ex fine huius partis. Hæc enim gens fuit multipliciter conuulſa & dilacerata, & frequenter,ſcilicet à regibus Iſrael, Aegypti, Syriæ, Aſſyriorũ & Babyloniorum,vt patet.4.Regum.*

d Ad popu-

G d Ad populum terri.*non à poteſtate,ſed à miſeria ſibi ſuperueniente: quia populus cadens in infortunijs & miſerijs,ex ſui conſideratione incutit terrorem alijs,ne ſimiliter eis contingat.*

e Poſt quem non eſt &.*ſcil.miſerabilior.*

f Gentem expe.*ſci.auxiliũ ab Aegyptijs contra regem Babylonis,ſed qa illa expectatio fuit fruſtra, ideo ſubditur.*

g Et c.*ab exercitu Babylonis.*

h Cuius di.flu.*i.impetus aduerſariorum.*

i Terram eius.*Et quæ ſit illa terra,ſubditur:*

k Ad mon.no.do.&c. *quia in Ieruſalẽ erat templum nomini Dei dedicatum.*

*Aegyptiorum punitio*

l Omnes ha.*Hic conſequẽter ponitur Aegyptiorum punitio. Circa quam ſciendum, quod punitio Aegyptiorum poſita in hoc cap. & duobus ſeq. communiter exponitur à doctoribus noſtris de punitione Aegyptiorũ, quæ facta eſt per Aſſyrios: ſed ſaluo meliori iudicio videtur mihi,quod melius exponatur de triplici punitione Aegypti: quarum prima ſecundum ordinẽ hiſtoriæ facta fuit per Aſſyrios, ſecunda per Babylonios,tertia per Romanos. Et primò hic ponitur ſecunda,ſecundò tertia cap.ſeq. & tertiò prima cap.20. Scriptura.n. ſacra non ſemper procedit ſecundum ordinẽ hiſtoriæ, & maximè in prophetis: ſed frequenter prius facta, poſterius ſcribuntur, vt patet quaſi in omnibus libris ſacræ ſcripturæ. Rationabiliter etiam primò ponit propheta punitionem per Babylonios factam, continuãdo ſe ad partem præcedentem,in qua poſuerat præuaricationem Aegyptiorum,præbendo confidentiam falſam Iudæis rebellandi contra Babylonios: & ideo immediatè ſubiunxit punitionẽ Aegyptiorum per ipſos. Et diuiditur in duas partes,quia primò ponitur Aegyptiorum punitio. ſecundò Iudæorum conſolatio,ibi: In tẽpore illo. Circa primum dicit propheta: Omnes h.o.i. Aegypti. & eſt locutio hyperbolica, ad denotandam magnitudinem illius regni & multitudinem populi, ſicut dicitur: Pariſius eſt totus mundus.*

† et quo fuit, & c. tra

*Diuiſio*

m Cum ele.fu.ſi.i. *vexillũ regis Babylonis.*

H

† ante ſemus perlunes. † in eſt

n In mon.*i.in fortalitijs in alto ſituatis.*

o Videbitis.*ad deſolationem veſtram.*

p Et c.t.au. *ad concitandum bella contra totam terram Aegypti reſiduam.*

q Ego quieſ.*i. tota protectione Aegyptiorũ.*

r Et conſi.in l.m.*i.in meipſo.*

s Sic.me lux c.eſt.*quia omnia nuda & aperta ſunt oculis domini.*

t Et ſi.nu. *quæ refrigerat meſſores à labore & calore, ita refrigerabo Babylonios à labore belli, vt de facili poſſint vos deuincere & detruncare.*

u Ante meſ.e.*i.ante perfectionem.*

x Totus ef.*ſ.populus Aegypti.*

y Et imma.per.g.*i.ante tempus debitum: & ſic citò corrumpetur. ideo ſubditur:*

z Et p.ra.e.ſ.*i. populus Aegypti etiam vſq; ad minimos interficietur.*

a Et relinquen.ſi.a.*ſ. cadauera Aegyptiorũ ab eis deuoranda.*

b Et æſtate perpetua.*i. vna æſtate integra.*

c Erunt ſuper eum voluc.*quia inde ſatis habebunt ad comedendum pro illo tempore.*

d Et omnes beſtiæ terræ, *id eſt ſatis ad comedendum per totam hyemem habebunt. per æſtatem enim hic poſitam & hyemẽ, intelligitur tempus vnius anni, vt dicit Rab.Sa.*

e In tempore illo. *Hic conſequenter deſcribitur conſolatio Iudæorum facta per Cyrũ regem Perſarum, qui dedit licentiam Iudæis redeundi in Iudæam: & vaſa templi remiſit cũ eis, vt habetur.1.Eſdræ.1. & hoc eſt quod dicitur: In temp.il. quia poſtquam Nabuchodonoſor debellauerat Aegyptum, tempore Balthaſar nepotis ſui regnum Babyloniæ fuit ad Medos & Perſas tranſlatum.*

f Deſe.m.i. *vaſa à Cyro remiſſa, vt dictum eſt: & etiam quia Iudæis*

¶ remanentes

## MORALITER.

✱ f *In tempo.illo deferetur mu.do.ex.* ſignatur reuerſio Iudæorum à ſua perfidia ad fidem Chriſti,& maximè circa finem mundi. Moraliter autem per Aegyptios, qui induxerunt Iudæos ad rebellandum Babylonijs, ſignãtur illi qui ſuis perſuaſionibus ſimplices inducunt ad rebellandum ſuperioribus ſuis, & tunc nullum ferunt eis auxilium,& ſic rebellantes remanent confuſi.



A ## NICOLAVS DE LYRA.

*remanentes in Babylone miſerunt ad locum diuini cultus per Iudæos illuc redeuntes munera plurima, vt habetur.1.Eſdræ.1.*

a A populo.*ſcilicet regni Iudæi.*

b Diuulſo & dil.*modo ſupra expoſito.*

¶Iſrael.

domino exercituum à popu-

¶Ab eccleſia per hæreticos. Ad tempus & a terra ſua & a Deo. ¶Ab hoſtibus. b ¶Morſibus hæreticorum.

lo diuulſo & dilacerato, à po-

¶Blaſphemia. ¶Hoſtibus. ¶Tam terribili.

pulo terribili, poſt quem non

¶Dei auxilium. ¶Promiſſa falſa.

fuit alius: ad gentẽ expectantẽ

¶Tamen. b ¶A dęmonibus. ¶Ab hominibus. c ¶In partes varias.

& conculcatam, cuius diripue-

¶Reges & principes diuerſarum gentium.

runt flumina terram eius: ad locum nominis domini exer-

¶Scilicet. ¶Eccleſiam.

cituum montem Sion.

*In c.18. vbi dicitur in po. Circa primum dicitur: terræ.ſ. Aegypti.*

## ADDITIO.

*Principaliter intentum in hoc*

¶Hoc ca.xviij. quod incipit: Vę terræ cymbalo alarum, videtur propriè exponendum de filijs Iſrael, qui fuerũt tranſmigrati p Salmanaſar regem Aſſyriorum, vt hr.4.Reg.17. vbi dr: Et trãſtulit Iſrael in Aſſyrios, poſuitq; eos in Hailã,& in Habor iuxta fluuiũ Gozã in ciuitatibus Mœdorũ: quia tpe Alexãdri magni recluſi fuerunt miraculoſè ad orõnem ipſius Alexandri, vt narrat Ioſephus: ita quod locus ille in quo ſunt,eſt immeabilis: egredictur tñ circa finẽ mundi magnã hoĩum ſtragẽ facturi, prout hr in hiſtoria Scholaſtica. vnde de iſtis vr agere propheta in hoc capite, cum dicit: Vę terrę cymbalo alarum. De gente enim ſeu terra quæ eſt in valde remotis ſeu in locis cõiter intranſibilibus, nõ hr notitia niſi quaſi ex ſono cymbali, qui de longinquo ſentitur: & qñ quis de illa parte longinqua venit, quaſi ẽt volare dicit: vnde Deu.18.c.dr. Adducet dñs ſuper te gentẽ de longinquo in ſimilitudinem aquilæ volantis: & hoc eſt quod dicit. Væ terræ cymbalo alarũ.i. væ terræ ita remotæ & excluſæ à conuerſatione hoium cõi, quod quaſi cymbalo ſonus eius euenit p volatũ alarum. & ſequit: Qui eſt trans flumina Aethiopiæ alludendo ad illud quod dicitur ca.ſupra dicto.4.Reg.17. q fuerunt tranſmigrati trãs flumina Gozam: quæ hic vñr vocari flumina Aetiopię. vnde propheta hic non nominat proprio nomine terram nec ciuitates, in quibus erant, ſicut nec fuerunt nominatæ in propria hiſtoria ſuæ tranſmigrationis ſuprà dicta. Et ſequit: Qui mittit in mari legatos,& in vaſis papyreis ſuper aquas. Pro quo ſciẽdum, quod illi de decem tribubus ſic exterminati & recluſi veriſimiliter creduntur,quod deſiderãt ſcire ea quæ geruntur circa illos, qui in his partibus remanſerunt in Iudæa. Tum quia multi de illis decem tribubus remanſerunt in Iu-

*Ioſephus. li.11.*

B dæa & in alijs diſperſi partibus fugientes à rege Aſſyriorum, vt patet de Tobia qui erat de tribu Nephthali: & ſic de alijs: Tũ quia illi licèt pro maiori parte fuerunt idololatræ,tñ expectabant ſaluatorẽ ſeu Meſſiam,ſicut & alij de genere Iacob: & ideo aliquando mittebant nuntios verſus Ieruſalẽ, vt aliquid ſcirent ex prædictis: ſed qa hoc non poterant facere per terram pp recluſionem,nitebãtur hoc facere per aliquas aquas ſubterraneas ſeu occultas. Et in vaſis papyreis,i.in fiſcellis ſcirpeis. Dictio enim Hebraica quæ hic ponitur,nõ cõſonat in aliquo dictioni quæ ponitur Gen.6.cum dr: Fac tibi arcam de lignis leuigatis. ibi enim dr de lignis Goffer, hic autem de lignis Gomæ: & eſt dictio eadem oĩno ei quæ ponitur Exod.2. vbi dicitur: Fecit fiſcellam ſcirpeam,& liniuit eam. vnde dictio Gomæ, quæ hic & ibi in Exo.ponit,ſignificat iuncum. Sũt enim aliqui iunci marini ita duri quod poſſent ex eis fieri aliqua vaſa ad nauigandum per flumina. Et quia hmõi iunci licèt duri,non tñ hñt duritiã lignorũ,& ex quibus nauigia fiũt: & ideo dñt Hebræi, quod tutius nauigatur in eis per aliquas ripas fluminum, eò quod non ita citò franguntur,ſed qñq; cedunt tãgenti: & ideo talibus nauigijs mittebant legatos ſuos, vt ſecurius per loca ſubterranea ſeu occulta tranſire poſſent. Hoc aũt quod dr in mari, intelligendum eſt de congregatione aquarum,prout ſępe conſueuit dici in ſcriptura. Quid autẽ deberent facere iſti nuncij ſubdit,cum dicit: Ite ad gentem conuulſam & dilaceratam.i.ad gentem Iudæorum prout in poſtil. declaratur. & ſequitur: Ad populum terribilem. Gens enim Iudæorũ licèt propria ptãte non eſſet terribilior alijs, ptãte tñ diuina frequenter mirabilia pro eis operãte terribilis erat, vt patet Ioſue 2.a. de Raab dicente exploratoribus, quod omnes habitatores terræ Chanaan timebant eos propter tranſitum Iordanis,& huiuſmodi. Et ideo dicit: Poſt quem non eſt alius, ſcilicet terribilior in ſignis & prodigijs. Et ſequitur: Gentem expectantem, ſcilicet ſaluatorem & redemptorem. Et conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius.q.d. quantumcunque conculcata eſt ab impetu aduerſariorũ, ſemper eſt ſpectans ſuam liberationem à Deo. Et vt oſtendat in quàm terra eſſet illa gens conuulſa & dilacerata & ſpectans, ſubdit: Ad montem nominis dñi exercituum montem Sion. In illo enim loco vbi eſt inuocatum nomen domini, habitabat illa gens ad quẽ mittebant illi qui trãs flumina Aethiopiæ recludebantur. & ſequitur: Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, &c. Quę quidem verba ſecundum omnes expoſitores intelliguntur eſſe dicta per prophetam in perſona domini. Ad quorum declarationem attendendum,quod in his quæ dicta ſunt, exprimitur ratio huius legationis. Dicit enim: Ite Angeli veloces ad gentem conuulſam. non autem dicit quid illi angeli ſeu nuntij debebant nuntiare illi genti cui mittebantur: vel quid ab eis debebant ſcire: ſed hoc aliqualiter inuenitur in hoc quod dixit ſupra: Ad gentem ſpectantem.q.d.

ſciatis

r In inſulis maris. *quia prædicauerunt non ſolum habitantibus in arida, ſed etiam in inſulis maris, vt patet de Paulo in actibus apoſtolorum, & in pluribus locis: Et quia publicatio Euangelij proceſſit ad omnes partes orbis, ideo ſubditur:*

s A finibus ter. lau. *ſ. diuinas.*

† ſicut excuſſio oleę

t Audiuimus, gl. *ſ. Chriſti, cuius gloria vbiq; terrarum eſt prædicata. Et quia myſterium Chriſti erat occultum & ſecretum tempore veteris teſtamenti: propter quod Lxx. interpretes pro eo quod habetur ſuprà ix. cap. de Chriſto: Et vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſeculi, princeps pacis; tranſtulerunt, Et vocabitur nomen eius magni conſilij angelus. Ideo dicit hic propheta:*

D

u Et dixi: Secretum meum. *Et duplicatur ad maiorem affirmationem. Vel, quia duplex continebatur ſecretum ibi: Vnum, perſonæ, in qua duplex coniungitur natura, ſcilicet diuina & humana, quod eſt valde arduum. Aliud temporis, quia determinatum tempus ſui aduentus erat valde occultum.*

x Væ mihi. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua propheta deplorat caſum populi ſui, quia in aduentu Chriſti pauci Iudæi crediderunt, & multi remanſerunt excęcati, & per conſequens ſorte & gaudio electorum priuati, quod præuidens propheta, dicit: Væ mihi: ex caſu populi mei.*

y Præuaricantes præuaricati ſunt. *Hic quater ponitur præuaricatio: Quia primò præuaricati ſunt Iudæi, Chriſti humanitatem blaſphemantes: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus, Matt. vndecimo. c. Secundò, eius diuinitatem, miracula virtute diuinitatis facta, dæmonibus attribuentes, Luc. 11. a. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Tertiò, mortem eius procurantes. Quartò, ipſum in ſuis diſcipulis perſequentes, vt patet in actibus apoſtolorum in pluribus locis.*

Quadruplex præuaricatio Iudæorum contra Chriſtũ.

z Formido & fouea & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ &c. *Poſtquam ſuprà circa malos deſcripta eſt pœnæ acerbitas, hic conſequenter deſcribitur eius immutabilitas vel ineuitabilitas, cum dicitur: Formido & fouea & laqueus ſuper te, qui habitator es terrę. Generaliter etiam dicitur hic: Formido. ex perſecutione Antichriſti, quam aliqui nimis formidantes cadẽt in foueam tranſgreſſionis ei obedientes. Ideo ſubditur: Qui fugerit à facie formidinis &c.*

† Ier. 48. g

NIC. DE LYRA.

¶ *illud pſal. 103. b. vinum lætificat cor hominis, ideo dicitur: Luxit vinde. Secundò ex ſubtractione ludi recreatiui, cum dicitur:*

a Ceſſauit gau. tym. *Et patet litera. Tertiò, ex deſtructione habitaculi, cum dicitur:*

b Attrita eſt ciui. *i. qualibet ciuitas mundi, quæ dicitur vanitas. Eccl. 1. a. Vanitas vanitatum dixit Eccleſiaſtes &c.*

c Clauſa eſt omnis domus &c. *quia deficient homines.*

† in gloria / † Quia macer ſũ, quia macer ſũ.

d Clamor erit ſuper vino. *i. ex defectu vini: per quod intelligitur defectus cuiuslibet potus.*

e Deſerta eſt omnis lætitia. *In præſẽti vita.*

f Tranſlatum eſt. *ad locum beatorum, vbi ſolum remanebit gaudium.*

g Relicta eſt in vrbe ſo. *i. in vrbibus, accipiendo ſingulare pro plurali, ſicut Exo. 8. f. Venit muſca grauiſſima, ideſt multitudo muſcarum. Sciendum etiam, quòd propheta loquitur de futuris per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ. Et quia talis modus loquendi frequenter eſt in prophetis.*

h Quia hæc erunt. *Hic conſequenter deſcribitur iuſtorum conſolatio, qui nunc ſunt depreſſi, ſed in iudicio erunt exaltati. Et diuiditur in duas partes, in partem principalem & incidentalem. ſecunda ibi: Væ mihi. Circa primum ſciendum, quòd electi ad gloriam erunt valde pauci reſpectu damnatorum, ſecundum quod dicit Saluator, Matt. 7. b. Lata porta*

Diuiſio.

¶ a Et

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Apertæ ſunt.* Vt videat Deus iniquitates Antichriſti,& iudicet. Dum.n.non punit peccata,ſe videre ea diſſimulat.
b *Fundamenta terrę.* Principes ſeculi,terrena opera.
c *Confract.* Non ꝙ terra redigatur in puluerem, vel in nihilum, ſed quia oĩa terrena tranſibunt. Et quomodo ebrius neſcit quid agat,ſic omnes qui verſantur in terra malorum magnitudine ebrij erunt, & ſtupebunt ad omnia.
1.Cor.7.f d *Tabernaculum.* Quod à viatore transfertur,vt nullum remaneat veſtigium, ſic tranſibit figura huius mundi, & erit terra deſerta, vt non ſit habitatio amplius hominum in ea.
e *Et erit &c.* Q. Feneſtræ cœli apertæ ſunt, vt proſpiciente domino terrena peccata, omnis figura terrenorũ operum prætereat & corruat,neq; in priſtina ſtatura reſurgat. Viſitabit ergo dominus in die illa ſuper militiam cęli, vt non ſolum terrena, ſed cœleſtia iudicet. († explicauerit)
Iſa.34.a Iob.15.b Ibid.4.d Eph.6.b f *Super.* Inebriatus eſt in cęlo gladius meus. Aſtra non ſunt munda in conſpectu eius. Et in angelis ſuis reperit prauitatem.
Dan.10.c g *Reges.* Rectores tenebrarum harũ, contra ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus. vnde in Daniele: Exijt in occurſum mihi princeps regni Perſarum,& princeps regni Męedorum.
(-vnius noctis) Matt.25.d h *Et cong.* Hier. Origenes dicit, ꝙ poſt hãc ſententiã: Ite maledicti in ignem æternum: poſt multos dies.i. poſt mille annos viſitandi & liberandi ſunt. Sed hoc eccleſia non recipit. Dictum
Ibidem. Matt.13.d eſt enim: Ibunt impij in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Quod autem æternum eſt, omni fine caret, & ſicut gaudium æternum,ita & ſupplicium.
i *Vnius.* vnde: Alligate ea per faſciculos ad comburendum.
F († exercitũ excelſum) K *Et poſt.* Notandum, ꝙ non addit à domino vel ab angelis, ſed abſolutè viſitabuntur. Ex qua ambiguitate verbi & remedium poteſt intelligi & correctio.ſ.ꝙ poſtquam iuſti præmia receperint, illi in perpetuis pœnis viſitentur. Et tamen ſciendum, ꝙ iudiciũ Dei humana non poteſt ſcire fragilitas, nec de pœnarum magnitudine, vel menſura ferre ſententiam: quod domini arbitrio derelictum eſt. (*Pœnarũ infernaliũ magnitudinem humana fragilitas ſcire non poteſt.*)
Rom.8.d l *Et erubeſcet.* Vnde creatura ingemiſcit & parturit. Cernens homines.ſ. qui ſuo fruebantur lumine, nihil dignum Dei bonitate feciſſe, qui ſolem ſuum oriri facit. Quomodo ſi diſpen-
Matt.5.g ſator veniente domino cernat familiam varijs ſubijci cruciatibus. Vnde:
Matt.24.c Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lucem ſuam.
m *Senum.* Qui imitantur vetuſtũ dierũ, quales presbyteros iubetur Moy-
Exo.18.d Gen.25.c ſes eligere, qualis fuit Abraham mortuus in ſenectute bona.

¶Amator.
& laqueus ſuper te, qui habita-
a ¶Hoc eſt, qui ſe putauerit ſugiſſe ex alio, incidet in aliud.
tores terræ. Et erit, qui fugerit à
¶Vel voce.
facie formidinis cadet in foueã:
a ¶Volet explicare. b ¶Et ideo non euadet. ¶Vt deſpiciat dominus omnia peccata quæ prius ignorare videbatur, quia non puniebat.
& qui ſe†explicuerit de fouea te- a b
a ¶Feneſtræ Antichriſti.
nebitur laqueo, quia cataractæ c
a ¶Ideo. b ¶Qui reſpicit terram, & facit eam tremere.
a de excelſis apertæ ſunt: et concu-
a ¶Terremotus magni erunt per loca.
b c tientur fundaméta terrę. Confra d
ctione confringetur terra,contri-
a ¶In re,vel habitatores: Omnia enim in momento tranſibunt.
tione conteretur terra. Cõmotione cõmouebitur terra,agitatione
agitabitur terra ſicut ebri⁹,& au- e
d feretur quaſi tabernaculũ vnius
a ¶Vt non reſurgat, ideſt non ſit habitatio hominum in ea. b ¶Pondere, quæ in Zacharia ſedet ſuper talentum plumbi.
noctis. Et grauabit eam iniqui- f
a ¶Ideſt non erit terrena conuerſatio vel priſtinę vita ſtatu.
tas ſua, & corruet,& nõ adijciet g
¶Iudicij.
e vt reſurgat. Et erit in die illa, h i
a ¶Quaſi ægrotantem. ¶Vindicando. Viſitabo in virga iniquitates eorum &c.
b ¶Prophetas Antichriſti & dæmones qui aera diſcurrent.
f viſitabit dominus † ſuper mili-
a ¶Aereas poteſtates, vel quoslibet terrena amantes.
g tiam cœli in excelſo, & ſuper re- k
a ¶Prouincias
ges terræ qui ſunt ſuper terram.
a ¶Quia non ſeruauerunt ſanctum gradum. ¶Animæ illorum.
b ¶Colligati. ¶Similes in pœna, quia ſimiles in culpa.
h Et congregabuntur † in congre- l
a ¶Inferni: Lacum aperuit & effodit eum &c. ¶Ite in ignem æternum.
i gatione vnius faſcis in lacum. Et m
¶Vſque ad iudicium.
k claudentur ibi in carcere, & poſt n
a ¶Euoluti ſeculi. b ¶Euocabuntur ab inferis vt receptis corporibus ſtatim ad pœnas retrudãtur.
c ¶Non lucem amittendo: ſed in comparatione verę lucis quæ Chriſtus eſt,tanquam nihil lucendo.
l multos dies viſitabuntur. Et eru o
beſcet Luna, & cõfundetur Sol,
a ¶Peracto iudicio,ablatis impijs ne videant gloriam Dei.
cum regnauerit dñs exercituum p
¶Cœleſti.
in monte Sion, & in Ieruſalem, q r
a ¶Cani hominis ſapientia eſt. ¶Patriarcharum,Prophetarum & Apoſtolorum.
m & in conſpectu ſenum ſuorum
¶Ea gloria quam videbunt ſoli filij Dei.
fuerit glorificatus.

G c Quia cataractæ de ex.&c.i. *talis punitio veniet à Deo, cui reſiſti non poteſt.*
d Et concutientur fun.ter. *quia per terræ motum montes adæquabuntur terræ planæ. ideo ſequitur: Confractione confringetur terra &c. Et patet litera vſque ibi.&c.*
e Et auferetur quaſi &c. *Quod non habet ſtabilitatem, q.d. firmitas terræ non poterit reſiſtere voluntati diuinæ.*
f Et grauabit eam iniquitas ſua. *A ſuo ſtatu priſtino.*
g Et non adijciet vt reſurgat. *Ad hoc quòd ſit apta habitationi hominum & animalium: quia ceſſabit motus cœli,& generatio & corruptio in elementis: tamen terra innouabitur & meliorabitur, ſicut & cætera elementa.*
h Et erit. *Hic ponuntur conſequentia ad diuinum iudicium.ſ.retruſio dæmonum & damnatorum in infernum,& deductio electorum ad cœlum empyreum. Primum ponitur cum dicitur:*
i In die illa. *i. ſuper dæmones in quibus remanſerunt.i. naturalia integra, & in quibus conuenerunt cum angelis ſanctis, & ſic ſunt de militia cœli,vel qui habitant in hoc aere caliginoſo, vnde dicuntur aereæ poteſtates. & hoc modo poſſunt dici militia cœli,ſicut dicuntur aues cœli, eo quòd volitant per cœlum aereum.*
K Et ſuper reges terræ. *i. ſuper tyrannos: & per conſequens ſuper omnes alios malos.*
l Et congregabuntur in congreg. vnius faſcis in lacum. *i. in infernum, vbi ſimul detrudentur dæmones & damnati: ſecundum quod dicitur Matt. 25. d. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius &c.*
m Et claudentur ibi in. *Quia inde non poterunt egredi.*
H n Et poſt multos dies viſitabunt. *Viſitatio Dei aliquando accipitur in bonum, ſicut Luc. 1. f. Viſitauit & fecit redemptionem plebis ſuæ. Et hoc modo dicitur hic eam accepiſſe Origenes, dicens, ꝙ poſt magnum circulum annorum ſaluabuntur damnati, & dæmones: quod eſt contra dictum Saluatoris allegatum Matt. 25. d. Ite maledicti in ignem æternum &c. Alio modo accipitur viſitatio Dei in malum pœnę,ſicut infrà 27.g. Viſitabit dominus in gladio ſuo duro &c.& hoc modo accipitur hic ſecundum doctores catholicos. Et eſt ſenſus: Poſt multos dies viſitabuntur. Id eſt poſt quodcunque tempus datum in pœna detinebuntur. Sciendum tamen, ꝙ ſic in Hebræo habetur de diebus multis, vel à diebus multis viſitabuntur, ideſt pro peccatis diebus multis perpetratis punientur.ſ. pro peccatis perpetratis à principio mundi. Conſequenter ponitur ſecundum de gloria bonorum,cum dicitur:* (*Origenis de errore ſui ſumpſit perſuaſio.* † *ſicut congregantur in carcere*)
o Et erubeſcet luna. *Non quia tunc lumen eorum minuatur,ſed magis augmentabitur,vt habetur infrà.30.f. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis,& lux ſolis ſeptempliciter. Sed dicuntur hic erubeſcere metaphoricè, quia lumen eorum quaſi nullum erit reſpectu luminis patriæ,ſecundum quòd dicitur Apoc.21.g. Ciuitas non eget ſole, neq; luna, vt luceant in ea: ſed claritas Dei illuminabit illam, & lucerna eius eſt agnus.*
p Cum regnauerit dominus exercituum. *.i. angelorum.*
q In monte Sion, & in Ieruſ. *ſcilicet cœleſti, de qua dicitur Galat.4.d. Illa quæ ſurſum eſt Ieruſalem,libera eſt, quæ eſt mater noſtra.*
r Et in conſpectu ſenum ſuorum. *Scilicet patriarcharum, prophetarum, & aliorum ſanctorum. Fuerit glorificatus.*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et qui ſe explicuerit de fouea. *Poſt mortem Antichriſti de tranſgreſſione pœnitendo, quia ſecundum ſanctos & doctores noſtros poſt mortẽ eius dabitur aliquod tempus pęnitentiæ deceptis ab eo.*
b Tenebitur laque. *i. igne conflagrationis, quantum ad omnes generaliter: vel ſententia damnationis, quantum ad reprobos partialiter.*
c Quia

*In cap. 24. vbi dicitur in poſtil. ideo ſubditur: A finibus terræ laudes.ſ. diuinas &c.*

## ADDITIO.

¶ Hoc quod dicitur: A finibus terræ laudes audiuimus &c. ſequendo expoſitionem poſtil. quæ eſt vera, poteſt referri ad hoc quod dixerat pauloante, quia hæc erunt in medio terræ. Pro quo ſciendum,quod hic propheta dolet de hoc ꝙ pauci de gente ſua.ſ. Iſrael adhæſerunt doctrinæ Chriſti: cum tamen in medio eorum Chriſtus conuerſatus eſt. & illi qui longè erant,ſ. in inſulis, & extremis terræ in magna copia ipſi Chriſto adhæſerunt. vnde cum dixiſſet



A dixiſſet ſupra: quia hæc erunt in medio terræ.ſ. Ieruſalem, quæ vt dicitur in glo. eſt vmbilicus terræ,à qua pauci excluſi ſunt.ſ. apoſtoli,de quibus dicit: Hi leuabunt vocem ſuam &c. per quorum doctrinam glorificatus eſt Deus etiam in inſulis maris, ſ. in remotis. Nunc autem ſubdit: A finibus terræ laudes audiuimus gloriam iuſti.q.d,admirando,in medio terræ, vbi ſalus fuit celebrata: Iuxta il-
Pſal.73.c lud Pſal. Operatus es ſalutem in medio terræ,non fuerunt niſi pauci inuenti, ſicut racemi finita vindemia: & tamen e finibus terræ, ideſt ab extremis laudes audiuimus gloriam iuſti,ſ. Chriſti. Et quia hoc contigerat eo quòd propter peccata illius populi ſecretum Chriſti à ſeculis non cognouerant. Ideo ſubdit: Secretum meum mihi. Et eſt ſenſus, ſecretum. ſ. myſterium Chriſti meum.ſ. quod ego prophetizo mihi.i. non eis profuit, ſed mihi: iuxta illud quod habetur ſup. 6. cap. Excęca cor populi huius: Et duplicat iſta verba.ſ. ſecretum meum mihi, quia non ſolum verbis, ſed etiam rerum figuris huiuſmodi ſecretum prophetauerat. Et ſequitur: Væ mihi ex compaſſione gentis ſuæ,vt dictum eſt. Cætera exponantur, prout in poſtilla. C

## GLO. ORD. CAP. XXV.

Domine Deus meus es tu, &c.
a *Amen.* Hebræum, quod ſæpe dominus vtitur in Euangelio: Amen amen.i. verè verè dico vobis.
b *Ciuitas.* Euerſa à Nabuchodonoſor,reſtituta eſt à Neemia, & à Ieſu ſummo ſacerdote. Euerſa à Romanis,reſtituta eſt ab Ælio Adriano, ſed non in eodem loco,nec in ſtatum priſtinum.
c *Et in ſempiternum.* vt mille annorum regnum, & aureæ Ieruſalem & gemmatæ fabula quieſcat.
a *Et triumphantia*... († conſilia quæ dixiſti à lõge, firma, firma ſunt.)

*tria,ſecundum illud Pſal. 18. c. Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Et huius laudis & reuerentiæ ſubditur ratio, cum dicitur:*
o Quia factus. *præſtans ei patientiam contra tyrannos pauperes ſpoliantes.*

## NIC. DE LYRA. CAP. XXV.

Domine Deus &c. *Hic conſequenter inſurgit propheta ad Dei præconium ex viſione prædicta. & primò ponitur prophetæ præconium. ſecundò cęleſtium ciuium, ibi: Super hoc laudabit. Circa primum dicit propheta:* († tumulum diuiſa.)
a Domine. *ratione generalis gubernationis.*
b Deus. *Ratione creationis.*
c Meus. *Ratione ſpecialis illuminationis.*
B d Es tu. *& non alius.*
e Exaltabo &c. *Collaudando te aſſiduè.*
f Quoniam feciſti mira. *in damnatione malorum & glorificatione iuſtorum.*
Pſal.24.b g Cogitationes. *quia iſta diſpoſuiſti ab æterno.* († tegmen)
h Fideles. *quia vniuerſæ viæ domini, miſericordia & veritas.*
i Quia poſuiſti &c. *Quod exponunt aliqui doctores noſtri de deſtructione Ieruſalem facta per Titum & Veſpaſianum. Sed huic dicto obuiat quod ſequitur:*
K Vt non ſit ciuitas &c. *Ieruſalem autem reædificata eſt poſt illam deſtructionem: ſed ad hoc reſpondent, quòd eſt alia penitus ciuitas & in alio ſitu. Quod arguitur ex hoc quòd Chriſtus paſſus fuit extra Ieruſalem, vt habetur Iohan. 19. & Heb. 13. Loca autem vbi paſſus fuit & ſepultus, ſunt clauſa intra Ieruſalem quæ nunc eſt. Sed hoc non videtur valere, quia hiſtoriographi dicunt Ieruſalem quæ nunc eſt eſſe in eodem ſitu cum præcedenti: hoc excepto, quòd à parte aquilonari murus fuit dilatatus ad includendum loca prędicta. & ideo nomine huius ciuitatis intelligũtur omnes ciuitates mũdi, accipiendo ſingulare pro plurali, quæ oẽs deſtruentur in fine mundi,ſicut dictum eſt cap. præced. Propheta.n. in hoc cap. gratias agit de viſione ſibi facta, prout continetur præcedenti capitulo, & ad talem deſtructionẽ non ſequitur alia reædificatio.* († loco ſicco † ſicut æſtus in vmbra nubis, palmitẽ tyrannorum amputabit)
l Super. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio cœleſtium ciuium, & primò de ſua promotione, ſecundò de dæmonum depreſſione, cap. 27. Prima in duas, quia primò ponitur gratiarum actio de beneficijs collatis in terra, ſecundò de collatis in cœleſti patria, cap. ſequen. Circa primum ponitur gratiarum actio de quadruplici beneficio, ſcilicet de duplici euaſione mali, & de duplici conſecutione boni. Et ſecundum hoc pars iſta in quatuor diuiditur, & patebunt partes proſequendo. Primum malum eſt perſecutio tyrannorum huius mundi, à qua ſunt penitus liberati, & hoc eſt quod dicitur hic: Super hæc.i. cœleſtis qui non poteſt amplius à ſuo ſtatu deijci.* (Diuiſio.)
m Ciuitas gen. ro. *i. ciuium cœleſtium. Et eſt replicatio eiuſdem ſententiæ ad maiorem affirmationem.*
n Timebit te. *ſ. timore filialis reuerentiæ, qui timor remanebit in patria,*

## CAP. XXV.

a ¶Hæc Iſaias de die iudicij,vel de paſſione domini gratias agens patri. ¶Ergo.
b ¶Prædicando magnitudinem tuam.
DOmine Deus meus†es tu,exalta a b c d e
a ¶Gratias agam.
bo te,& confitebor nomini tuo,
a ¶Retribuendo vnicuiq; ſecundum opera ſua.
b ¶Quos prædeſtinauit, hos & magnificabit.
qm̃ feciſti mirabilia,&†cogitationes an f g
a ¶Ab æterno. b ¶Veritate impletas,quando dicetur: Venite benedicti &c. c ¶Hoc eſt,eſt. d ¶Cauſa quare confiteatur, & quæ ſint mirabilia & cogitationes antiquæ. e ¶Ieruſalem.
a tiquas fideles amen. Quia poſuiſti ciui- h i
a ¶Ruinæ. b ¶Id eſt. c ¶Humiliaſti.
taté in tumultũ, urbẽ forté in ruinã, †dõ
a ¶Iudæorum. ¶Filij alieni mentiti ſunt mihi. Et alibi: Vos ex patre diabolo eſtis.
b e mũ alienorũ vt non ſit ciuitas,& in ſem k
a ¶Deſtructa Ieruſalem. ¶Hæc vindicta.
piternũ nõ ædificetur. Super hoc lauda- l
a ¶Gentium. b ¶In paſſionibus pro nomine Chriſti. c ¶Eccleſia. d ¶Gentilium.
bit te populus fortis,ciuitas gentiũ ro- m
a ¶Principium ſapientiæ timor domini &c. ¶Videns vltionem in Iudæos. ¶Illis blaſphemantibus.
buſtarum timebit te. Quia factus eſt n
a ¶Chriſto. ¶Vt in Zacharia, Hebraicè Hebion.i. eſt pauper ſuper pullũ aſinæ ſedet.ſ. Chriſtus. b ¶Ideſt Chriſto, qui dixit: Vulpes foueas habent &c. Beatus qui intelligit ſuper egenum & paupe.
fortitudo pauperi, fortitudo egeno in o p
a ¶Paſſionis. ¶Patibuli. b ¶Iudaici impetus. c ¶Protectio. ¶Quando dixit: Pater,in ma.tu.commen.ſpi.meum.
tribulatiõe ſua,† ſpes à turbine, vmbrá- q
a ¶Mortis: vt non deficeret & die tertia reſurgeret. ¶Iudæorum.
culum ab æſtu. Spiritus enim robuſto- r s
a ¶Inſaniens. b ¶Non ſubuertens. c ¶Ieſum in paſſione immobilem. d ¶Deficiunt patientes.
rũ quaſi turbo impellens parieté. Sicut t u
a ¶Aliàs tus. b ¶Iudæorum.
ęſtus in†ſiti,tumultũ alienorũ humilia-
a ¶Moriuntur vites.
bis: & † quaſi calore ſub nube torrente x
a ¶Opinione ſua.
b ¶Sagittæ paruulorum factæ ſunt pl. eorum.
propaginé fortium marceſcere facies. y
a ¶Redit ad diem iudicij. ¶In die iudicij. b ¶Poſt paſſionem domini. c ¶Non Iudæis tantum.
Et faciet dominus exercituũ omnibus z
a ¶Electis ex omni populo. b ¶Sion. ¶In eccleſia cœleſti: vel vt aiunt: ſuper montem Sion ſedens vt prædictum eſt iudicabit.
populis in mõte hoc cõuiuiũ pinguiũ, a b
a ¶Omnimodam beatitudinem. vnde: Satiabor cum appa. glo. tua. Et alibi: Torrente voluptatis tuæ po. eos. b ¶Holocauſta medullata. & vi. vindemiæ defęcatæ.
cõuiuiũ vĩdemię, pĩguiũ medullatorũ,

p Fortitudo egeno. *quia conculcabatur à diuitibus in præſenti vita.*
q Spes. *i. ſuperborum rabie.*
r Vmbraculum. *cupiditatis iniquorum. vnde ſubditur quaſi pro expoſitione præcedentium.* (- es tu)
s Spiritus enim robuſtorum. *i. tyrannorum potentium.*
t Quaſi tur.&c. *quia impellunt iuſtos et innocentes per tyrannidem.*
u Sicut æſtus in ſiti. *Sicut enim homo ſitiens ab æſtu aggrauatur, ſic pauperes per tyrannidem iniquorum, quæ tamen à Deo deſtruetur, ideo ſubditur:*
x Et quaſi co. *i. tyrannorum.* (†palatium)
y Marceſcere fa. *i. deficere faciet. Nubes enim multum calefacta ſub ſole immitit calorem inferius ſuper terræ naſcentia: ex quo aliquando ſubito marceſcunt & deſiccantur, ſic virtus diuina aliquando repente deſtruit potentiam iniquorum.*
z Et faciet. *Hæc eſt ſecunda pars, in qua ponitur conſecutio primi boni, quod reſpicit refectionem animæ in ſacramento euchariſtiæ, quod inſtituit dominus in cœna imminente ſua paſſione: & quantum ad hoc dixit propheta: Et faci. Ideſt Chriſtus rex angelorum.* (Secũda pars) D
a Omnibus. *i. electis ſuis qui aſſumuntur ex omnibus populis.*
b In mõte. *i. in monte Sion, vbi dicitur dominus feciſſe cœnam diſcipulis ſuis.*
c Conuiuium pinguium. *ideſt conuiuium excellentiſſimum, habens in ſe omne ſpirituale delectamentum, quod deſignatur per delectabilia corporalia hic expreſſa. Tunc enim dedit diſcipulis ſuis corpus ſuum in cibum, & ſanguinem in potum: & hoc ſacramentum eſt animæ maximè refectiuum: & per apoſtolos ſuos & diſcipulos fecit, & facit hoc conuiuium miniſtrari omnibus Chriſtianis per orbem diffuſis. Aliqui autem exponunt iſtud conuiuium de conuiuio à Iudæis facto pro gaudio de interfectione Holofernis: ſed hoc non videtur bene dictum. Tum quia illa hiſtoria non eſt de canone, nec apud Hebręos habetur. Tum quia iſta expoſitio non ſe habet conſequenter ad præcedentia,*
¶ & ideo

## MORALITER.

✠ a *Domine Deus meus es tu, &c.* In principio huius capituli ſecũdum ſenſum literalem ponitur gratiarum actio prophetæ de ſibi facta diuinitus reuelatione, ſicut Dan. 2. Ponitur gratiarum actio de viſione Nabuchodonoſor reuelata Danieli. Et in hoc moraliter docemur, quòd de omni cogitione veri, maximè circa diuina debemus Deo regratiari.
l *Super hoc laudabit &c.* Iſtud literaliter expoſui de ſanctis laudantibus Deum de euaſione duplicis mali.ſ. perſecutionis tyrãnorum præteritæ,& perſecutionis Antichriſti futuræ. Et de duplicis boni collatione.ſ. ſacramenti euchariſtiæ de præterito,& immortalitatis gloriæ de futuro. Et ſic ſenſus literalis,eſt etiam ſpiritualis, nec occurrit mihi aliud addendum, niſi ꝙ per hoc docemur Deo gratias agere de cuiuslibet mali euaſione, & cuiuslibet boni cõſecutione.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Et triturabitur Moab &c.* Licèt generaliter de conſummatione mundi loqueretur, ne tamen præſentia omnino negligere videretur, nominat Moab inimicum Iſrael: qui fecit eum fornicari cum Madianitis & conſecrari Beelphegor, qui interpretatur Priapus. Contra quem Ieremias loquens, ait: Egredietur Chamos in captiuitatem, ſacerdotes eius & principes illius ſimul. Et iterũ. Confundetur Moab in Chamos. Ex vno idolo & dæmone qui ei præſidebat, indicat omnes contrarias fortitudines humiliandas, & in infernum deducendas, & ad inſtar pulueris conterendas. Moab filius Loth à quo Moabitæ, qui ſemper filijs Iſrael infeſti fuerunt: & Balach rex eorũ conſilio Balaã filios Iſrael allexit in peccatum. Per Moab igitur rectè intelligimus diabolum, filijs Dei ſemper aduerſarium.

b *Paleæ in plauſtro.* ferratis plauſtris teruntur paleæ, vt eas facilius animalia & paſcant & ruminent.

a In

Ieremiæ 48. b. Ibidem. c. † feciũ expreſſarũ, & perdet in monte iſto velamẽ, velamen qđ eſt ob faciẽ oĩm populorũ, & opimẽtũ, qđ operit oẽs gẽtes. Gen. 19. g. Num. 22. a. & 25. a. † Apoc. 7. d & 21. † omnem

¶Puriſſimæ ſine fece.

† vindemiæ defecatæ. Et præcipi-

a ¶Antichriſtum ſecundum quoſdam. b ¶Mortis vel peccati vel diaboli hoc enim vinculum primum omnibus colligatum erat à primo parente.

tabit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes po-

a ¶Abſorpta eſt mors in victoria. ¶Id eſt. a ¶Ab initio. ¶Dominus iuſtè iudicans, vel diabolus.

pulos, & telam quam orditus eſt

a ¶Graue iugum ſuper filios Adæ. b ¶In die iudicij.

ſuper vniuerſas nationes præ-

a ¶Diſſolutionem animæ & corporis omnino tam bonorum quam malorum. ¶Vt amplius non ſit diſſolutio animæ & corporis.

cipitabit mortem in ſempiter-

a ¶Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.

num. † Et auferet dominus Deus

¶Et illud: Abſterget Deus omnem lachry.

† lachrymam ab omni facie, &

¶Sanctorum. ¶Seruitutem diaboli.

opprobrium populi ſui auferet

¶Sanctorum.

de vniuerſa terra, quia dominus

a ¶Ero mors tua o mors. b ¶Abſorpta morte liberati. c ¶Tremenda.

locutus eſt. Et dicent in die illa;

a ¶Quem increduli hominem tantum putauerunt. b ¶Eſt. c ¶Patiendo. vnde: Expecta dominum & viriliter age, & con. &c. ¶Verbis eius credidimus.

Ecce Deus noſter iſte, † expecta-

a ¶Promiſſa complendo. ¶Ideſt.

uimus eum, & ſaluabit nos. Iſte

¶Eſt. a ¶Ergo.

dominus, ſuſtinuimus eum, et

a ¶Corpore. ¶De faucibus mortis erepti. b ¶Mente.

exultabimus & lætabimur in

a ¶Saluatione.

ſalutari eius: quia requieſcet

a ¶Patientia diuinitatis, quæ antè in membris ſuis laborabat. b ¶Sion. ¶Eccleſia. ¶De diabolo & principibus eius. ¶Comminuitur amiſſa potentia.

manus domini in monte iſto.

a ¶De patre. b ¶Diabolus. ¶Chriſto.

Et triturabitur Moab ſub eo, ſi-

a ¶Ritu paleſtinæ.

cut teruntur paleę in † plauſtro.

a ¶Sicut ſolent qui labuntur. ¶Domino.

Et extendet manus ſuas † ſub eo,

¶Totum corpus.

ſicut extendit natans ad natan-

¶Dominus. ¶Diaboli.

dum: & humiliabit † gloriam

¶Operum potentiæ.

eius cum alliſione manuum eius.

a ¶Satellites. b ¶Imitatorum quibus quaſi muro cingitur.

Et munimenta ſublimium mu-

a ¶O principes dæmonum. ¶In baratrum.

rorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur † in terram vſq; ad puluerem.

† expectabimus ei, & ſaluauit. † ſterquilinio. † in medio eius. † ſuperbiã eius cũ callibitis manuum ſuorum. † ad

## NIC. DE LYRA.

¶ & ideo melius exponitur primo modo ſequendo Alexandrum.

*a* Et præcipitabit. *Hæc eſt tertia pars, in qua ponitur euaſio ſecundi mali, ſcilicet perſecutionis Antichriſti, quæ grauior erit omnibus pręcedentibus, cum dicitur: Et præcipitabit &c. ideſt in monte Sion, in quo fuit templum, vbi ſtatuet Antichriſtus ſedem ſuam, ſecundum quod dicitur 2. ad Theſſalon. 2. b. de Antichriſto, quòd extolletur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat, & Chriſtus eum ibi interficiet. vnde ibidem ſubdit Apoſtolus, ꝙ dominus Ieſus interficiet eum ſpiritu oris ſui. Secundum alios verò hoc erit in mõte oliueti, in illo loco vbi dominus aſcendit in cœlum: & iſtud communius tenetur.*

F

*b* Faciem vinculi colligati ſuper &c. *ideſt faciem Antichriſti, qui erit quaſi quoddam vinculum conſtringens omnes populos ſub ſua poteſtate.*

*c* Et telam quam orditus eſt. *i. proceſſum ſuum & intentionem.*

*d* Præcipitabit. *Hæc eſt quarta pars in qua ponitur cõſecutio ſecundi boni. ſ. incorruptio corporis. Et diuiditur in duas partes, quia primò propheta deſcribit conſecutionem huius boni ſecundi. Secundò redit ad deſcribendum deiectionem Antichriſti, ibi: Et triturabitur. Circa primum dicit: Præcipitabit &c. Quia in iudicio omnes reſurgent ad vitam immortalem: iſta tamen immortalitas corporis erit in augmentum pœnę damnatorum: ſicut erit in augmentum gloriæ beatorum.*

Diuiſio.

*e* Et auferet dominus Deus. *quod partim habet veritatem in reprobis, ſicut & in electis. Tunc enim ceſſabit omnis generatio & corruptio: & ideo non erit reſolutio lachrymarum à cerebro, nec defluxus earum per oculos. tamen in eis erit turbatio cerebri, & dolor capitis, & triſtitia mentis. & conſilia, quæ poſſunt eſſe abſque corruptione. & ſecundum iſtum intellectum dicitur Matt. 13. g. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. ſed in electis non erunt lachrymæ corporales, ſeu mentales, nec dolor aliquis in corpore, ſeu mente: ſed plena delectatio vtrorunq;. Ideo ſubditur:*

G

*f* Et opprobrium. *ideſt electorum, quoniã frequenter opprobria ſuſtinent in præſenti vita.*

*g* Auferet de vniuerſa. *Conferendo eis honorem cœleſtem.*

*h* Et dicent in die illa. *ſcilicet iudicij, quando videbunt Chriſtum in forma glorioſa, & dicentẽ eis: Venite benedicti patris mei &c. Matt. 25. c.*

*i* Ecce Deus noſter iſte. *Viſibilis in demonſtrata humanitate.*

*K* Expectauimus eum. *Per veram ſpem.*

*l* Et ſaluabit nos. *Sicut promiſit.*

*m* Iſte domi. *Scilicet omnium.*

*n* Suſtinuimus eum. *i. patienter ſuſtinuimus aduerſa propter ipſum.*

*o* Exultauimus. *Gaudio exterius, quia exultatio dicitur quaſi extra ſaltatio.*

*p* Et lætabimur. *Interius.*

*q* In ſalu. *ideſt in ſalute æterna nobis ab eo conceſſa.*

*r* Quia requie. *i. poteſtas eius.*

*s* In monte. *i. in monte Sion, qui imminet valli Ioſaphat, vbi tenebitur finale iudiciũ, vt habetur Iohelis 3. Et tunc requieſcet ibi Chriſti poteſtas, qua damnati detrudentur in infernum, & electi in anima & corpore transferentur ad cœlum.*

*t* Et triturabitur. *Hic redit propheta ad deſcribendum deiectionem Antichriſti, quam ſupra tetigerat in breui. Dicit igitur: Et tri. Moab, Id eſt Antichriſtus: Nec mirandum ſi ſic nominatur, quia prophetæ (& maximè Iſaias) frequenter metaphoricè loquuntur. Antichriſtus verò erit totaliter à dæmone obſeſſus, & opera eius fient virtute dæmonis: & ideo nominatur hic Moab: qui interpretatur ex patre, quia erit filius perditionis, vt dicit Apoſtolus, 2. ad Theſſal. 2. & ſic erit ex diabolo ſicut ex patre, eo modo loquendi, quo ſaluator dixit Iudæis, Iohannis octauo. f. Vos ex patre diabolo eſtis.*

Antichriſti deiectio.

H

*u* Sicut teruntur. *Quia virtus eius totaliter annichilabitur.*

*x* Et extendet. *ſ. Antichriſtus.*

*y* Manus ſuas. *Per hoc enim intelligitur, quod validè à Chriſto percutietur, ſicut aliquando inter homines alicui dicitur: Ego percutiam te ita valide, quod extenderis ad modum natantis ranæ. Prophetę enim frequenter vtuntur communi modo loquendi.*

*z* Et humiliabit. *Scilicet Chriſtus.*

*a* Gloriam eius. *ſ. Antichriſti, qui ſe oſtendet tanquam ſit Deus præ nimia ſuperbia, vt dicitur 2. ad Theſſal. 2. b.*

*b* Cum alliſione manuum. *ideſt miniſtrorum eius.*

*c* Et munimenta ſublimi. *O Antichriſte.*

*d* Concident &c. *Quia omnia per quę credebat ſtabiliri in poteſtate ſua deficient. Cætera patent.*

---

*In cap. 25. vbi dicitur in poſtil. Quia poſuiſti ciuitatem in tumultum.*

### ADDITIO.

¶ Hoc quod dicitur: Quia poſuiſti ciuitatem in tumultum, propriè poteſt intelligi de deſtructione Ieruſalem per Romanos, prout doctores noſtri exponunt. Nec obſtat quod obijcit poſtillator, dicens, quod Ieruſalem poſtea fuit reædificata ab Adriano, quia hoc non fuit in ſtatum priſtinum, ſcilicet vt ibi fieret cultus Dei, prout in veteri teſtamento, ad quem cultum templum in illa ciuitate cõſtructum fuit & ordinatum, vt habetur 3. Reg. 8. Vnde ſecundum philoſophum, vnumquodq; eſt ſecundum illud quod eſt principale in eo. Et ſecundum hanc expoſitionem hoc quod ſequitur: Super hoc laudabit te populus fortis, & ciuitas gentium robuſtarum timebit te. propriè intelligitur de eccleſia militante, quæ eſt fortis propter tolerantiam martyriorum pro nomine Chriſti: quæ quidem fortitudo non ita fuit inuenta in populo veteris teſtamenti: Quæ quidem expoſitio videtur magis conſona literæ. Cætera autem exponantur prout in poſtilla, correſpondent prædictis.



## GLO. ORD. CAP. XXVI.

A

IN die illa can. &c. Hoc ad præſentem eccleſiam poteſt referri, & ad diem iudicij. Nunc eccleſia canticum nouum cantat, Chriſti natiuitatem, paſſionẽ, reſurrectionem, aſcenſionem. Vetus nãq; & antiquum hominem ad inferna deſcẽdere, nouum ad cœlum aſcendere.

b *Vrbs for.* Vox iuſtorum, & nunc, & in futuro.

c *Aperite.* Hoc canticum repente mutat perſonas.

Pſal. 117. d *Porta* iuſtitiæ. Vnde: Aperite mihi portas iuſtitię. Portæ vitæ & iuſtitiæ, fides, charitas, humilitas & cæterę virtutes. Et portæ mortis iniquitas, infidelitas, & cætera vitia. Qui liberatur de portis mortis, poteſt ingredi portas vitæ: qui has non fuerit ingreſſus, non inueniet vnam portam, de qua: Hæc porta domini, iuſti intrabunt in eam. Per plures margaritas, ad vnam margaritam venitur: & per multas portas, ad eum qui dicit: Nemo venit ad patrem, niſi per me.

e *Pacem.* Repetitio, confirmatio eſt. Hãc habet ille de quo dicitur: Homo homo filiorum Iſrael. Et alibi: Vir vir cuius vxor cubile maculauerit, vt duplex homo & duplex vir pacem conſequatur duplicem.

f *Conculcabit eam pes &c.* Quia omnis q ſe exaltat humiliabitur. Etiam ad cõtrarias fortitudines hæc referre poſſumus.

g *Egenorum.* Apoſtolorum, quos expulerunt Iudæi de finibus ſuis, qui domini imitantes paupertatẽ, priuilegium virtutis eius conſecuti ſunt.

h *Anima mea deſiderauit &c.* Non caro. vnde: Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.

B

a Sed

## CAP. XXVI.

a ¶Cum Moab fuerit humiliatus.

IN die illa cantabitur cãticum

a ¶Nouum. b ¶Quia non poteſt cantari canticum domini in terra aliena. c ¶Confeſſionis. ¶Protectio. ¶Hoc eſt canticũ. ¶Sãctorũ Chriſti.

iſtud in terra Iuda. Vrbs forti-

a ¶O. ¶Eſt. b ¶Chriſtus. c ¶A Chriſto.

tudinis † noſtræ Sion ſaluator, po-

a ¶Operatio. ¶Fides. ¶Non ſufficit fides niſi bonis operibus cõſumetur. ¶De viuis lapidibus. b ¶Prophetę.

net in ea murus & antemurale.

a ¶Deus ad angelos. b ¶Opera virtutum. c ¶Electi. ¶Non Iudæus, quia reus.

Aperite portas, & ingredietur gens

a ¶Omnes viæ tuę veritas. ¶Euangelium. b ¶Reſponſio populi. ¶Cultus idolorum.

iuſta, cuſtodiẽs veritatẽ. † Vetus

a ¶Nobis. b ¶Ideo. c ¶Quietem animæ & corporis. d ¶Pacem relin. vo. pa. me. do vobis.

error abijt, ſeruabis pacẽ, pacẽ qa

a ¶Ecce meritum. ¶In te domine ſperaui non confundar in æternum. b ¶Propheta.

in te ſperauimus. † Sperastis in

a ¶Quia. ſ. retributor eſt æternus. b ¶Semper.

domino in ſæculis æternis, in

a ¶Et merito. b ¶Sperantes. ¶Cuius auxilium in perpetuum. ¶Qui perſeuerauerit vſque in finem ſal. erit. ¶Sperate.

domino Deo forti in perpetuũ.

a ¶Iudæos humiliabit aduerſarios veſtræ prædicationis.

Quia incuruabit habitantes in

a ¶Superbos. ¶Qui ſe exaltat hu. a ¶Romam ſecundum Iudæos: Ieruſalem ſecundum nos, quæ occidit prophetas. c ¶Sub Babylonijs prius.

excelſo, ciuitatẽ ſublimem humiliabit. Humiliabit eam vſque

a ¶Per Veſpaſianum & Titum poſt.

ad terram, detrahet eam vſque

a ¶Cauſa quare conculcetur.

ad puluerem. † Conculcauit eam

a ¶Chriſti quem iniuſtè damnauerunt. b ¶Ego ſum pauper & dolens: ſa. t. Deus &c. c ¶Qui excuſſerant puluerem ſuper eam.

pes, pes pauperis, greſſus egenorum. Semita iuſti recta eſt,

a ¶Propheta. ¶Doctrina. ¶Rectæ viæ domini, & iuſti ambulabunt in eis. b ¶Chriſti. ¶Idem.

rectus callis iuſti ad ambulandũ.

a ¶Vox ſanctorum in die iudicij. ¶In Euangelio in quo omnia iudicia tam veteris quam no. teſta.

Et in ſemita iudiciorum tuorum

a ¶Patienter expectauimus.

domine ſuſtinuimus te, nomen tuum & memoriale tuum in de-

a ¶Noſtræ. b ¶Propheta. ¶Ergo.

ſiderio animæ. Anima mea

† eſt nobis ſalus, fecit nobis muros & antemurale. † Eũ cuius deſideriũ eſt coniunctum tibi, cuſtodies in pace, in pace inq̃, quia tibi fidit. † Fide domino inpetuũ, qa in domino Deo poſitum eſt oĩs mundi robur. † Conculcabit

## NICOL. DE LYRA. CAP. XXVI.

IN die illa. *Hic conſequenter ponitur gratiarum actio de beneficijs collatis in cœlo. Et primò oſtenditur propoſitum, ſecundò concluditur duplex correlarium, ibi: Morientes. Prima in duas, quia primò ponitur apertio ianuæ electis. ſecundò, eiuſdem clauſio reprobis, ibi: Cum feceris iudicia. Prima in duas, quia primò ponitur apertio beatitudinis. ſecundò, ratio huius apertionis, ibi: Semita iuſti. Circa primum dicitur:*

*a* In die illa. *ſ. peracto iudicio.*

*b* Cantabitur canticum iſtud. *ab electis.*

*c* In terra. *quæ interpretatur confeſſio, ideſt in terra viuentium, vbi eſt iugis confeſſio diuinæ laudis, ſecundum illud Pſal. 83. a. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Et ideo terra Iuda ſecundum ſenſum literalem hic metaphoricè accipitur, & ſequitur forma cantici, cum dicitur:*

*d* Vrbs for. no. *i. ciuitas cœleſtis, cuius excellentia non poteſt verbis humanis exprimi: propter quod non nominatur hic. Quòd enim in aliquibus libris ponitur hic, Sion, additum fuit ab aliquo expoſitore ſecundum ſuam imaginationem: quia non eſt in Hebræo, nec in libris correctis.*

*e* Saluator, po. in ea &c. *i. erit nobis pro omnimoda protectione.*

*f* Aperite. *de plano & liberè.*

*g* Gens. *pro qua dabitur diuina ſententia. Venite benedicti &c. loquendo de ingreſſu electorum generaliter in corpore & anima: tamen à tẽpore paſſionis Chriſti aperta fuit ianua, & ingreſſi ſunt electi quantum ad animas. & aliqui etiam quantum ad corpora ex gratia ſpeciali, vt piè creditur de Beata Virgine, & de beato Iohanne eius miniſtro, ab aliquibus.*

*h* Cuſtodiens. *vitæ & doctrinæ.*

*i* Vetus, *quandiu enim homines ſunt in præſenti vita, poſſunt errare, ſed in beatis Deum clarè videntibus hoc eſt impoſſibile. Et quia non ſolum ibi eſt clara viſio, ſed etiam perfecta fruitio totaliter quietans appetitum, ideo ſubditur:*

*K* Seruabis. *& eſt vox ſanctorum ad Chriſtum: Et pacem, duplicatur propter quietem duplicis appetitus intellectiui & ſenſitiui, per gloriam corporis & animę.*

*l* Quia in te &c. *tanquam in redemptorem noſtrum & glorificatorem.*

C

*m* Sperastis in domino. *Vox eſt prophetæ alloquentis ſanctos.*

*n* In ſæculis æternis. *i. ad conſequendum ab eo vitam æternam.*

*o* In domino Deo &c. *per cuius fortitudinem reprobi tenebuntur in pœnam perpetuã, ideo ſubditur:*

*p* Quia. *Ideſt ſuperbos dæmones & etiam tyrannos, & potiſſimè Antichriſtum ſuperbiſſimum, & ſibi adhærentes.*

*q* Ciuitatem &c. *i. ciuitates, accipiendo ſingulare pro plurali, vt frequenter dictum eſt, in quibus abundat ſuperbia & alia vitia.*

*r* Conculcabit. *i. pedes, & quorum ſunt iſti pedes ſubditur:*

*s* Pes pau. *Sic eſt in Hebræo & in libris correctis. Et iſte pauper eſt Chriſtus, etiam ſecundum quod exponit hic Rab. Salo. adducens ad hoc pro concordia illud Zach. 9. b. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, & ſaluator, ipſe pauper &c. Sed reducit hoc ad primum Chriſti aduentum, in quo dicit orbem ei ſubiugandũ. Sed in hoc falſum dicit, quia primus eius aduentus tranſijt in præteritum, & fuit in humilitate: ſecundus autem erit in poteſtate: de quo loquitur hic ſcriptura, cum dicitur: Conculcabit. ſ. Chriſti, qui in primo ſuo aduentu duxit vitam pauperem.*

*t* Greſſus. *i. apoſtolorũ, qui propter Chriſtum omnia temporalia reliquerunt: propter quod ei in iudicio aſſeſſores erunt, ſecundum quod ipſe dicit Matth. 19. d. Ecce reliquimus omnia &c. Sequitur: Sedebitis ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et ſic ſuperbi huius mundi, erunt pedibus eorum ſubiecti.*

*u* Semita iuſti. *Hic conſequenter ponitur ratio apertionis ianuæ cœleſtis, quæ duplex. Prima & principalis, eſt meritum Chriſti: per quod aperta eſt generaliter quantum eſt ex parte Dei, qui vult omnes homines ſaluos fieri. Secunda, eſt meritum electorum, quo aperitur electis ſe diſponentibus ad ingreſſum & non reprobis. Primum tangitur, cum dicitur: Semita iuſti. i. via Chriſti quam tenuit & docuit. Et dicitur ſemita propter altitudinem cõſiliorum. Dicitur autem Chriſtus iuſtus abſolutè, quia per excellentiam. ſ. formaliter & effectiuè, quia alios iuſtificat.*

D

*x* Recta eſt. *diſtorſionem nullam habens à rectitudine virtutis. Omnes enim aliæ leges ab euangelica permittunt aliqua mala, ſicut manifeſtè patet de legibus humanis, quę permittunt meretrices in ciuitatibus, & plura alia quæ non poſſunt corrigi lege humana. vt dicit Aug. Similiter de lege Moſaica quę permittit vſuras cum extraneis, & libellum repudij ex parua cauſa: ſicut diffuſius declaraui in principio Matt. Lex autem Euangelica nullam perfectionem virtutis omittit, nec aliquid illicitum permittit. Secundum autẽ tangitur cum dicitur in perſona electorum.*

*y* Et. *i. in via euangelica te ſequendo.*

*z* Suſti. *i. propter te ſuſtinuimus tribulationes & opprobria.*

*a* Nomen. *ſcilicet, Ieſus.*

*b* Et. *vnde dicit Bern. Ieſus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde, ideo ſubditur in perſona cuiuslibet iuſti.* 1. Cor. 12. d

*c* Anima mea. *ſ. preſentis vitę, in qua videmus per ſpeculum, & in ænigmate. Deſiderium enim propriè loquendo eſt rei non habitę, ſicut delectatio rei præſentis. & ideo electi in vita præſenti, propriè loquendo, Deum deſiderant: cui deſiderio ſuccedit fruitio.*

¶ a De

### MORALITER.

✠ a *In die illa &c.* In hoc capitulo ſecundum literalem ſenſum deſcribitur gratiarum actio ſanctorum, & eorum exultatio de Dei beneficijs in cœlo receptis, quæ ſunt admiſſio eorum ad gloriam, & excluſio reproborum ab ea: quia ſicut ſancti lætantur de propria gloria, ſic etiam lætãtur de diuina iuſtitia in reproborum pœna. Pſal. 57. Lætabitur iuſtus cum vid. vindictam. & ſic ſenſui literali non videtur addendum, niſi ꝙ per ipſum debemus excitari ad imitandum vitam ſanctorum, vt cum in ipſis poſſimus ad gloriam admitti, & multorum vitam deuitare, ne ſocij ſimus ſuę pœnæ.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Sed & ſpiritu meo in præ.&c.* Animę vox & deſiderium iungitur, ſpiritui autem mane & vigilia. Spiritu in præcordijs vigilat ad Deum, qui dicit: De profundis clamaui ad te domine, domine exau. &c.

E

*Pſal. 129.a*

b *Miſerea.* Dominus ad prophetam. An miſereamur impio, .i. ita vt diſcat. ſ. clementiam meam, dum ipſe ſaluatur: quaſi, hoc melius eſt.

c *Et non diſcet iuſt. &c.* Q. Quomodo poterit noſſe tuam iuſtitiam, expertus tuam clementiam?

†deſiderabit

d *Et non vide.* Dominus ad prophetam, quaſi melius eſt, vt videat, & erubeſcat de malis ſuis. Et. Q. ad pœnã ſufficit, ꝙ nõ videbit me regnantem cum ſanctis meis. Lxx. Auferetur impius, vt non videat claritatem Dei.

e *Confundantur zelantes.* Lxx. Zelus apprehendet populum ineruditum.

f *Domine dabis.* Notandum, ꝙ poſtquã opera noſtra reddiderit nobis, pacem etiam daturus ſit. & ꝙ ideo poſtulent pacẽ, quia operatus ſit in eis: Dicunt ſe. ſ. tormenta ſuſtinuiſſe, vt poſt miſericordiam conſequãtur.

*Nota.* † Miſericordiã affe cutus eſt impius.

g *Domine &c. poſſederunt*. Dæmones quos in idolis coluimus. Lxx. Domine, extra te neſcimus alium. Non abſolutè alium, ſed extra te. Pater enim in filio, & filius in patre.

h *Tantum in te recorde.* Non aliud petimus, niſi vt poſt errores digni ſimus, qui nominis tui recordemur.

† excelſa eſt

*Iohan. 14.b*

i *Perdidiſti omnem.* Lxx. Maſculinum eorum. Hiſdem enim tribus literis, zai, & caph, & res, hebræũ ſcribitur, ſed quando memoriale dicimus legitur zachar: quando maſculinũ zachor. Hac ambiguitate Saulem arbitrantur eſſe deceptum, qñ de Amalech interfecit omne maſculinum, Deo .ſ. præcipiente, vt deleretur omnis memoria Amalech, non tam errore quam cupiditate prædę pro memoria maſculinũ interpretatus eſt, contra illud: Nolite errare, Deus non irridetur.

*1. Reg. 15.a*

F

*Gal. 6.b*

K *Nunquid.* Non pœnitentiam egit. & hoc eſt: Nunquid &c. Q. Securitas negligentiam, negligentia contemptum parit.

*Nota.*

a *Et*

## NIC. DE LYRA.

a De mane vigilabo ad te. *i. à mane iuuentutis incipiam te quærere. Cum feceris. Deſcripta apertione ianuæ cœleſtis electis, hic conſequenter deſcribitur eiuſdem clauſio iniuſtis. Clauditur autem aliquibus iniuſtis ſimpliciter, aliquibus ad tempus. primò ergo ponitur primum, ſecundò ſecundum, ibi: Domine dabis. Circa primum ſciendũ, quòd clauditur ſimpliciter & ad ſemper malis in ſua malitia perſeuerantibus, & ſic morientibus. & iſti ſunt propriè qui non corriguntur diuinis flagellis, nec etiam beneficijs. & hoc eſt quod dicitur primò de flagellis.*

*clauſura ianuæ cœleſtis*

†Addidiſti gẽti domine addidiſti gẽti (.i. auxiſti gentẽ) glorificaſti te, amplificaſti vſq; ad finẽ terræ.

b Cum feceris iudicia tua in terra. *Flagellando peccatores.*

c Iuſtitiam diſcent. *i. iuſtitiam tuam diſcẽt per experientiam flagelli, non tamen per emendationem peccati, ſicut Pharao expertus fuit diuina flagella, non tamen ad ſui correctionem, ſed magis ad obdurationem. Secundò, de beneficijs, cum dicitur in perſona Dei:*

d Miſereamur. *& loquitur in plurali, propter trinitatem perſonarum. Vel eſt ſermo Dei ad angelos, qui ſunt executores ſuorum beneficiorum.*

e Impio. *obſtinato.*

f Et non diſcet iuſtitiam. *Reuertendo ad ipſam pro beneficijs diuinis: ſicut patet de Pharaone, à quo Deus frequenter ex ſua miſericordia retraxit pœnas inflictas: & tamen ex hoc non fuit reuerſus ad ſtatum iuſtitiæ.*

g In terra ſanctorum iniqua geſſit. *Non retractus ex loci ſanctitate, quia*

a ¶Lauabo per ſingulas noctes lectum meum. ¶Tribulatione. Per diem ſol non vret te, neq; lu. &c. .i. nec proſperis nec aduerſis moueberis. ¶Vel nocte & die i. omni opere.

a †deſiderauit te in nocte, ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis † de- a

a ¶Proſperitate. b ¶Deus Deus meus, ad te de luce vi. &c. c ¶Promerendum. d ¶Propheta ad dominum. ¶Non ante.

mane vigilabo ad te * cum fece- b

a ¶Viſiones. ¶In die iudicij.

ris iudicia tua in terra, iuſtitiam

a ¶Sola vexatio dat intellectum auditui. ¶Iudæi. b ¶Qui modo te putant iniuſtum.

diſcent omnes habitatores orbis. c

a ¶Cuilibet, vel qui cultum Dei non habet.

b c † Miſereamur impio, & non di- d e f

a ¶Propheta. Q. Niſi flagellaueris, non aget pœnitentiam. ¶Ex perſona humanæ impatientiæ. b ¶Cum dolore pronunciandum. ¶Apoſtolis & alijs, in quibus impij inique egerunt, & ideo ſentient tuam iuſtitiam.

ſcet iuſtitiam facere. In terra † ſan- g

ctorum iniqua geſſit, & † non vi- h

a ¶Filium cui pater dedit iudicium. ¶Propheta reſpõdet.

d debit gloriam domini. Domine i

a ¶In iudicio. b ¶Potentia.

† exaltetur manus tua, & non k

a ¶Gloriam Dei patris, nec ad pœnitendum hoc lumine fruantur. b ¶Dominus ad prophetam: imo videant me exaltatum & gloriam electorũ meorum. ¶Inuidentes mihi & meis.

videant: videant & confundan- l m

a ¶Pœnitentiæ qui eos cruciet, qui talem dominum perdiderunt. ¶Inuidiæ vel gehennæ.

e tur zelantes populi, & ignis ho- n o p

a ¶Et ſanctorum meorum. ¶Ergo. ¶Propheta congaudens. b ¶Tunc.

f ſtes tuos deuoret. Domine da- q

a ¶Quæ exuperet omnem ſenſum, quæ poſt cuncta tribuenda eſt. ¶Vel in.

bis pacem nobis: omnia enim r

opera noſtra operatus es nobis.

a ¶Quia. ¶Tu es. b ¶Ex perſona Iudæorum, qui poſt paſſionem domini ad fidem cõuerſi ſunt. ¶Idola vel dæmones eis aſſidentes.

g Domine Deus noſter, domini poſ- s

a ¶Qui ſolus & verus Deus.

h ſederunt nos abſque te: tantum t

a ¶A Chriſto Chriſtiani dicti.

in te recordemur nominis tui.

a ¶Propheta. ¶In peccato. b ¶In gloria niſi pœniteant. c ¶De fortitudine ſuperbientes.

Morientes non viuant, gigan- u x

a ¶Ad gloriam in iudicio niſi humilientur. b ¶Quia mortui in peccato, & fortes in malo vel hæreſi.

tes non reſurgant. Propterea y z

a ¶Vindicabis in iudicio.

i viſitaſti & contriuiſti eos, & per- a

¶Aliàs es. a ¶De terra viuentium.

didiſti omnem memoriam eo-

a ¶Et merito, quia ſæpe indulſiſti do. genti &c. ¶Peccatrici.

rum. † Indulſiſti domine genti, b

a ¶Humano generi. ¶Quia. ¶Ab eis.

k indulſiſti genti. Nunquid glorifi- c

¶Non. a ¶Elongari permiſiſti, vt permaneant in errore. b ¶Omnes nationes.

catus es? Elongaſti omnes termi- d e

a ¶Q. Percute eos domine, quia niſi in anguſtia non requirent te.

nos terræ. Domine in anguſtia re- f

*quia talis peccat ex contemptu, & ideo ſubditur:*

G

b Et non videbit gloriam domini. *Quia nunquam admittetur ad gloriam paradiſi.*

i Domine exaltetur manus tua. *i. poteſtas tua iuſtitiæ.*

K Et non videant. *Ideſt vt non illuminentur à te propter ſuum demeritum.*

l Videant. *Scilicet meritum ſanctorum.*

m Et confundantur. *Sicut de Cain dicitur Gen. 4. a. Iratus eſt Cain vehementer, & concidit vultus eius, quia Deus reſpexerat ad Abel & ad munera eius, vt ibi præmittitur.*

† mane quæram

n Zelantes populi. *i. illi qui* inuident fraternæ gratiæ.*

* Quod cũ primũ iudicia tua veneris in terram, iuſtitiã diſcernit

o Et ignis. *ſcilicet infernalis.*

p Hoſtes tuos deuoret. *Non per eorum conſumptionem, ſed per continuam afflictionem.*

q Domine dabis pacem nobis. *Hic conſequenter oſtenditur quibus malis ianua cœleſtis ad tempus clauditur, ſcilicet quandiu manent in peccatis: ſed cum pœnitent, à Deo viſitati, eis aperitur. & hoc eſt quod in eorum perſona dicitur: Domine dabis pacem nobis. nos reconciliando. Et quia hoc prouenit ex diuina gratia, ſubditur:*

†non retribuit maieſtatẽ domini.

r Omnia enim opera noſtra. *Scilicet meritoria. Operatus es nobis. Quia non ſunt meritoria, niſi ex acceptatione diuina, & gratia per quam ſunt acceptabilia, à ſolo Deo in nobis efficitur.*

† vbi debebat recta facere

s Domine Deus noſter, poſſederunt nos domini &c. *Ideſt ſpiritus maligni, qui ſunt alieni à te, poſſederunt nos vt ſeruos, quia qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, Iohannis 8. d.*

t Tantum in te recordemur nominis tui. *Ita ꝙ de cætero non ſeruiemus niſi tibi.*

u Morientes non viuant, gigan. *Hic ex prædictis concluditur duplex correlarium. Secundum ponitur ibi: Domine in anguſtia. Superius locutus fuerat propheta de reſurrectione generali omnium, quæ nõ erit ſimilis in reprobis & in electis, vt patet ex ſupradictis. Ideo concludit quòd reprobi non reſurgent ad gloriam, ſed ignominiam & pœnam: & hoc eſt quod dicit propheta: Morientes non viuant. vita gloriæ. hoc dicit optando ex conformitate ſuæ voluntatis ad diuinam iuſtitiam, ſecundum illud Pſal. 57. b. Lętabitur iuſtus, cum viderit vindictam. Et loquitur hic de morientibus in peccato mortali.*

Quiſ. ſunt reſurrectu.

H

†ſed tantũ ſolum tui memores ſumus.

x Gigantes. *qui fuerunt incompoſiti moribus & tyranni.*

y Non reſurgant. *ſ. ad gloriam, ſed magis ad pœnam. Ideo ſubditur:*

z Propterea viſitaſti & contriuiſti eos. *per pœnam duram.*

a Et perdidiſti omnem memoriam eorum. *ſecundum illud Prouer. 10. b. Nomen impiorum putreſcet: quia ſi remanet aliqua eorum memoria, non eſt eis ad honorem, ſed ad confuſionem.*

b Indulſiſti genti &c. *Punitionem eorum differendo, vt haberent locum pœnitendi. Sed quia tales dilationis beneficio abuſi ſunt, ſubditur:*

c Nunquid glorificatus es. *ſcilicet ab eis per pœnitentiam? quaſi dicat, non. Ideo ſubditur:*

d Elongaſti. *ſcilicet à te.*

e Omnes terminos terræ. *i. obſtinatos in peccatis, in quacunque parte orbis.*

f Domine in anguſtia. *Hic ponitur ſecundum correlarium. ſ. ꝙ electi reſurgent ad gloriam. Et diuiditur in tres partes, quia propheta primò deſcribit circa reſurrectionem, iuſtorum deſiderium. Secundò, reſurrectionis actum, ibi: Viuent mortui. Tertiò, terminum, ibi: Vade popule meus. Deſiderium autem reſurrectionis ad vitam beatam conſurgit principaliter ex duobus. Primum eſt, afflictio, quam iuſti ſuſtinent de communi curſu in præſenti vita, ſecundum quòd dicitur 2. Timoth. 3. d. Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto perſecutionem patientur, propter quod dicit Grego. Mala quæ nos hic comprimunt, ad Deum ire compellunt, & hoc eſt quod dicitur hic: Domine in anguſtia. poſiti electi tui in vita præſenti. Requiſierunt te. deſiderantes vitam futuram ex toto corde.*

Diuiſio

a In



a *Et peperimus.* Alij diſtinguunt ſic: Et peperimus ſpiritum. i. ſufficientem ex nobis, ſed ex te ſalutem non fecimus in terra.

A

b *Spiritum ſalutis.* Vt tota mente credamus, & quem per beneficia non ſenſimus, per tormenta diſcamus.

c *Reuelabit terra.* Terreni tunc nõ poterunt celare, quos occiderunt, quia tunc omnia aperta. Vel terra quę ſuſcepit ſanguinem martyrum & operuit, tunc reuelabitur quando reſurgent.

†Sed ſuauitatem ſpiritus aliquando correctio tua fuit eis.

## NIC. DE LY.

a In tribulatione murmuris. *i. in tribulatione, quæ de cõmuni curſu eſt occaſio murmuris in tribulatis.*

b Doctrina tua eis. *ſ. valet in dando eis patientiam, quia tamen non aufert totaliter triſtitiam ſenſibilem, licèt diminuat. Ideo ſubditur: Sicut quæ concepit &c.*

†ſalutes nõ ſunt factæ terræ, &c.

c Sic facti ſumus. *Et aſſociat ſe propheta iuſtis poſitis in tribulationibus, & meritò, quia poſt multas tribulationes fuit ſerratus, vt dictum fuit ſupra cap. primo.*

d A facie. *Hic ponitur ſecundum ex quo conſurgit deſiderium futuræ vitæ. ſ. claritas faciei diuinæ, cuius aſpectus eſt deſiderabilis intantum, quòd in eam deſiderant angeli proſpicere. 1. Pet. 1. & hoc eſt quod dicitur: A facie tua domine. i. ex pulchritudine faciei tuæ.*

†cum corporibus

e Concepimus & quaſi &c. *Hic eſt punctus in Hebræo & in libris correctis: Et per ſpiritum hic intelligitur feruens deſiderium. & bene dicitur: Parturiuimus & peperimus. In partu enim eſt afflictio, & tamen cum peperit mulier, ſequitur delectatio, ſecundum illud Iohan. 16. Mulier cum parit triſtitiam habet: cum autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium: ſic deſiderium viſionis diuinæ in præſenti habet aliquid afflictionis, ratione dilationis, quia ſpes quæ differtur affligit animam, Prouer. 13. b. & habet aliquid delectationis propter ſpem conſequendi optatum: ſed cum venerit viſio diuina, tunc erit delectatio ſumma abſq; vlla triſtitia.*

†olerum

B

f Salutes non fecimus &c. *Sic eſt in Hebræo & libris correctis. Et eſt ſenſus, per ea quæ fecimus non obtinemus, nec obtinere poſſumus in terra. Salutes. i. animæ & corporis beatitudines: quia primò requiritur mors generalis omnium, ad quam ſequetur reſurrectio mortuorum, quæ in electis erit ad gloriam animæ & corporis, propter quod ſubditur:*

Mich. 1. g

g Ideo non ceciderunt. *per mortem corporalem.*

h Habitatores terræ. *generaliter. & tenetur hic li ideo, conſecutiuè & non cauſaliter.*

i Viuent mortui. *Poſtquam deſcripſit propheta deſiderium reſurrectionis: hic conſequenter deſcribit eiuſdem reſurrectionis actum, dicens: Viuent mortui. vita gloriæ quantum ad electos, de quorum reſurrectione fit hic ſermo, ideo ſubditur:*

K Interfe-

quiſierunt te, † in tribulatione mur- a

a ¶Ideſt quia aliter non poſſunt doceri tribulati, ſi præſumentes palam clamare, murmurent ad te.

muris doctrina tua eis. Sicut quæ b

a ¶Q. Sicut mulier appropinquans ad partum dolore exclamat, ſic nos in anguſtia requirimus te.

concepit cũ appropinquauerit ad partum dolens clamat in dolori-

¶Fortitudinis.

bus ſuis, ſic facti ſumus, à facie tua c d

¶In perſona martyrum.

domine, concepimus, & † quaſi e

¶In agone. a ¶Sanctum, vt in tormentis ardentes ſpiritu perſeuerarent.

a b parturiuimus, & peperimus ſpiritum

a ¶Non carnis filios. ¶Et tamen.

ritum † ſalutis. Iuſtitiam non f

a ¶Cum benefeceritis dicite, quia ſerui inutiles ſumus. b ¶Sed præua uerunt nobis.

fecimus in terra, ideo non cecide- g

a ¶Terrena amantes. b ¶Sed. ¶Sanctis parturientibus, & habitatoribus terræ conuenientibus. ¶Reſurgent martyres tui.

runt habitatores terræ. Viuent h i

a ¶Non abſolutè. b ¶Socij. nam & ipſe ſerra lignea ſectus eſt. c ¶A morte.

mortui tui † interfecti mei reſur- k l

¶O martyres. ¶A ſomno mortis. ¶Dominum.

gent. Expergiſcimini & laudate m n

¶Puluis iam facti.

qui habitatis in puluere, quia o p

a ¶Miſericordia tua irrigans fidem & perducens ad operationem, ſicut ros ſemen. ¶Raphaim. ¶Corpora ſuperborum cum animabus.

ros † lucis ros tuus, † & terram q

¶In baratrum.

gigantum detrahes in ruinam. r

a ¶Dominus ad martyres. ¶O martyres. b ¶Cum oraueris intra in cubiculum tuum &c.

Vade populus meus, intra in s t

¶Sepulchra. a ¶Pone domine cuſtodiam ori meo. b ¶Sepulchrum.

cubicula tua, claude hoſtia tua

a ¶Fruere bono conſcientiæ. b ¶Vſque ad iudicium.

ſuper te, abſcondere modicum u x

a ¶Ad comparationem æternitatis. ¶Ideſt quaſi breue tempus eſt. b ¶Reddam ipſis ſecundum opera ſua.

ad momentum, donec pertran- y

a ¶Quam theſaurizant ſibi impenitentes.

ſeat indignatio. † Ecce enim do- z

a ¶In die iudicij videbitur egredi, malis ſcilicet. b ¶Miſericordia: pietas locus eius.

minus egredietur de loco ſuo, a

a ¶Vindicando. b ¶Terrenorum amatoris.

vt viſitet iniquitatem habitato- b

a ¶Habitatorem.

c ris terræ contra eum, & reue- c

¶Vox ſanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.

labit terra ſanguinem ſuum, & d

¶Martyres.

non operiet vltra interfectos ſuos.

K Interfecti. *propter Deum & iuſtitiam.*

C

l Reſurgent. *Et dicit mei, ſe eis connumerando, quaſi de ſua morte prophetando, quia fuit ſerratus, ſicut dictum eſt in principio huius libri, de præcepto Manaſſe regis idololatræ peſſimi, eo quod ipſum & alios idololatras arguebat. Conſequenter conuertit ſermonem ad electos reſuſcitandos, dicens:*

m Expergiſcimini. *A ſomno mortis.*

n Et laudate. *Deum de veſtra glorificatione futura.*

o Qui habi. in pulue. *quantum ad corpora in cinerem redacta. Conſequenter alloquitur Deum, ex cuius virtute fiet reſurrectio mortuorum, dicens:*

p Quia ros. *i. ſicut ros cœleſtis eſt ſuauis terrænaſcentibus, qui facit ea de terra reſurgere, ſic benignitas tua erit ſuauis electis dormientibus, quos faciet ad gloriam reſurgere. Et econtrario hæc reſurrectio erit terribilis damnatis, ideo ſubditur:*

†parturiẽtes nihil genuimus niſi ventũ.

q Et terram gigantum. *i. peccatorum, qui per potentiam fideles oppreſſerunt.*

r Detrahes in ruinam. *i. in gehennam. Et accipitur hic terra pro peccatoribus in ea habitantibus, eo modo loquendi quo dicitur: Terra deſtructa, quando eius habitatores deſtruuntur.*

s Vade. *Hic conſequenter deſcribitur reſurrectionis tempus. Poſſet enim aliquis credere ex prædictis, quòd eſſet propinquum tempus reſurrectionis, quod non eſt verum: ſed erit in fine temporis, ideo dicitur: Vade populus meus: prius recedendo de vita præſenti.*

t Intra in cubicula tua. *ideſt ſepulchrum, quantum ad corpus. & purgatorium, quantum ad animas electorum, qui tamen habent aliquid purgandum in futuro. Vel limbum patrum, quantum ad purgatas, & ante apertionem ianuæ per mortem Chriſti. vel cœlũ empyreum, quantum ad purgatas poſt apertionem ianuæ.*

†terra proijciet mortuos.

u Abſcondere. *Quia defuncti ab hominibus huius vitæ ſunt abſconditi.*

D

x Modicum ad momentum. *Quia tempus vſque ad iudicium reſpectu æternitatis eſt modicum &c. Hoc modo dicitur animabus electorum deſiderantibus vltimum iudicium: Apoc. 6. c. Et dictum eſt illis, vt requieſcerent tempus adhuc modicum, donec compleantur conſerui eorum & fratres eorum.*

y Donec pertranſeat indignatio. *ideſt electorum perturbatio per tribulationes tyrannorum, & maximè Antichriſti tempore. In aliquibus libris additur, mea. ſed non eſt in Hebræo, nec in libris correctis.*

z Ecce enim domi. *Ieſus Chriſtus.*

a Egredietur de cœlo ſuo. *ideſt de celo empyreo ad iudicium veniendo: Quantum enim ad humanitatem egredietur, & veniet per localem motum: Quantum verò ad deitatem, quæ eſt vbiq;, egredietur per nouum effectum.*

b Vt viſitet iniquitatem habitatoris terræ. *id eſt iniquitates peccatorum terrena amantium.*

c Et reuelabit terra ſanguinem ſuum. *ideſt mortem & depreſſiones fidelium, quia tunc manifeſtabuntur omnia latentia.*

d Et non operiet vltrà &c. *Quia de cetero non committentur talia.*

*In cap. 26. vbi dicitur in poſti. Nomen tuum. ſ. Ieſus, & memoriale tuum.*

### ADDITIO I.

Quomodo Deus nomen ſuum proprium. ſ. Tetragrammaton, reſerauit Moyſi, Exo. 3. d. legitur ſic: Hoc eſt nomen meũ in æternum, & memoriale meum in generatione & generationem: Vbi in additione ibidem fuit notatum, quòd hoc quod dicitur: Hoc eſt nomen meum, refertur ad nomen domini Tetragrammaton: quod propriè ſignificat eſſentiam diuinam, prout ibidem fuit expoſitum. Et quod ſequitur: Hoc eſt memoriale meum, refertur ad nomen Ieſus, quod eſt conforme maximè nomini Tetragrammaton, prout ibidem fuit declaratum. Et de hoc propriè intelligitur illud ad Philip. 2. b. Et donauit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen. vnde in perſona expectantium ſeu deſiderantium Chriſti aduentum Iſaias dicebat in hoc loco: Domine ſuſtinuimus te, nomen tuum & memoriale tuum deſiderium animæ. q. d. deſideramus notitiam non ſolum nominis tui. ſ. Tetragrammaton, nobis in veteri teſtamento propoſiti, ſed etiam notitiam memorialis tui, qđ ſcilicet eſt hoc nomen Ieſus, vt dictum eſt, de quo plenius habetur in prædicta additione.

*In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Indulſiſti domine genti.*

### ADDITIO II.

Vbi in translatione dicitur: Indulſiſti domine genti &c. In Hebræo habetur ſic: Addidiſti domine genti, addidiſti, glorificatus es, elongaſti omnia extrema terræ. & ſecũdum iſtam literam propheta loquitur de additione gentium ad populum Iſraeliticum. Et eſt ſenſus:

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ſenſus: Addidiſti domine genti.ſ.Iſraeliticæ, gentes aliarum nationum. Et quia ex hác additione Deus fuit magis glorificatus, inquantum non ſolum laudatus eſt in Iudæa, ſed etiam à ſolis ortu vſque ad occaſum. Ideo ſubdit: Addidiſti, glorificatus es. Et ne ex hoc intelligeretur, ꝙ omnes indifferenter fuerunt additi per veræ fidei ſuſceptionem: Ideo ſubdit: Elongaſti omnia extrema terrę, ſcilicet infideles & reprobos.

*In eo.cap. vbi dicitur in poſtilla: Vade. Hic conſequenter deſcribitur reſurrectionis tempus.*

ADDITIO III.

¶ Si propheta in hoc ꝙ dicit: Vade popule meus, intra in cubicula tua &c. intendiſſet excludere, ne aliquis crederet propinquum eſſe tempus reſurrectionis, vt poſtil. dicit, ſic valde impropriè diceret: Abſcondere modicum ad momentum. Iſtæ enim dictiones ſignificant breuitatem temporis, non autem prolixitatem ſeu dilationem. Hoc autem quod dicitur: Claude oſtia tua ſuper te, non videtur pertinere ad intrantem in ſepulchro, vel in limbo, vel in empyreo. vnde melius videtur dicendum, ꝙ quia propheta immediate ante locutus fuerat de reſurrectione electorum, dicens: Viuent mortui &c. ꝙ in magnum gaudium vertitur electorum, ideo de perſecutione Antichriſti, quæ modicum ante tempus reſurrectionis futura eſt, quæ inter alias eſt maxima, vt habetur Dan. 12. eos monet, q. d. eis, de hoc ꝙ vobis prophetizo debetis exultare cum tremore, vt ſitis parati ad perſecutiones futuras patienter tolerandas, quæ ſunt propinquæ prædictæ reſurrectioni. Et qualiter debeant ſe præparare oſtendit, dicens: Vade popule meus, intra in cubicula tua.ſ.ad orandum Deum, eo modo quo dicitur Matt. 6.a. Intra in cubiculum tuum, & ora patrem tuum. Oratio enim eſt maximum remedium in tribulationibus. Iuxta illud Pſal. 119. Ad dominum cum tribularer clamaui. Item monet eos, vt à Deo petant, ne ex vehemētia tribulationis aliqua verba prorumpant in Dei offenſam, ſeu in veræ fidei derogationem. Et de hoc dicit: Claude oſtia tua ſuper te. Quæ quidem clauſura à Deo impetratur per orationem: iuxta illud Pſal. 140.a. Pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ in labijs meis. Item monet eos, vt abſcondant ſe à ſæuiſſimis contradictionibus aduerſantium, quod non niſi virtute diuina fieri poſſet. Iuxta illud Pſal. 30.f. Abſcondiſti eos in abſcondito faciei tuę à contradictionibus hominum &c. Et quia tempus huiuſmodi periculoſiſſimæ perſecutionis Deus abbreuiabit propter electos, vt Mar. 13. ideo propriè ſubdit: Modicum ad momentum. G

REPLICA.

IN cap. xvj. cum poſtil. dicit circa illum paſſum: Abſcondere modicum ad momentum, de tempore iudicij exponendo, quod à tempore prophetiæ eſt modicum reſpectu æternæ durationis. Burgen. dicit improprijſſimè ſic dici: quia illæ dictiones ſignificāt breuitatem temporis: Sed illa obiectio eſt contra rotundum textum in multis locis ſacræ ſcripturæ. Dicitur.n.ſup.cap.2.de tempore Chriſti: Erit in nouiſſimis diebus. poſt quos tamen multa centena annorum fluxerunt. & Ioh. in canonica: Filioli nouiſſima hora eſt, quæ tamen proprijſſimè ab omnibus exponuntur de multis centenis annorum qui reſtant, & ſic de alijs locis ſcripturæ.

GLO. ORD. CAP. XXVII.

IN die illa &c. Tradunt Hebræi diabolum (.i.criminatorē, qđ Græcum nomen eſt) Herbraicè dici ſathan.i.aduerſarium. vnde: Stabat ſathan à dextris eius, vt aduerſaretur ei. Dicitur & belial. i.apoſtata.i.præuaricator, & abſq; iugo. vnde: Quæ communicatio Chriſti ad belial? Dicitur quoque & alijs nominibus. vnde: Super aſpidem & baſiliſcum &c. Et alibi: Qui capturus eſt magnum cetum. Item: Nunquid capies leuiathan hamo. Et alibi: Draco iſte quem formaſti ad illudendū ei. factus eſt enim, vt angeli illudant ei. vnde Apoſtoli accipiunt poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones. quia ergo ab eo loco.ſ. Dominus diſſipabit terram & nudabit eam, vſq; ad præſens capitulum, contra totum orbem in conſummationem mundi iudicium prædictum eſt, & nouiſſimus inimicus deſtruetur mors: contra diabolum extrema ſententia eſt, vt inducatur gladius ſuper eum. F

b *Super leuiathan.* Greg. in moral. Draco, vt fertur, in terra ſerpit, natat in aquis, volat in aere. Inde diabolus, & ſerpens, & cetus, & leuiathan.

c *Vectem.* Lxx. Fugitiuum. Tunc enim fugiet qui fugere neſciebat, neſciens illud: Quo ibo à ſpiritu tuo &c. Vnde quidam pulchrè luſit in gigantomachia. Quo fugis † Engelade? quaſcunque acceſſeris oras, ſub Ioue ſemper eris. Leuiathan additamentum eorum interpretatur, quorum niſi hominum? Rectè autem additamentum eorum dicitur, quia poſtquam primam culpam mala ſuggeſtione intulit, hanc quotidie augere grauibus perſuaſionibus nō deſinit. Leuiathan quippe iſte in eo quod ſe homini tradere ſpopōdit, tortuoſis ad eum ſinibus irrepſit. Et dum falſo impoſſibilia promittit, vera & poſſibilia ſuſtulit. Quærendum nobis, cur qui ſerpentem dixerat, & tortuoſum, illi ſubiungebat, interpoſuit vectem? Niſi forte, quod in ſerpentis tortitudine fluxa mollicies, in vecte autem eſt duritiæ rigiditas. Vt ergo hunc & durum ſignaret & mollem: & vectem nominat & ſerpentem. Durus quippe eſt per malitiā, mollis per blandimentum. Vectis dicitur, quia vſq; ad necem percutit. Serpens autem, quia inſidias molliter infundit.

d *Cetum.* Hebr. תנין tannim. Vnde Hebr. fabulabantur leuiathan habitare ſub terra & in æthere: tannim verò in mari.

e *Vinea mea cantabit.* Cui Ieremias propinat calicem meraciſſimum. Merum Græcè, purum Latinè.

a *An*

NIC. DE LY. CAP. XXVII.

IN die illa. *Poſtquam deſcripta eſt gratiarum actio de promotione electorum, hic conſequenter ponitur gratiarum actio de eiectione dæmonum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huiuſmodi deiectio. ſecundò ſoluitur duplex quæſtio, ibi: Ego dominus. Circa primum dicitur:*

a In die illa.*ſ.iudicij generalis.*

b in gla. &c. *quantum ad pœnæ aſperitatem.*

c Et grandi. *quantum ad eius latitudinem.*

CAP. XXVII.

a ¶Animaduerte. b ¶Verbo.i.filio per quem iudicabit pater.

IN die illa viſitabit dñs in gla-

a ¶Impijs. b ¶Vt omnes comprehendat. c ¶Vt nemo reſiſtat.

dio ſuo duro & grandi & forti,

a ¶Leuiathan additamentum eorum, per antiphraſim: cum.n.ſe addere promittat, minuit. b ¶Serpit ne audiatur. c ¶Malleum vniuerſæ terræ. ¶Aliàs, clauſeniem: eo ꝙ carcere ſuo multos clauſerit.

ſuper leuiathan ſerpentē vectē, &

a ¶Qui in veritate non ſtetit. b ¶Qui dirigi non poteſt virga directionis. ¶In decipiendo.

ſuper leuiathan ſerpentē tortuo-

a ¶Qui abſorbuit Ionam. b ¶Mundo ſalſo & amaro.

ſum: & occidet cetū q̄ ĩ mari eſt.

a ¶Vinea facta eſt dilecto. ¶Olim in prophetis & alijs ſanctis. ¶Populus Iudæorum. b ¶Inebriata. c ¶Canticum doloris. ¶Domino.

In die illa † vinea meri cātabit ei.

d Et forti. *quantum ad immutabilitatem.*

e Super leui. &c. *per leuiatham qui hic bis ponitur, & per cetum, idem intelligitur.ſ.diabolus vt dictum fuit diffuſius Iob. 40. & dicit hic leuiathan vectem propter eius fortitudinem, ſecūdum quod de eo dicitur Iob. 41.d. Non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei comparetur. & leuiathan*

h Tortuoſum. *propter eius caliditatem ad decipiendum.* H

i Et occidet cetum &c.*i.diabolum, qui habitat in hoc aere caliginoſo tanquam in mari tempeſtuoſo: non tamen intelligitur eius occiſio per mortem naturæ, cum hoc modo ſit immortalis, ſed per mortē gehennæ, quia tunc ibi retrudetur, nec poterit inde exire, & homines tentare, ſeu ad peccatum inducere, qđ erit ſibi graue: & in hoc creſcet pœna eius, qua etiam portat modo ignem ſuum ſecum: creſcet etiam pęna ſua accidentalis ex damnatione hominum quos inducit ad peccatū, ſicut & gloria ſanctorum angelorū ex gloria electorū quos inducūt ad bonū.*

K In die illa.*deiectionis dæmonis.*

l Vinea meri. *In Heb.hř, vinea vinoſa. Ex quo patet qđ meri hic non eſt nomen propriū, ſed cōe. & ſignificat hic vinum purum & optimum. Vinea igitur meri, hic accipitur ſocietas ſupernorum ciuium, in quibus nihil erit impurū: & ipſi Deum laudabunt de deiectione dæmonum.*

¶ a Ego

MORALITER.

* a *In die illa &c.* Hic ad literam deſcribitur deiectio dæmonū, quæ fiet in iudicio finali, & quoniam ſecundum Grego. homil. 10. omnium iniquorum caput eſt diabolus, & huius capitis mēbra ſunt omnes iniqui, ideo capitulum iſtud moraliter poteſt exponi de eiectione iniquorum, qui ſimul cum dæmonibus tunc deijcientur in pœnam gehennæ. & ſic dicitur: In die illa.ſ.iudicij finalis.

b *Viſitabit dominus in gladio ſuo duro.* Iſte gladius eſt illa terribilis ſententia, quæ ponitur Matt. 25.d. Ite maledicti in ignem æternū, qui paratus eſt diabolo & angelis eius &c.

e *Super leuiathan.* Qui interpretatur additamentum eorum. ideo ſignat peccatorem addentem peccato peccatum.

f *Serpentem vectem.* Ideſt in peccatis firmatum per malum habitum acquiſitum, ſicut vectis firmat oſtium.

g *Super leui. ſerpentem tortuoſum.* Sicut enim peccator dicitur leuiathan, eo quod addit peccatum peccato, ſic dicitur ſerpens ex peccati veneno. Et etiam tortuoſus, quia declinat à diuinæ legis, & rationis recto iudicio.

i *Et occi. cetum qui eſt in mari.*i.tyrannum qui deuorat ſimplices, ſicut cetus maris piſces.

K *In die illa.* ſicut in die finalis iudicij reprobi confundentur, ſic iuſti exaltabuntur, Ideo dicit: In die illa &c. i. eccleſia Chriſti à peccato puriſſimi.

m *Cantabit ei.* gratias agendo ſibi.

* Ego



a *An potius tenebo fortitudinem meam &c.* Vox patris, deliberatiuè more noſtro, qui magna facturi deliberamus. Quaſi: Mittam filium ad incarnandum? An potius te. fortitudinem meā. Vt ſcilicet potius id agat fortitudo mea, vt iram differam, & ſaluem eos per Euangelij clementiam, qui non ſunt ſaluati autoritate legis. A

b *Iſrael & implebunt faciem orbis ſemine &c.* Id eſt populus Iudæorum conuerſus, videns doctrina filiorum ſuorum orbem floruiſſe.

c *Idcirco ſuper hoc dimittetur iniquitas domui &c.* Q. Ideo dimittetur iniquitas domui Iacob, &c. propter merita ſcilicet Apoſtolorum, qui per mūdum idolorum altaria comminuerunt.

a *Con-*

¶Quia. a ¶Vel modo ab omnibus aduerſis, vel obſeruo dans locum pœnitentię. b ¶In iudicio.

Ego dominus, qui ſeruo eam: † re-

a ¶Quia conuerti non vult. ¶Calicem irę. b ¶Aliqua aduerſitate.

pente propinabo ei, ne forte viſi-

tetur contra eam, nocte & die ſer-

a ¶Ne vaſtet eam aper de ſylua & aliæ beſtiæ. b ¶Quaſi: Toties irritatus non indignabor quandoq;. ¶Vt ſciam ſerire & reddere ſecundum opera ſua. ¶Sed nunquid indig.

uo eam: indignatio non eſt mihi.

a ¶Quaſi: Iniquitas veſtra. b ¶Mitem & miſericordem modo. c ¶Per antiphraſim. ¶Per anfracticos. d ¶Durum & crudelem, vt vincam naturam meam.

Quis † dabit me ſpinam & veprē?

a ¶Conculcabo eam. b ¶Quam ante ſeruaui. c ¶Deſtruam.

† in prælio gradiar ſuper eam, ſuc-

cendam eam pariter. An potius

a ¶Filium. ¶Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia. ¶Non, quia.

tenebo fortitudinem meam? Fa-

a ¶Carne aſſumpta mundum reconciliabit mihi.

ciet pacem mihi, pacem faciet mi-

a ¶Propheta de Apoſtolis. b ¶Apoſtoli. ¶Ad prædicandum. c ¶Deſiderij. ¶De Sion exibit lex &c.

hi. † Qui egredientur impetu à Ia-

a ¶Tunc. ¶Fide. b ¶Operatione.

cob, florebit & germinabit Iſra-

a ¶Apoſtoli.

el, & implebunt faciem orbis † ſe-

a ¶Prædicationis. ¶In omnem terram exiuit ſonus eorum &c. b ¶Sicut immiſericorditer crucifixerunt eum, & martyres eius occiderunt.

mine. Nunquid iuxta plagā † per-

a ¶Populum Iudæorum. ¶Minime.

cutientis ſe percuſſit eum? Aut ſi-

a ¶Martyres.

cut occidit interfectos † eius, ſic oc-

a ¶Tam crudeliter. b ¶Non diu enim ſuſtinuit eos, ſed quia non egerunt pœnitentiam, tandem In men. contra men. ¶Pœnæ.

ciſus eſt? † In menſura contra men-

a ¶Culpæ. b ¶Cum Apoſtoli ad gentes tranſierint. c ¶Per Romanos, vel in die iudicij.

ſuram cùm abiecta fuerit iudica-

a ¶Ieruſalem. b ¶Dominus. ¶Quid retribuat eis.

bit eam. Meditatus eſt in ſpiritu

a ¶Opinione malorum. b ¶Suæ paſſionis, vel ſuorum. ¶Perſecutionis, quando ardentior eſt indignatio.

ſuo duro per diem æſtus. † Idcir-

co ſuper hoc dimittetur iniquitas

a ¶Iudæis de quibus Apoſtoli. b ¶Non alius. ¶Id eſt vt virtutes præbeat, & vitia reſecet.

domui Iacob, & iſte † omnis fru-

a ¶In alijs, vel in alijs.

ctus, vt auferatur peccatum eius.

a ¶Chorus Apoſtolorum.

Cùm † poſuerit omnes lapides al-

a ¶Idolorum.

taris, ſicut lapides † cineris alli-

a ¶In quibus ſacrificabant dęmonibus.

ſos, non ſtabunt luci & delubra.

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Ego dominus, qui ſeruo eam. *Hic conſequenter ſoluitur duplex quæſtio oriens ex prædictis, ſecunda ſoluitur. ibi: Quis dabit me. Prima quæſtio oritur ex hoc, quòd hic dicitur: vinea meri ſocietas electorum, quia ex quo fuerunt à Deo ita electi & dilecti ab æterno, videretur alicui extraneū, quomodo Deus permittit eos tribulari in hoc mūdo, ſecundum quod dicitur. 2. Timot. 3. c. Omnes qui pie volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patientur. Et reſpondet dominus ad hoc, quòd talis permiſſio non eſt ex odio, ſed magis ex dilectione, ne ex proſperis in ſuperbiam eleuentur, & per exercitium patientiæ in bono cuſtodiantur ſecundū dictum ſaluatoris Luc. 25.a. In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras, & hoc eſt quod dicitur hic: Ego dominus qui ſeruo eam, ſcilicet vineam meam, quę eſt vniuerſalis eccleſia, cò ꝙ à primo Abel iuſto vſq; ad vltimum electum, qui in fine mundi naſciturus eſt, quot electos protulit, tot palmites miſit, vt dicit Greg. hom. 7.* B

b Repente pro. ei.*ſ.potum tribulationis rationibus prædictis: ideo ſubditur:*

c Ne forte viſitetur. *i.ne ex proſperis inſoleſcat, & ſic prę inſolentijs viſitetur contra eam in die iudicij.*

d Nocte & die. *i.tempore aduerſitatis & proſperitatis ſub paterna diſciplina.*

e Indignatio non eſt mihi. *id eſt, hoc non facio ex ira ſeu indignatione, ſed ex paterna correctione.*

f Quis dabit. *Hic ſoluitur ſecunda quæſtio, quia videretur alicui, quod pro merito iuſtorum de populo Iſrael, & maximè Apoſtolorum parcendum fuiſſet alijs eiuſdem populi de captiuitate quę facta eſt per Romanos, & ſic in hac quæſtione proceditur, quia primò ponitur ad vtranq; partem ratio. ſecundò ponitur quæſtionis ſolutio, ibi: Nunquid iuxta eſt. Primò arguitur, ꝙ nō debuit parci, ſed magis pro multitudine malorum iuſti cum eis debuerūt affligi, ſicut frequenter factum fuit in veteri teſtamento, & hoc eſt quod dicitur in perſona dominis: Quis da. ad ſuccendendum ciuitatem.*

g In præ. *ſ.Romanorum, qui captam ciuitatem incenderunt.*

h Gradiar. *Eam calcando per Romanos.*

i Succendam. *ſ.fideles in Chriſtum tunc credentes cum infidelibus in ſua cęcitate obſtinatis. q.d. hoc videretur decens iuſtitiæ meæ, ſicut ſuccenſa fuit Ieruſalem per Chaldæos, & multi iuſti fuerunt ibi mortui & captiuati occaſione iniuſtorum.*

K An potius. *Hic ponitur argumentum ad oppoſitum. ſ.quod debeat parci malis, cùm dicitur: An potius time. i.retinebo.*

l Fotitudinem me. *Ceſſando à punitione ſub ſpe correctionis: ideo ſubditur:*

m Faciet pacem mihi. *Et pro Apoſtolorum aliorumq; Chriſti diſcipulorum meritis. propter quod ſubditur:*

n Qui egre. *ſ.ad prædicandum Fidem catholicam per orbem.*

o Impetu. *id eſt cum feruenti deſiderio.*

p A Iacob. *id eſt à populo Iſrael, cuiuſmodi fuerunt Apoſtoli & alij lxx. diſcipuli: qui pro maiori parte fuerunt Iudæi.*

q Florebit. *In Apoſtolis.ſ.floribus ſanctæ vitę & doctrinæ.* C

r Et implebunt. *ſ.verba Euangelicæ doctrinæ, ſecundum quod dicitur in parabola ſeminantis, Luc. 8.a. Semen eſt verbum Dei.*

s Nunquid. *Hic ponitur ſolutio, in qua ſic proceditur, quia primo ſoluitur quantum ad malos, ſecundo quantum ad bonos, ibi: Et erit. Circa primum primo oſtenditur, quòd pro prædictis non eſt malis parcendum. ſecundò ſoluitur argumentum, ibi: Idcirco. tertiò ponitur malorum exterminium, ibi: Ciuitas. Circa primum dicitur: Nunquid iuxta plagam percutientis ſe. i. populi Iudaici dum Chriſtum crudeliter affligerent.*

t Percuſſit eum. *q.d. non ante ciuitatis deſtructionem.*

u Aut ſicut occidit. *i. Apoſtolos Chriſtiq; diſcipulos à Iudæis occiſos, quos occiderunt Iudæi & perſecuti ſunt grauiter, vt patet Act. 7. de Stephano. & 12. de Iacobo, & 8. de perſecutione generali Chriſtianorum, & in pluribus locis de perſecutione Pauli & aliorum Apoſtolorum.*

x In menſura contra menſuram. *Quaſi diceret, non conuenit diuinæ iuſtitiæ, quod tanta facinora tranſeant abſq; debita pęna. ideo ſubditur:*

y Meditatus eſt in ſpiritu. *i.diſpoſuit diffinitiuè iſta punire.*

z Idcirco. *Hic ſoluitur argumentum ad oppoſitum de merito Apoſtolorum, cùm dicit: Idcirco ſu.h.i.pp meritum Apoſtolorum.*

a Dimitte iniq. *Prædicta.*

b Domui Iacob. *id eſt Iudæis in ſua malitia obſtinatis.*

c Et iſte omnis fructus. *id eſt ne totus fructus meriti Apoſtolorum quòd dimittatur alijs Iudæis dictum peccatum. Et vlterius ſpecificat meritum iſtud dicens:*

d Cum poſuerit. *ſcilicet prędicatio Apoſtolorum.*

e Omnes lapides altaris. *id eſt altarium idolorum.*

f Sicut lapides cineris illiſos. *Per prædicationem enim Apoſtolorum fuit cultus idolorum multum deſtructus per orbem, etiam ipſis viuentibus, & quaſi totaliter ablatus per ſucceſſores eorum, ideo ſubditur:* D

g Non ſtabunt luci & delubra. *Vbi exercebatur idololatria. Nec poteſt illud intelligi de idololatria Iudæorum, quæ à reditu captiuitatis Babylonicæ non legitur in populo Iudaico fuiſſe, niſi tempus modicum, & per violentiam, & in paucis, ſcilicet tempore Antiochi illuſtris, qui cogebat Iudæos idolis immolare, vt patet. 1. & 2. Machab. Nec quod dicitur: Cum poſuerit omnes la. al. ſi. la. ci. poteſt conuenienter exponi de deſtructione templi per Romanos, vt volunt aliqui dicere, quia ſtatim ſubditur: Non ſtabunt luci & de. per quod intelligitur idololatria, quę nullo modo tunc erat apud Iudæos, & ideo intelligitur de deſtructione idololatriæ Gentilium per prædicationem Apoſtolorum, vt dictum eſt.*

¶ a Ciuitas

MORALITER.

* a *Ego dominus qui ſeruo eam.* à nequitia hæreticorum, dando ſibi veram ſapientiam, & à violentia tyrannorum, dando ſibi patientiam.

b *Repente propinabo ei.* Potum aduerſitatis temporalitatis.

c *Ne forte viſitetur.* In condemnatione iudicij finalis.

d *Nocte & die ſeruo eam.* Nocte aduerſitatis, ne per impatiētiam frangatur, & die proſperitatis, ne per ſuperbiam eleuetur.

f *Quis dabit me ſpinam.* Hic vſque ad finem capituli ſecundum ſenſum literalem tractatur vna quæſtio, ſcilicet vtrum Deus parcere debuit Iudæis a perſecutione Romanorū propter bonos eiuſdem populi, ſcilicet Apoſtolos & alios credentes ex Iudaiſmo? & reſpondetur quòd non, quia fuerunt Chriſti perſecutores & Apoſtolorum aliorumq; credentium in Chriſtum: Iudæi tamen credentes in Chriſtum, tunc fuerunt ſaluati ab illa perſecutione: nam monitu Angeli tranſierunt in regnum Agrippæ, qui confęderatus erat Romanis, & ſic fuerunt ibi ſaluati, vt dicitur in Eccleſiaſtica hiſto. Moralitas autem huius eſt, quod firmiter eſt adhærendum Deo: nam adhærētes ſibi ſemper ſaluat ſpiritualiter, & aliquando etiam corporaliter, ſicut patet in propoſito exemplo.

q Flo-



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Conterētur.* Sicut Delbora ad bellū iuit, & populū ad ignominiam Iudęorum iudicauit, & imminente Chaldęorum captiuitate viris tacētibus Olda prophetauit: Sic imminente captiuitate Romanorum veniebant fortè mulieres & docebant eos.

Iudic.4.b 4.Reg.22.c

b *Mulieres.* Diuerſæ ſynagogæ. Vel apertæ mulieres, quæ nudatis pectoribus ſanguinantes ferunt lacertos.

c *Docen. e.* Magna infelicitas populi, & reprehenſio, à mulieribus lamētationis carmina diſcere.

† habitaculum dimiſſum erit.

d *Ab alueo LXX.* Ab Euphrate vſq; Rinocorulam. Eſt.n. riuus, non magnus, qui diuidit terram promiſſionis & Ægyptum, ſuper quem ciuitas Rinocorula ſita eſt: quaſi ab eo quo incipit, vſquequo terminatur. Ab alueo flu. Euphrate. i. vnde à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Alij Iordanem putant, & nota quod in terminis Iudeæ, fluuius appellatur, in Ægypti finibus, torrens, quia habet turbidas aquas, & non perpetuas.

† Pre ariditate rami eius.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Ciuitas. *Hic ponitur Iudæorum exterminium quantum ad obſtinatos, cum dr̄: Ciuit. enim munita. ſ. Ieruſalem.*

b Deſolata erit. *Per Romanos qui eam deſtruxerunt.*

c Spacioſa relin. *i. Ieruſalem quæ antè erat ciuitas ſpatioſa, relinquetur à ſuis habitatoribus: qa à principio obſidionis vſq; ad finem multi fuerunt mortui gladio & fame & peſte, ſcilicet decies centum milia, vt dicit Egeſippus lib. 5.*

d Et dimit. qua. *Quia alij fuerunt in captiuitatem ducti, & ciuitas fuit deſtructa, ita qđ non erat habitationi hominum apta.*

F

e Ibi paſcetur vi. *ſ. populus Romanus, qui dicitur hic vitulus propter carnis petulantiam. Ibi enim fuit paſtus, id eſt diuitijs ciuitatis repletus.*

† in terrā. † in terrā.

f Et ibi accu. *i. poterit ſecure dormire: quia eorum aduerſarij erant mortui vel captiuati, vt dictum eſt.*

g Et conſumet ſum. eius. *i. templum & ædificia in circuitu, quæ erant in monte Sion, qui eſt ſuperior pars ciuitatis.*

h In ſiccitate meſſis illius. *i. ex defectu victus in Ieruſalem.*

i Contere[n]tur mulie. ve. *ſ. in Ieruſalem ad diem feſtum. vnde refert Egeſippus lib. 6. quod quædam mulier de vltra Iordanem venerat in Ieruſalem, & cum alijs fuit ibi obſeſſa, & anguſtia famis conſtricta coxit proprium filium & comedit. Et idem credibile eſt de pluribus alijs, licèt non fuerint deprehenſæ, quia talia enormia fiunt clanculo.*

k Et docen. eam. *Sicut eſt in Heb. & libris correctis: Et accipiuntur hic docentes, ipſi ſacerdotes, qui ex officio habebant docere populum, & iſti fuerunt tunc contriti, quia cum à Tito poſtularent miſericordiā, iuſſit eos occidi, dicens eos degeneris eſſe animi, quia templo & numini cuperent ſuperuiuere. Et cauſa ſubditur:*

G

l Non eſt enim populus ſapiens. *Id eſt habens Dei ſapientiam, quæ ſapida eſt, ſed tantum terrenam ſapientiam, quę eſt animalis & diabolica, Iaco. 3. d.*

m Propterea non miſerebitur eius &c. *Et patet litera.*

n Et erit. *Hic ſoluitur quæſtio quantum ad bonos, qui de Iudæis crediderunt Chriſto, qui deſtructa Iudæa fuerunt ſaluati in vita, ideo dicitur: Et erit. ſcilicet quod ſequitur.*

† deſolabitur

o In die illa percuti. *Et dicitur hic Alueus fluminis, locus vbi oritur Iordanis. Torrens autem Aegypti dicitur Rinocorula, qui eſt paruus fluuius in extremitate Iudæę, in parte auſtrali verſus Aegyptum. Ortus Iordanis eſt in termino Iudæ in parte aquilonari, in radicibus montis Libani, vt dicit Hiero. & ſic deſignatur hic terra Iudææ percuſſa à Romanis.*

p Et uos congregamini vnus & unus, *id eſt pauci reſpectu multitudinis percuſſæ & captiuatæ.*

q Filij Iſrael. *id eſt vos in Chriſtum credentes, fidem Patriarchæ Iacob, qui alio nomine dicitur Iſrael imitantes. Scribitur enim in Eccleſiaſtica hiſto. quod ante obſidionē Ieruſalem per Romanos, fideles qui erant in Ieruſalem & Iudæa fuerāt admoniti per Angelum, vt tranſirēt in regnum Agrippę, qui erat confęderatus Romanis: & ſic fuerunt ibi ſaluati.*

r Et erit in die illa clang. in tu. ma. *Per hanc turbam intelligitur ædictum Aelij Adriani Imperatoris Romani, qui Ieruſalem deſtructam per Titum reædificauit, & ſuo nomine Aeliam appellauit: Sed poſtea magis tenuit nomen antiquum, & ipſe ędicto publico prohibuit ne aliquis Iudæus ibidem habitaret, ſed fuit permiſſæ ipſis Chriſtianis ad habitandum, vt dicit Hugo Floriacenſis lib. 4. Et tunc in Ieruſalem confluebant vndecunque Iudæi ad Chriſtum conuerſi, eò quòd diligebant locum illum, ideo ſubditur:*

H

s Et venient qui perditi fuerant de terra Aſſyrio. & qui ele. *Quia in iſtas terras per captiuitates præcedentes multi Iudæi fuerant ducti, & habitabāt ibidem, qui per prædicationem Apoſtolorum & aliorum diſcipulorum fuerunt conuerſi ad fidem, & ſic veniebant in Ieruſalem ratione dicta. Et per iſtas duas terras intelliguntur etiam aliæ in quibus Iudæi captiuati habitabant. Poteſt etiam hæc litera intelligi de eccleſia, nomine Ieruſalem ſignificata, ſecundum quod dicitur Apoc. 21. a. Vidi ciuitatem ſanctam Ieruſalem nouam deſcendentem de cęlo, &c. ad quam peruenerunt per fidem multi de omnibus terris, qui prius erant perditi, per errores & idololatriam, Deum adorantes fideliter & deuote, & hoc adoratione latriæ.*

a ¶Ieruſalem. b ¶Olim. ¶Cuſtodia Angelorum. c ¶Per Romanos, quia filium Dei occidit.
Ciuitas enim munita † deſolata erit, a b
a ¶Quondam. ¶In qua habitabat ſpecioſus forma præ filijs hominum. b ¶A Deo. ¶Surgite eamus hinc. c ¶Ab hominibus.
† ſpacioſa relinquetur, & dimittetur c d
a ¶In vinea illa. b ¶Romanus exercitus. vnde: Vaſtauit eam aper de ſylua. ¶Titus, de quo: Singularis ferus deuaſtauit eam.
quaſi deſertū. Ibi paſcetur vitulus, & e f
a ¶Quibus conſumptis cito moritur vinea. ¶Magnates.
ibi accubabit, & cōſumet † ſummitā g
a ¶Metaphora. ¶Morte plebis eius. ¶Dolore.
a tes eius. † In ſiccitate meſſis illius con h i
a ¶Vndiq;. ¶Itinere, fame, & ſqualore confectę.
b c terentur mulieres venientes & docen k
a ¶Ideo docebunt mulieres. ¶Non vult eſſe. b ¶Intelligens creatorem.
tes eā. Non eſt enim populus ſapiens, l
propterea non miſerebitur eius qui m
fecit eum, & qui formauit eum, non
a ¶Captiuitatis. b ¶Terra Iudæorum.
parcet ei. Et erit in die illa, † percutiet n o
a ¶Vt in Iudæa quæ quondam fuit terra promiſſionis, nullus reperiatur ſermo doctrinæ vel ſcientiæ ſcripturarum. vnde ſuadet vt non attendamus Iudaicis fabulis & mendacijs hominum. ¶Ab Euphrate.
a dominus ab alueo fluminis vſque ad
a ¶Nilum. b ¶Ad fidem.
torrentem Ægypti, & vos congregap
a ¶Pauci ſcilicet. ¶Veri Iſraelitæ.
bimini vnus & vnꝰ filij Iſrael. Et erit q
a ¶Poſt aſcenſionem vel ſubuerſionem Ieruſalem. b ¶Ab Apoſtolis. c ¶Prædicatione Euangelica.
in die illa, clangetur in tuba magna, r
a ¶Gentes. ¶Ad fidem. b ¶Per idololatriam.
& venient qui perditi fuerant † de ter s
a ¶Ab ortu ſolis vſque ad occaſum. ¶Per hos enim omnes gentes ſignificat. b ¶A Deo.
rā Aſſyriorum, & qui electi erant † de
terra Ægypti, & adorabunt dominū
¶Eccleſia. ¶Scilicet.
in monte ſancto in Ieruſalem.

## GLOSSA ORDINARIA. CAP. XXVIII.

VAe coronæ ſuper. Huc vſque de conſummatione mundi dictum eſt, ab hoc loco: Ecce dn̄s diſſipauit terrā & nudauit eam. Væ coro. Dicamus prius hiſtoriam, deinde Tropologiam, tandem vaticinium prophetale. Væ. Superius de die iudicij, de ſubuerſione Ieruſalem, de conuerſione gentium, nunc agit cōtra decem tribus quæ Ephraim dicuntur: Vel Ieroboam qui de tribu Ephraim primus ſuper eā regnauit: vel à Ioſue qui Moyſi ſucceſſit. Hæc corona ſuperbiæ, quia de multitudine ſuperbierant, quæ eſt quaſi corona regis. Multitudo enim populi gloria regis. Flos decidit, quia à gloria ſua cito decident. vn̄ ſpiritusſanctus. Væ coronæ ſuperbiæ. Secūdū prophetiam. Væ coro. Scribæ & Phariſæi qui iuxta LXX. dicuntur mercennarij

Pro. 14. d.

### CAP. XXVIII.

a ¶Magiſtris erroris. b ¶Poſuerunt in cœlum os ſuum.
VÆ CORONÆ ſuperbiæ.

## NICOLAVS DE LYRA. CAP. XXVIII.

VÆ coro. ſu. *Superius locutus eſt propheta contra duarū tribuum perſecutores, hic prophetat contra prophetarum contemptores. Et diuiditur in duas partes, quia primò propheta prophetat contra contemptores præſentium, ſecundò futurorum. 30. cap. Prima in duas: quia primò prophetat contra contemptores de decem tribubus, ſecundò contra eos de duabus, ibi: In die illa. Circa primum dicit:*

Diuiſio

a Væ coronæ ſu. *i. regno decem tribuum, quod intantum ſuperbierat, quod prophetas domini omnino contempſerat, & prophetis idolorum adhæſerat.*

a Ebrijs

## MORALITER.

a *Væ coronæ ſuperbię.* Poſt quam Iſaias prophetauit contra diuerſas gentes, hic ad literam prophetat contra prophetarum contemptores. Et primò contra illos de regno. Iſrael per quos ſignātur in eccleſia ſacerdotes, & clerici peruerſi, qui prædicatores veritatis pauperes contemnunt, impediunt, & affligunt, ſicut Amaſias ſacerdos Samariæ frequenter afflixit Amos prophetam domini: & Ozias filius eius ipſum vecte per tempora transfixit, vt dicit Hieronym. in prologo ſuper Amos prophetam. Talibus ergo clericis myſticè dicitur hic. Væ coronæ ſuperbiæ. quæ fuit primo ſignum humilitatis, ſed nunc abutuntur ea mali clerici pro ſigno ſuperbię & malignitatis.

Ebrijs



cenarij Ephraim, propter Iudam, qui de tribu Ephraim, & de vico eiuſdem tribus Scarioth, dominum vendidit, qui verè flos Apoſtolicæ doctrinæ decidit ſuper montem pinguiſſimum. vnde: Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit, in vertice ſcilicet vallis Gethſemani ſecundum Hebræum, vbi dominum tradidit: quę dicitur vallis pinguiū propter vbertatem, & Scribas & Phariſæos, qui ibi dominum comprehenderunt. vnde Tauri pingues obſederunt me. Ebrius autem fuit Iudas, non vino, ſed auaritia, & diaboli cibo: qui poſt bucellam intrauit in ipſum, & penitus deuoratus eſt, quia oratio eius in peccatum cōuerſa eſt, nec pęnitentia fructum ſalutis habuit.

A

a *Vallis pinguiſ.* Gethſemani fertilitate frugum, per eam erat eis aſcenſus in ciuitatem, & ibi figebant aliqui ludi cauſa tentoria, dum in ciuitate morabantur.

b *In die il.* Secundum prophetiam, cùm dominus Scribas & Phariſæos, & Iudam proditorē ſubuerterit, erit corona gloriæ his qui de Iudæis crediderint. i. Apoſtolis, & ſpiritus iudicij, inſpirans eccleſiæ prælatis, & fortitudo bellatoribus, ad ſe qui eſt porta, reuertentibus. Scribæ.n. & Phariſæi vino & ſicera inebriati ſunt. Tropo. In die il. Hæreticis, à diabolo deuoratis, dominus erit corona gloriæ his qui in eccleſia commorātur, multitudine errantium pauci ſunt. Eſt autem ſpiritus iudicij, ſordes lauans filiarum Sion, & fortitudo reuertentibus, de bello quo diabolum vicerunt, ad portam quæ eſt Chriſtus, cui omnia tribuunt. Verum hi quoque præ vino ne. &c. Vinum eſt quod de vinea fit, Sicera omne quod inebriare poteſt, quam propriè Aquila ebrietatem tranſtulit. Sacerdos & propheta neſcierunt, præ ebrietate, &c. Tales fuerunt Priſca & Maximilla & Montanus, qui neſciebant quid dicerent. Inebriantur vino, qui ſcripturas malè intelligunt & peruertunt: Sicera, qui ſeculari ſcientia abutuntur.

B

c *Fortitudo reuertentibus.* Non leguntur bella Ezechiæ, ſed dominus pro eo bellum geſſit, interfectis clxxxv. milibus Aſſyriorum, quorum Iudæi ſpolia collegerunt, & ad portas Ieruſalem cum gaudio reuerſi ſunt.

a Omnes

a ¶Vitijs. ¶Vino fornicationis, idololatriæ. b ¶Hæreticorum. c ¶Quia de gloria domini excident, de flore & ſpe cœleſti.
ebrijs Ephraim, & flori decidenti, a b
a ¶Ebrij.
glorię exultationis eius, † qui erant c d
a ¶Tempore Dauid vocati a rege vel exigente ſolennitate. non enim ibi habitabant neque ad eam ſortem pertinebant. ¶Id eſt culmine ſuperbiæ. b ¶Ieruſalem quæ erat ſuper Gethſemani. c ¶Quia non tenue Manna & humilitatem eccleſiæ ſequuntur, ſed in monte pinguiſſimo tanquam ebrij verſantur.
a in vertice vallis pinguiſſimæ † erran
a ¶Idololatriæ. b ¶Irruet ſuper eos.
tes à vino. Ecce validus & fortis e
a ¶Exercitum Sennacherib ſignificat.
† dominus ſicut impetus grandi- f
a ¶Violentiam notat. b ¶Irruens multitudo.
nis, turbo confringens, ſicut impe-
a ¶Quæ omnia obuia trahunt.
tus aquarum multarum inundan-
a ¶Decem tribus leniter captiuaturus.
tium, † & emiſſarum ſuper terram
a ¶Diaboli. ¶Aſſyriorum.
ſpacioſam. Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim, & erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui eſt ſuper
verticem vallis pinguium, quaſi g
a ¶Malum præmaturum, vel aliquid huiuſmodi. ¶Quaſi: Dulciſſimus cibus diaboli erunt.
temporaneum ante maturitatem h
autumni. Quod cùm aſpexerit, vi- i
dens ſtatim vt manu tenuerit, de-
a ¶Cupide, ſic deuorabuntur decem tribus. b ¶Deletis ſcilicet tribubus ab Aſſyrijs.
b uorabit illud. In die illa erit domi- k
a ¶Quaſi ex auro & gemmis.
nus exercituum corona gloriæ, & l m
a ¶Ex floribus. b ¶Duabus tribubus quæ non ſunt captiuatæ ab Aſſyrijs tempore Ezechię.
ſertum exultationis reſiduo popu- n
a ¶Ipſe Deus inſpirando quomodo iudicet. b ¶Ezechię.
li ſui, & † ſpiritus iudicij ſedenti ſu- o p
a ¶Regni.
c per thronum, & fortitudo reuer- q
a ¶Interfectione Aſſyriorum. b ¶Ieruſalem.
tentibus de bello ad portam. Ve- r
a ¶Duę tribus. ¶Sicut aliæ tribus. ¶Quia Iuda & Beniamin legem pręuaricati ſunt, & ipſi in captiuitatem ducti ſunt. b ¶Fornicationis. c ¶Creatorem, qui ſępe liberauit eos.
rum hi quoq; præ vino neſcierunt, s
a ¶A via Dei. b ¶Iniquus.
& præ ebrietate errauerunt. Sacer- t
a ¶Falſus.
dos & propheta neſcierunt præ e- u
¶A via Dei.
brietate, abſorpti ſunt à vino, erra- x
uerunt in ebrietate, † neſcierunt vi- y
a ¶Deum qui omnia videt. b ¶Iuſtum.
dentem, ignorauerunt iudicium. z

## NICOLAVS DE LYRA.

a Ebrijs Ephraim. *Quia illud regnum non ſolum infectum erat per peccatum ſuperbiæ, ſed etiam gulæ & luxuriæ, & denominatur ab Ephraim illud regnum, quia primus rex. ſ. Ieroboam fuit de tribu Ephraim.*

b Et flori de. *Per hoc deſignans, qđ deſtructio illius regni erat propinqua, quæ facta fuit per Salmanaſar Regem Aſſyriorum. 9. anno Oſeæ regis Iſrael. 4. Reg. 18.*

d Qui erant in ver. *Iſta vallis ſecundum Rab. Sa. eſt vallis Zenereth fertiliſſima exiſtens in regno decem tribuum.*

e Ecce validus & fortis. *Cui nullus poteſt reſiſtere.*

f Sicut impetus. *Per hoc intelligitur exercitus Salmanaſar, inſtinctu diuino venturus cum magna fortitudine ad deſtruēdum regnum Iſrael, ita quòd Iſmaelitæ non poſſent reſiſtere, ſicut factum fuit: ideo ſubditur: Pedibus conculcabitur, &c. & patet ex dictis litera vſque ibi:*

g Quaſi temporaneum. *id eſt primitiuum.*

h Ante ma. autum. *i. ante maturitatem de curſu communi.*

i Quod cum aſpexerit. *Et eſt ſententia, quod ſicut aliquis videns fructum aliquem maturum ante alios, vt pomum vel ficum vel huiuſmodi, ex deſiderio nouitatis, ſtatim accipit & comedit, ſic Salmanaſar & eius exercitus cum magna auiditate deſtruendi regnum Iſrael venturi erant de propinquo, & ſic contigit: quia populum partim occiderunt, & partim captiuum duxerunt in Aſſyrios, & terram populauerunt alienis gentibus. 4. Reg. 18.*

C

K In die illa. *Hic conſequenter prophetat contra contemptores, qui erant de duabus tribubus, & primò contra maiores populi ſpecialiter. ſecundò contra totum populum communiter cap. ſe. Prima in duas, quia primò vt appareat contemptus grauior, premittit Dei beneficium eis exhibitum. ſecundò propheta prædicit eorum interitum, ibi: Verum hi. Circa primum ſciendum, quod captiuatis decem tribubus per Salmanaſar, Sennacherib voluit deſtruere regnum Iudæ, ſed Angelus domini percuſſit eius exercitum, ita quod oportuit eum fugere ad terram ſuā, vbi à filijs ſuis fuit interfectus. 4. Reg. 19. Et tunc Ezechias rex Iudæ cum populo ſuo de ſpolijs mortuorum fuerunt valde ditati, & ſic habuerunt duplicem materiam gaudij. ſ. de morte aduerſariorum ſuorum, & de ſpolijs eorum, & hoc eſt quod dicitur, In die illa, &c. i. Angelorum.*

Diuiſio † quæ † percuſſi

l Corona gloriæ. *Quantum ad maiores.*

m Et ſer. exulta. *Quantum ad minores, quia corona fit de auro, & argento, & gemmis: ſertum verò de floribus.*

n Reſiduo populi ſui. *i. duabus tribubus quæ remanſerant alijs captiuatis.*

o Et ſpiritus iudicij. *i. inſpirantis voluntatem iudicium faciendi.*

p Sedenti ſuper iudicium. *Sic eſt in Hebræo, & in libris correctis. i. Ezechiæ regi qui fuit iuſtus.*

q Et fortitudo. *i. populo Ezechiæ, qui exijt ad colligendum ſpolia Aſſyriorum, vt prędictum eſt. Et redijt ad portam ciuitatis Ieruſalem plenus diuitijs aduerſariorum. & ideo dr̄ hic: Reuertentibus de bello, & non bellantibus: quia illam victoriam non fecit dominus per homines, ſed per Angelum.*

D

r Verum hi quoque. *Hic præmiſſo beneficio denunciatur interitus ratione ingratitudinis. Et primò ponitur interitus duarum tribuum factus per Chaldæos, ſecundò per Romanos. ibi: Propter hoc audite. Prima in duas, quia primò propheta deſcribit eorum culpam. ſecundo debitam pęnam: ibi: Et erit. Circa primum dicitur: Verum hi. id eſt illi de duabus tribubus.*

Diuiſio

s Præ vino neſcierunt. *Quia expoſuerunt ſe epulis & potibus & alijs malis, & cito Dei beneficium obliti fuerunt, ideo ſubditur:*

t Sacerdos & propheta. *Qui deberent alios de Dei beneficijs inſtruere, & ad Dei laudem inuitare.*

u Neſcierunt præ ebrietate. *Et loquitur hic Iſaias de prophetis falſis.*

x Abſorpti ſunt. *Inculcatio eſt verborum idem ſignificantium, ad oſtendendum magnitudinem exceſſus eorum in talibus.*

y Neſcierunt uid. *id eſt verum prophetā, ſecundum quod dicitur. 1. Reg. 9. b. Qui enim hodie dicitur propheta, olim appellabatur videns. Sacerdotes enim mali & prophetæ falſi, veros prophetas domini contemnebāt: ideo ſubditur:*

z Ignorauerunt iudicium. *Quia nolebant dirigi*

† errauerunt in viſione.

## MORALITER.

a *Ebrijs Ephraim.* i. excedentibus in cibis & potibus.

b *Flori decidenti.* Nam tales exciderunt ab honeſtate clericali.

c *Gloriæ ex. eius.* id eſt dęmonis, qui gaudet in rebus peſſimis, inter quas eſt deiectio clericalis ſanctitatis.

d *Qui erant in ver.* Hoc dicitur propter plenitudinem diuitiarum Eccleſię, quibus mali abutuntur ad carnalitatem & ſuperbiam deducendam, propter quod ſubditur pœna, cùm dicitur:

e *Ecce vali. & for. do.* Ad puniendum tantum malum.

K *In die illa erit dominus &c.* Sicut enim mali clerici contemptores bonorum ſunt acriter puniendi, ita boni ab eis contempti ſunt magnificè præmiandi, ideo ſubditur: In die illa. i. reddens præmium glorioſum.

n *Reſiduo pop. ſui.* id eſt pauperibus religioſis fideliter laborantibus in eccleſia Dei: verumtamen quia aliqui eorum irretiti ſunt vitijs prædictis, ideo ſubditur:

r *Verum hi.* Propter quod mouetur quęſtio, cum ſubditur:



Quem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Omnes enim.* Dum ſcripturarum non digerunt cibos, nec corpori faciunt vitales, ſed immaturos & fętentes egerunt, vt in eis dominus nullum inueniat locum.
b *Ablactatos a lacte au.* Alios non, quia portare non poſſunt. Hi enim ſunt qui iam ſolido cibo vti poſſunt. Alijs dicit Apoſtolus: Lac dedi vobis potum, non eſcam.
c *Quia manda re.* Q. Sed vos non poteſtis doceri, quia irridentes prophetas (per quos prædicit dominus vobis mala superuentura vt pęnitentiam agatis & liberemini) opponitis: manda remanda: Q. O propheta præcipe quod vis, minare quæ vis, hæc tamē non eueniunt quæ minaris.
d *In loquela enim.* Q. Malo veſtro hoc dicitis, quia non prænunciabit vobis dominus amodo mala, ſed ſtatim inferet. Et hoc eſt: In loquela enim labij, & lingua altera loquen. ad populum iſtum, &c.

†præceptū ſuper præceptū, præceptū ſup præceptū, linea poſt lineam, parum ibi parum ibi.

a *Lapidem*

a ¶Super quas comedebant ante idola.
Omnes enim menſæ repletæ ſunt
a ¶Omni immundicia, b ¶In eis.
vomitu ſordiumq;, ita vt non eſſet
a ¶Domino. b ¶Dignum doctrina domini. c ¶Dominus.
vltrà locus. Quem docebit ſcien-
a ¶Quod audierit a domino. ¶Qui habet aures audiendi audiat, aut quod auribus hauſerit, corde intelligat. ¶Verbum caro factum eſt.
tiam, & quem intelligere faciet au-
a ¶Sicut Iſaac, propter cuius auulſionem Abraham lętus fecit grande conuiuium. ¶Idem.
ditum? Ablactatos à lacte, † āpul-
¶O propheta.
ſos ab vberibus, †quia manda, re-
a ¶Reſponſio prophetæ, vel ipſi deriſorie repreſentant verba prophetæ.
manda, manda, remanda, expecta,
reexpecta, expecta, reexpecta, mo-
¶Maneas in expectatione.
dicum ibi, modicum ibi. †In loque
la enim labij, & lingua altera lo-
a ¶Incredulum. b ¶Populo. c ¶Dominus.
quetur ad populum iſtum, cui di-
a ¶Vos benefacientes.
xit: Hęc eſt requies mea, reficite
a ¶Laborare me feciſtis in iniquitatibus veſtris. Et alibi: Laboraui fuſti. ¶Me. b ¶In bonis operibus veſtris. ¶Anima iuſti ſedes ſapientiæ eſt.
laſſum, & † hoc eſt meum refrige-
rium, & noluerunt audire. Et erit
a ¶Quod irrident. b ¶Scilicet.
eis verbum domini manda, reman
da, manda, remanda, expecta, re-
expecta, expecta, reexpecta, mo-
a ¶Interitum.
dicum ibi, modicum ibi, vt vadant
a ¶Euntes. b ¶Boni cadunt in faciem, mali retrorſum.
et cadant retrorſum, & conteran-
a ¶A Babylonis vel Romanis.
tur, & illaqueentur, & capiantur.
a ¶Quia illuſiſtis.
Propter hoc audite verbum domi-
a ¶Pontifices, Scribæ, & Phariſæi. b ¶Principes.
ni viri illuſores, qui dominamini
ſuper populum meum, qui eſt in Ie
a ¶Obliti enim beneficiorum meorum. ¶Opere non ſermone. b ¶Semel ſalutem deſperauimus. c Immolantes demonibus ſicut aliæ gentes.
ruſalē. Dixiſtis enim: Percuſſimus
a ¶Diabolo. b ¶Vt deſcenſuri ad inferos lenius puniamur.
fœdus cum morte, & cū inferno fe
a ¶Pacis actum. b ¶Ergo. ¶Captiuitatis.
cimus pactum. Flagellum inundās
a ¶Ante mortuos.
cū tranſierit, non veniet ſuper nos,
a ¶Id eſt fruſtra ſpem in Deo habuimus & in lege eius. b ¶Diabolum.
quia poſuimus mendacium ſpem

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *dirigi per verba ſanctorum prophetarū.*
a Omnes enim menſę reple. ſunt vomitu ſordiumque. *Ex nimio epulationis & potationis exceſſu.*
b Ita ut non eſſet ultra locus. *ſcilicet mundus à talibus ſordibus: Et quia talis exceſſus cauſat cęcitatem intellectus, ſic econtrario abſtinentia clarificat, ſecundum quod dicitur Dan. 1. de ipſo & ſocijs eius, qui fuerunt valde abſtinentes, vt ibidem dicitur: Pueris autem his dedit Deus ſciētiam & diſciplinam in omni libro & in omni ſapientia, &c. ideo ſubditur:*

† hęc requies.

c Quem docebit. ſci. *i. per ſacrarum ſcripturarum ſtudium.*
d Et quem intelligere. *id eſt verba doctorum, vel etiam Angelorum reuelantium. & reſpondet:*
e Ablactatos à la. *i. ſegregatos à delectationibus carnalibus, quæ ſunt circa cibos & venerea. Et quia detenti delectationibus carnalibus ſunt ad hoc inepti, ideo ſubditur:*
f Manda, remanda, manda reman. *Sic enim loquebantur ſacerdotes mali & prophetæ falſi, deridendo verba prophetarum ſanctorum, quæ non intelligebant. Circa quod ſciendum, quod prophetæ nitebantur populum retrahere à malis aliquando comminando eis mala, ſi in malis perſeuerarent, & tunc vtebantur uerbo mandati ſicut ſup. 5. b. Mandabo nubibus ne, &c. & 13. a. Mandabo militiæ belli. Aliquando verò promittendo bona ſi à malis deſiſterent, & tunc vtebantur verbo expectationis ſicut Abacuk. 2. a. Si moram fecerit expecta eum, &c. & ideo ſacerdotes mali & prophetæ falſi eos deridendo dicebant: Manda remanda, & ſubditur:*
g Modicum ibi. *q. d. de comminationibus eorum ſeu promiſſionibus modicum aut nihil vidimus impletum.*
h In loquela enim. *In Hebræo habetur. In Balbutiendo. Balbutiens enim ſatis mouet labia, ſed tamen loquitur malè intelligibiliter.*
i Et in lin. al. *id eſt extranea.*
k Loquetur ad populum iſtum. *Et eſt ſenſus, quòd ſicut loquela balbutientis & loquentis alicui in lingua ſibi extranea non eſt ſibi intelligibilis, ſic verbum domini per prophetas loquentis, non intelligebatur ſaltem quantum ad effectum à cōtemptoribus prædictis. Et ponitur exemplum cum ſubditur:*
l Cui dixit. *ſcilicet dominus.*
m Hæc re. mea. *i. impletio meæ voluntatis.*
n Reficite laſ. *i. afflictis impendite opera miſericordiæ.*
o Et hoc eſt refrigerium meum. *Secundum illud Matt. 25. d. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.*
p Et noluerunt audire. *Mihi obediendo, & ſic factum eſt eis verbum domini quaſi non intelligibile.*
q Et erit eis. *Hic conſequenter ponitur pęna debita ex Dei iuſtitia per Chaldæos inflicta. Circa quod ſciendum, quòd Sedechias rebellauit regi Babylonis ex confidentia adiutorij per regem Aegypti, & ideo veniente rege Babylonis contra eum miſit pluries ad regem Aegypti, ad habendum auxilium, & ille pluries promiſit, & de terra ſua exiuit ad hoc agendum, ſed non perfecit, quia redijt in Aegyptum, vt habetur Iere. 37. & ſic Sedechias fuit defraudatus à ſuis petitionibus & promiſſis regis Aegypti, & hoc ſibi improperatur hic, ſicut ipſe & ſui improperabant prophetis domini, quòd verba eorum non haberent effectum, vt prædictum eſt, & hoc eſt quod dicitur: Et erit eis verbum domini. eos deridendo.*
r Manda remanda. *Regem Aegypti pro ſuccurſu habendo.*
s Expecta reexpecta. *Eius aduentum ſicut dixit promittendo.*
t Modicum ibi, modicum ibi. *i. nullum remedium habebis ab eo, ideo ſubditur:*
u Vt vadant. *In rebellione ſua procedendo.*
x Et cadant retrorſum. *Tanquam victi.*
y Et conterantur. *Fame & gladio quantum ad mortuos.*
z Et illaqueentur & capiantur. *Quantum ad cæteros in captiuitatem Babylonicam in vinculis deductos.*
a Propter hoc. *Hic conſequenter contra illuſores veritatis prædicitur afflictio per Romanos. Circa quod ſciendum, quòd illa afflictio fuit quædam figuratio iudicij finalis: propter quod Apoſtoli ſimul quęſierunt de tempore vtriuſque, Matth. 24. a. Dic nobis quando hæc erunt, ſcilicet deſtructio ciuitatis & templi? & quod ſignum aduentus tui & conſummationis ſeculi? Et Chriſtus ad vtrunq; ſimul reſpondit, Matth. 24. & Mar. 13. & Luc. 21. Et ideo primò ponit hic afflictionem primam, ſecundò ſecundam, ibi: Et nunc. Circa primum ſciendum, quòd prima afflictio facta eſt propter malitiam Iudæorum contra Chriſtum, vt habetur manifeſtè Luc. 19. & ideo hic primò ponitur contra Chriſtum Iudæorum malignitas. Secundò, ipſius Chriſti firma ſtabilitas, ibi: Idcirco. tertiò pęne Iudæorum acerbitas ibi: Et ponam. Circa primum dicitur: Propter hoc. propter deſtructionem ciuitatis per Chaldæos, quæ contigit propter illuſores prophetarum, vt dictum eſt.*
b Audite verbum domini ui. il. *ſcilicet veritatis, quales fuerunt ſacerdotes & legiſdoctores tempore Chriſti: propter quod dixit eis, Matth. 15. a. Irritum feciſtis mandatum domini propter traditionem veſtram. Doctrinam enim Chriſti veriſſimam illudebant.*
c Qui dominamini ſuper. *Tunc enim Sacerdotes & Scribæ regebant populum.*
d Dixiſtis enim. *i. facto oſtendiſtis.*
e Percuſſimus fœdus. *Ille enim qui habet fędus, vel pactum cum alio, non timet ab eo. Eſt igitur ſenſus. Vos oſtendiſtis per facta, quod non timueritis mortem naturæ nec gehennæ: quia ita obſtinatè perſecuti ſunt Chriſtum innocētem vſque ad mortem, acſi nullam pęnā timerent inde ſequi in præſenti in vel futuro, ideo ſubditur:*
f Flagel. inun. *Super alios: Et intelligitur hic flagellum inundans exercitus Romanorum, qui afflixit totum mundum.*
g Non venient ſuper nos. *Deſtruendo nos, & captiuando.*
h Quia poſuimus mendacium ſpem. *Ad hoc enim procurauerunt*

¶ mortem

## MORALITER.

✻ c *Quem doceb.* ſcilicet ſalutis: non ſolum ſpeculatiuè, ſed etiam practicè. Et reſpondetur cùm ſubditur:
e *Ablactatos à lac. &c. ab vbe.* i. ſeparatos à delitijs carnalibus, cuiuſmodi ſunt boni religioſi & ſtudioſi.
q *Et erit eis ver. do. m.* Ad literam deſcribitur pœna veritatis illuſoribus inflicta per Chaldæos, quæ fuit breuis reſpectiuè: quia durauit tantum ſeptuaginta annis ſecundum numerum maiorē, & quinquaginta duobus tm̄ ſm̄ minorem: propter quod mora. ſignat pœnam quæ illuſoribus veritatis aliquando infligitur à Deo in pſenti.
a *Propter hoc au.* Hic ad literam deſcribitur pœna veritatis illuſoribus inflicta per Romanos. ſ. Iudęis obſtinatis, quę fuit & eſt lōga.

✻ quia



a *Lapidem.* Lapidem quem ędificantes reprobauerunt, hic factus eſt in caput anguli, viri ſ. illuſores.
Pſal. 17. 2. Reg. 5. b *Sicut enim in monte diuiſionum ſtabit dominus ſicut in valle &c.* Philiſthæos congregatos ſuperueniens Dauid auxilio domini diuiſit viuos à mortuis, & per diuerſa loca diſperſit. vnde locus ille Baalpharaſim nomen accepit.
c *Alienum op.* Opus proprium Dei eſt miſereri, parcere, condonare. Non ſuum ſed alienum, eſt iraſci, punire. Grego. In mūdum veniet, vt faciat opus ſuū, ſcilicet redimat genus

a ¶Diabolo, qui eſt pater mendacij. ¶Quia mortui imminentem captiuitatem declinauimus.
noſtram, & mendacio protecti ſumus,
a ¶Quia deſperaſtis. b ¶Miſericors & miſerator.
Idcirco hæc dicit dominus Deus. †Ec-
a ¶Vobis nolentibus. b ¶Quaſi ſapiens architectus fundamentum poſui. c ¶Eccleſiæ.
ce ego mittam in fundamentis Sion la
a ¶Chriſtum. b ¶Gentes & Iudæos copulantem. c ¶A Deo.
pidem angularem, lapidem probatum
a ¶Quo redimitur mundus. b ¶Eccleſiæ.
precioſum, †in fundamēto fundatum.
a ¶Scilicet. b ¶In illum. ¶LXX. non confundetur. ¶Si moram fecerit expecta eum. ¶Quærere retributionem c ¶Per filium meum.
†Qui crediderit non †feſtinet, & ponā
a ¶Meo, quia pater non iudicat quemquam. ¶Iuſte examine. b ¶Vt reddat vnicuiq; ſecundum opera ſua.
†in pondere iudiciū & iuſtitiā in men-
a ¶Multitudo tormentorum. b ¶Ipſum diabolum, vel ipſos qui in eo ſpem habuerunt.
ſura. Et † ſubuertet grando ſpem men-
a ¶Diabolum quem putabant protectionem ſuam. a ¶Tribulationum.
dacij & † protectionem. Aquæ inunda-
a ¶Amicitiæ. b ¶Quod percuſſiſtis cum diabolo.
bunt & delebitur fędus veſtrum cum
morte, & † pactum veſtrum cum infer-
a ¶De quo dixiſtis: Non veniet ſuper nos. ¶Mortis vel captiuitatis Sennacherib vel Nabuchodonoſor.
no non ſtabit. Flagellum inundās, cùm
a ¶Vel venerit. b ¶Conculcabit vos cum tranſierit.
tranſierit, eritis ei in conculcationem.
a ¶Quia. b ¶Deſtruet.
Quandocunq; pertranſierit, tollet vos.
a ¶Diluculum, quaſi dubia lux.
Quoniam mane diluculo pertranſibit
a ¶Continue. ¶Tam in proſperitate quam in aduerſis ſentietis domini iram.
in die & in nocte, & tantummodo ſola
a ¶Faciet vos intelligere vera eſſe quæ dixerunt prophetæ. b ¶Veſtro.
vexatio intellectum dabit auditui. Co-
a ¶Non capiet me & adulterium. ¶Dominus ad Ieruſalem quaſi ad vxorem. b ¶Metaphora pudici mariti & adulteræ vxoris.
anguſtatum eſt enim ſtratum, ita vt †al-
a ¶Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ. ¶Quaſi abijce idola, vt meis fruaris complexibus.
ter decidat, & † pallium breue vtrunq;
a ¶Quia lapidem recipere noluerunt.
operire non poteſt. Sicut enim in mon
a ¶An ſtabit ſicut ſtetit in monte? ¶Quaſi: Non pugnabit pro vobis ſicut fecit contra Philiſthęos & Gabaonitas.
re †diuiſionum ſtabit dominus, ſicut in
a ¶Iratus eſt, Ioſue pugnante & dicente: Stet ſol & luna, & ſpatio vnius diei ſtetit ſol, & de alienigenis perierunt multi. b ¶Hoc eſt, iraſcetur nunc vt tunc contra impios, vt faciat opus ſuum: Non quia non eſt opus Dei perdere quos creauit.
valle quæ eſt in Gabaon iraſcetur, vt fa-
a ¶Non, quia: Alienum.
ciat opus ſuū? † Alienum eſt opus eius,
¶Idem repetit alijs verbis. ¶Non, quia.
vt operetur opus ſuum? Peregrinum

†turbetur

†nō ſuper fluat.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *mortem Chriſti, vt euaderent flagellum exercitus Romani, vt habetur Ioh. 11. c. Si dimittimus eum, ſic omnes credent in eum, & venient Romani & tollent noſtrum locum & gentem. Hanc autem mortem procurauerunt per mendacia, accuſantes eum coram Pilato, eò quod prohibebat tributa dari Cæſari, & quod volebat ſe facere regem, vt habetur Luc. 23: Sciebant autem iſta eſſe falſa, quia reſponderat eis contrariū Mat. 22. c Reddite quæ ſunt Cæſaris, &c. & quod fugerat populum qui volebat eum regem conſtituere, Iohan. 6. b. Hoc enim fuerat ita publicum, quod non poterat eos latere, & ſic per talia mendacia procurando mortem Chriſti, credebant euadere inſultus Romanorum, per hoc tamen accidit eis contrarium, vt prædictum eſt.*
a Idcirco. *Hic ponitur conſequenter ipſius Chriſti ſtabilitas, quia per afflictionem & mortē à Iudæis ſibi procuratam peruenit ad ſtabilitatem immortalitatis corporis. & hoc eſt quod dicitur hic: Idcirco, id eſt propter nequitiam Iudæorum prædictam.*
b Hæc dicit do. de. *Cuius verbum non poteſt caſſari.*
c Ecce ego. *verbum illud eſt patris de filio, vel totius trinitatis de homine Chriſto. Secundum enim omnes expoſitores Hebraicos & Latinos ſcriptura hæc loquitur de Chriſto.*
d Mittam in fundamentis Sion. *id eſt eccleſiæ militantis, quæ fundata fuit in Sion per prædicationem Chriſti: quia pluries in templo exiſtente in monte Sion prędicauit; Et quia in monte Sion ſuam reſurrectionem diſcipulis manifeſtauit, & ibidē ſuper Apoſtolos ſpiritumſanctum in ſigno viſibili miſit.*
e Lapidem. *i. Chriſtum, qui dicitur lapis Daniel. 2. e. Lapis qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus.*
f Lapidem probatum. *Multis perſecutionibus in ſua paſſione, & approbatum à Deo patre, & quod hoc intelligatur de Chriſto ad literam etiam ſecūdum Iudæos, patet per translationem Chaldaicam, quæ ſic habet: Ecce ego ſtatuens in Sion regem Meſſiam, regem potentem angularem, quia ex Iudæis & Gentibus tanquàm ex duobus parietibus ſimul iunctis fecit vnam eccleſiam, ſecundum quod dicitur Iohan. 10. c. Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor.*
g Precioſum. *Humanitas enim Chriſti ex coniunctione ad deitatem habet quodammodo infinitum valorem.*
h In fundamento funda. *Hoc dicitur, quia Apoſtoli aliquando dicuntur eccleſiæ fundamenta, Apoca. 21. d. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: tamen hoc eis ſolum conuenit inquantum innituntur ipſi Chriſto.*
i Qui crediderit. *Hoc poteſt referri ad dictum Iſaiæ. & ſic eſt ſenſus: Qui crediderit. mihi denuntianti aduentum Chriſti primum.*
k Non feſtinet. *Sic intelligendo verbum meum, quòd Chriſtus ſtatim ſit venturus, quia adhuc eſt longum tempus. A tempore Iſaiæ vſque ad tempus Chriſti fluxerunt anni quingenti vel circiter. Alio modo poteſt referri ad ipſum Chriſtum, & ſic eſt ſenſus, qui crediderit. ſ. doctrinæ Chriſti: quia pluries locutus fuit de aduentu ſuo ad iudicium, vt patet ex prædictis. Non feſtinet. immo expectet patienter tempus à Deo determinatum. vnde & Apoſtolis quærentibus de tempore huius aduentus, Act. 1. a. reſpondit: Non eſt veſtrum noſſe tempora vel momēta &c.*
l Et ponam. *Hic conſequenter deſcribitur pęnæ Iudæorum acerbitas, pro morte Chriſti nequiter procurata, cū dicitur: Et po. id eſt puniam eos ſecūdum demerita.*
m Et ſub. gran. *i. exercitus Romanorum cum magno ſtrepitu veniens ad modum grandinis deſcendentis.* †Ro. 9. g
n Spem mendacij. *Quia ſperabant euadere inſultum exercitus Romani, mendaciter procurando mortem Chriſti, vt prędictum eſt.*
o Et pro. *Ex hoc mendacio ſperatam.* 1. Pet. 2. b
p Aquæ. *Tribulationum.*
q Inundabunt. *id eſt ſimpliciter auferent, ſicut aquæ inundantes rapiunt quæ inueniunt, ideo ſubditur:*
r Et delebitur. *Quia vos inuadet ineuitabiliter: à principio enim obſidionis per Romanos fuerunt decies centū milia mortuorum, vt dictum eſt ſuprà.*
s Et pa. ve. *Quia obſtinati in ſua infidelitate detracti fuerunt ſecundum animas ad pęnam gehennæ.*
t Flagellum inundans. *i. exercitus Romanorum valde potens.*
u Cum tranſ. *Ad terram veſtram.*
x Eritis ei in con. *Quantum ad mortuos.*
y Quandocunq;. *Quantū ad captiuos.*
z Quoniam mane. *i. quocunq; tempore vel hora venerit, continget vobis ſine dilatione iſta miſeria.*
a Et tantummodo. *Prædixit enim Chriſtus hanc deſtructionem pluries, vt patet in Euangelijs, ſed noluerunt credere donec ſenſerunt per experientiam.*
b Coanguſta. *i. cor humanum non poteſt capere ſimul Deum & diabolum, ſed ſuſcepto diabolo per peccatū, exit Deus, & econuerſo ſuſcepto Deo per charitatē, exit diabolus.*
c Et pal. bre. *ſcilicet amoris.*
d Vtrunq; operire. *Quia diabolus non poteſt operiri pallio charitatis, nec Deus pallio amoris malè inflammantis, & quia Iudæi à ſe eiecerant Deum humanatum, & per conſequens receperant diabolum dominum, ex quo merito debebat ſequi dicta punitio.*
e Sicut enim. *Hic tanguntur breuiter duæ hiſtoriæ. Prima habetur. 2. Reg. 5. vbi dicitur, qđ virtute diuina Philiſthæi venientes contra Dauid fuerunt debellati, & fugerunt relinquentes idola ſua. & tūc dixit Dauid: Diuiſit dn̄s inimicos meos ſicut diuiduntur aquæ, & propter hoc vocatus eſt locus ille Baalpharaſim. i. cāpus diuiſionum, ſecundum Hebræos. Secunda hiſtoria habetur Ioſue. 10. c. vbi dixit Ioſue: Sol ne mouearis contra Gabaon, & ſic ſtetit ſol immobilis donec fuerūt eius aduerſarij totaliter debellati. Eſt ergo ſenſus, quod ſicut tunc dominus oſtendit iram ſuam tp̄e Dauid cōtra Philiſthęos, & tp̄e Ioſue contra Chananæos, ſic oſtēdit iram ſuam contra illuſores veritatis prædictos, ideo ſubditur:*
f Vt faciat o. ſu. *i. vindictam de peccatoribus: Quia tamē punire nō eſt ſibi proprium, ſed magis miſereri & parcere, ſecundum qđ dicit eccleſia: Deus cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere. punire autem conuenit ei per accidens, ſci. propter hominum malitiā, ideo ſubditur:*
g Alie. eſt. *q. d. opus puniendi non ineſt ei ex ſua conditione, ſed ex malorum tranſgreſſione.*

¶ a Et

## MORALITER.

✻ quia iam durauit. m. cclxij. annis. ſ. anno domini milleſimo trecenteſimoſeptimo nec adhuc apparet aliquod ſignum liberationis ipſorum, propter quòd moraliter ſignat pęnam æternam, veritatis illuſoribus infligendam.
a *Idcirco &c.* Poſita pęna illuſorum veritatis, hic cōſequenter deſcribitur ſtabilitas veritatis catholicæ, ſuprà petram firmam. ſ. Chriſtum fundatæ. propter quod ſenſus literalis eſt etiam ſpiritualis, nec occurrit alius conuenientior hic ponendus.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

genus humanum. Sed ab ipſo eſt alienum opus eius. Non conuenit enim deitati conſpui, flagellari, crucifigi.

a *Nunquid tota die arabit &c.* Pius & miſericors Deus genus humanum, vt fructum boni operis afferat, arat vt agricola vomere prædicationis, proſcindit verbere tribulationis, nunc peſte, nunc captiuitate corrigit, & hoc eſt: Nunquid to.

b *Gith & ciminum.* Gith & ciminũ, quæ in virga excutiuntur, Gentes, quæ cognitionem Dei non habẽt, intelliguntur, quæ minus puniẽtur. Triticum & hordeum vnde panis fit, Iudæi præeminentes cognitione Dei: Vel, mali prælati eccleſiæ, & principes huius ſeculi, qui punientur grauioribus tormentis. Vel, gith, &c. Simplices & idiotæ, qui fidem acceptam malè viuentes corrupere. Frumentum, eccleſiæ Sacerdotes, clauem ſcientiæ habentes.

† fortificetur

† abbreuiatam, aut deciſam

a ¶Vos qui dicitis: Manda remanda.

eſt opus eius ab eo. Et nunc nolite il- a b

a ¶Prophetis. b ¶Super vos, vt non euadatis. ¶Funibus peccatorum ſuorum quiſq; conſtringitur.

ludere, ne fortè † conſtringantur vin- c

a ¶Peccatorum vel captiuitatis quæ iam non differtur.

cula veſtra. Conſummationem enim d

a ¶Quaſi: Cito veniet veſtra captiuitas, vt audiui a domino, vel dies iudicij.

† & abreuiationem audiui à domino e

Deo exercituum ſuper vniuerſam ter- f

a ¶Iudæorum vel omnium. b ¶Ideo. c ¶Viri illuſores. ¶Scribæ & Phariſæi.

ram. Auribus percipite & audite vo- g

a ¶Diligenter.

cem meam, attendite & audite elo-

a ¶Semper.

quium meum. Nunquid tota die ara- h i

a ¶Arator. b ¶Non. c ¶Sed. ¶Cum trah.

bit arans, vt ſerat? proſcindet, & ſar- k l

a ¶Cum Sarculo & raſtro.

riet humum ſuam? Nonne cùm ad- m

a ¶Communicauerit, equauerit. b ¶Superficiem. ¶Gith, genus leguminis ſimile cimino in quantitate, ſed nigri coloris, & in pane dulcorando ſpargitur.

b ęquauerit faciem eius, ſeret † gith, & n

ciminum ſparget, & ponet triticum o

a ¶Conuenienti loco. Non eadem tellus parit omnia.

† per ordinem, & hordeum † & mili-

a ¶Vicia enim in circuitu meſſium ſolet ſeminari.

um & † viciam in finibus ſuis? Et eru-

¶Agricolam a ¶Diſcretione, vt diſcrete & tempeſtiue vnumquodq; fiat, alias faciat.

diet illum Deus ſuus, in iudicio doce-

a ¶Cum trituręe tempus fuerit.

bit illum. Non enim in † ſerris tritu- p

rabitur gith, nec rota plauſtri ſuper

ciminum circumibit, ſed in virga ex-

cutietur gith, & ciminum in baculo,

a ¶Serris & plauſtro.

panis autem comminuetur. Verum q r

a ¶Quia ſaluabuntur ſi pœnituerint ſaltem in die iudicij. ¶Aliud eſt enim eſſe impium, aliud peccatorem eſſe.

non in perpetuum triturans tritura-

a ¶Panem.

bit illum, neq; vexabit eũ rota plau-

a ¶Serrę ſummitatibus. b ¶Rota plauſtri. ¶Alias hęc diſſipatio.

ſtri, nec vngulis ſuis comminuet

¶Hęc diſpenſatio.

eum. Et hoc à domino Deo exer- s

cituum exiuit, vt mirabile faceret t

a ¶Secundum quam plus exigit ab eis, qui plus acceperunt.

conſilium, & magnificaret iuſtitiam. u

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et nunc. *Hic conſequenter agitur de punitione quæ erit in finali iudicio, cùm dicitur: Et nunc. id eſt poſt deſtructionem ciuitatis per Romanos.*

b Nolite illudere. *Virtutem Euangelicæ prædicationis.*

c Ne fortè. *Pęna irremediabili in iudicio finali, ideo ſubditur.*

† menſuratum

† ſpeltam

d Conſummationem enim. *ſcilicet mundi, & abbre. id eſt infra breue tempus reſpectu æternitatis.*

e Audi. à do. *Qui eſt regula veritatis.*

f Super vniuerſam terram. *Malos generaliter puniendo pęna irremediabili, & bonos præmiando gloria interminabili.*

F

g Auribus per. *id eſt attendite diligenter iſta. Et ponit exemplum ad hoc ſenſibile, & primò quantum ad præmiationem bonorum, dicens:*

h Nunquid tota die. *i. ſingulis diebus continuè.*

i Arabit arans. *Vt ſerat ſemen ſuum in agro.*

k Proſcindet. *Cum aratro vel ligone.*

l Et ſarriet. *id eſt purgabit à ſentibus & herbis nociuis. q.d. non, ideo ſubditur:*

m Nonne cum adęquaue. fa. eius. *i. ſuperficiem terræ perfectè diſpoſuerit ad recipiendum ſemina.*

n Seret gith. *Secundum gloſſam genus eſt leguminis cimino ſimile.*

o Et po. tri. *id eſt ponet ſemina ordinate ſecundum variam diſpoſitionem terræ, cuius vna pars eſt apta vni ſemini, altera alteri. Per hoc intelligitur, quòd Chriſtus qui eſt agricola agri ſui, qui eſt eccleſia, peracto finali iudicio, ponet electos ſuos in diſtinctis manſionibus gloriæ ſecundum varia eorum merita, propter quod dicit Ioh. 14. a. In domo pa. m. man. multæ ſunt.*

p Non enim ſer. *Hic ponitur exemplum de punitione malorum, quia terræ naſcentia collecta non ſimiliter triturantur, ſeu excutiuntur vniformiter, ſed aliqua cum leuiori inſtrumento, vtpotè cum virga, vt ciminum & ſimilia. Alia autem triturantur cum inſtrumentis ferreis & ponderoſis. Similiter in finali iudicio, vbi erit vniuerſalis peccatorum collectio, non omnes vniformiter punientur, ſed aliqui grauius, & alij minus grauiter ſecundum eorum demerita. Et ſecundum hoc intelligitur iſta parabola. Nec mirandum, quod per eadem ſemina intelligantur iuſti præmiandi & peccatores puniendi: quia hoc eſt propter identitatem naturæ in ipſis, ſed eſt varietas in meritis & demeritis.*

q Panis au. *i. triticum vnde fit panis, quod comminuitur inter molas.*

r Verum non in per. *Hoc refertur ad pęnas temporales, quibus Deus ſecundum ordinem ſapientiæ ſuæ aliqñ punit peccatores ad correctionem eorum, vel ad terrorẽ aliorum, & talis punitio ceſſabit in iudicio, & ſuccedet pęna æterna, quam Deus committet executioni dęmonum, quibus erunt ſubiecti in pęna, qui ante fuerant eis ſubiecti in culpa.*

s Et hoc à do. Deo. *Tanquàm verbum irretractabile.*

t Vt mira. fa. *Quia nullus ſcit in qua parte ſit futurus, ſcilicet præmij vel pęnæ finalis.*

u Et magnificaret iuſtitiam. *Qui finale iudicium omnibus apparebit iuſtum.*

*In cap. xxviij. vbi dicitur in poſtil. Qui crediderit non feſti.* G

## ADDITIO I.

Vbi dicitur in translatione noſtra: Non feſtinet. in Hebręo habetur quoddam verbum quod ſignificat indifferenter, non feſtinet, vel non feſtinabit. Et in ſecundo ſignificato eſt ſenſus: Quòd qui crediderit doctrinæ Chriſti, de quo hic loquitur, non feſtinabit ad credendum, eò quòd doctrina Chriſti maximè eſt ſuprà ſenſum hominis. Vnde & diſcipuli Chriſti, qui eius doctrinam continuè audierunt, & eius miracula viderunt, non tamen feſtinauerunt credere: vnde eis dicitur etiam poſt reſurrectionem: O tardi corde ad credendum.

*In eo. cap. vbi dicitur in poſtilla: Sicut enim in monte diuiſionum.*

## ADDITIO II.

† & milium

Ad vlteriorem declarationem huius quod dicitur hic: Sic enim in monte diuiſionum, &c. vſque ad finem conſiderandum, quod hæ duæ hiſtoriæ quę hic tanguntur, ſcilicet de monte diuiſionis, & de valle Gabaon, videntur propriè referendæ ad duos aduentus Chriſti, in quorum vtroque iudicium mundi conſideratur. Nam in primo fuit iudicium diſcretionis ſeu ſeparationis, ſecundum quod ſeparati fuerunt credentes ab infidelibus. De quo iudicio Ioan. 12. e. Nunc iudicium eſt mundi, & ad hoc iudicium refertur quod dicitur hic: Sicut in monte diuiſionum ſtabit dominus, ideſt iudicio diſcretionis ſeu ſeparationis. In ſecundo verò aduentu erit vniuerſale iudicium in valle Ioſaphat, in quo iudicio finaliter reprobi puniẽtur. Ad quod iudicium refertur illud quod hic dicitur: Sicut in valle quæ eſt in Gabaon iraſcitur: quia in eodem iudicio H ſol iuſtitiæ ſtans ad iudicandum contra dãnatos iraſcetur, ſcilicet ſigna irę oſtendendo. Et quia in primo aduentu opus redemptionis humani generis Chriſtus expleuit per paſſionem quam ſuſtinuit, quæ non conuenit eius deitati, idѐ ſubditur. Vt faci. o. ſuum, alie. eſt op. e. vbi gloſſa, & eſt Greg. In mundum veniet, vt faciat opus ſuum. ſ. redimat genus humanum, ſed ab ipſo alienum eſt opus eius. Non enim conuenit deitati conſpui, flagellari, crucifigi. Hæc in glo. Et notandum, ꝙ iſte modus exponendi huius qđ dicitur: Alienum eſt opus eius, &c. videtur verior, quam dicere ꝙ punire nõ eſt proprium Deo, ſed magis parcere & miſereri, prout in poſtilla. Tum quia licèt verum eſt, quod Deo proprium eſt miſereri, inquantum ad ipſum propriè pertinet releuare defectus aliorum, non tamen videtur concedendum, quòd opus puniendi peccatores eſt alienum à Deo, cum hoc opus pertineat ad veritatem iuſtitiæ, quæ Deo maximè competit, ut ſacra ſcriptura in quàmplurimis locis teſtatur. Tum quia opus puniendi tranſgreſſores eſt bonum ſimpliciter, licèt ſecundum quid, ſcilicet reſpectu puniti, habeat rationem mali. ſcilicet pœnæ. Conſtat autem, quòd omne opus bonum Deo maximè competit, & ſic patet quòd punire delinquentes ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ non eſt dicendum eſſe alienum opus Deo, licèt miſereri ſit Deo maximè proprium. In ſecundo verò aduentu, quia iudicium vniuerſale competit Chriſto etiam ſecundum quòd homo. vnde Iohan. 5. e. Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Quæ quidem poteſtas etiam ſe extendit ad Angelos, vnde Apoſtolus. 1. Cor. 6. a. Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus, ſcilicet autoritate Chriſti, ideo ſequitur: Vt operetur opus ſuum, peregrinum eſt opus eius. Nam ſicut alienum eſt. i. non conueniens deitati flagellari & crucifigi, ita peregrinũ eſt humanitati oẽs homines & Angelos iudicare, niſi ex vnione ad verbum & alijs gratijs in Chriſto ſingularibus hæc ei competerent. Et quia iſta ſic ſunt alta ſuprà ſenſum hominum, vt infidelibus lumine fidei carentibus quandoq; ludibria videãtur, ideo ſubdit: Et nũc nolite illudere, ne fortè cõſtringantur vincula vr̃a. Conſummationem. n. & abbreuiationem

† vicia

† ſignati

† tribulis





A tionem audiui à dño. q. d. pp tales illuſiones ordinata eſt à Deo cõſummatio abbreuiata. Quod intelligitur de captiuitate Babylonica vel Romana. Et quia ad credenda illa quæ dixerat de Chriſto eſſe aliena & peregrina, vr̃r requiri diſpoſitiones humanę & diuina auxilia, ideo ſubditur: Auribus percipite &c. Nunquid tota die arabit arans &c. Quod quidem exemplum non vr̃ referendum ad finalẽ præmiationem bonorum. Tum quia in futura remuneratione valde impropriè electi dicerentur poni vt ſemina. Semina enim dicũtur eſſe in hac vita, in ſcriptura, vt cum dicitur in Pſal. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua: Fructus verò ſeminum, propriè dicuntur eſſe in vita alia, in qua manipuli rerum ſeminatarum portantur. vnde dicit: Venientes venient cum exultatione por. ma. ſu. Tum quia hic dicit propheta: Et ponet triticum per ordinẽ & hordeum &c ſtatim ſubiungit: Et erudiet illum Deus ſuus, in iudicio docebit illum. Conſtat autẽ, ꝙ in finali ſtatu beatorum ceſſat eruditio & doctrina, quia tunc oẽs electi erunt perfectè in dño docti, vt inf. 54. cap. Et ideo hoc exemplum videtur potius eſſe referendum ad illa quę faciet Deus miſericorditer circa genus humanum, vt credant quæ ad ſalutem pertinent, & bonum fructum afferant, more boni agricolæ, qui multa & diuerſa opera in agrum ſuum facit, vt bene fructificet. vnde in hoc loco glo. ſic dicit: Pius & miſericors dñs, genus humanum vt fructum boni operis afferat, arat vt agricola vomere prædicationis, proſcindit verbere tribulationis: nunc peſte, nunc captiuitate corrigit. & hoc eſt quod dicit: Nunquid tota die. Hæc in glo. Vbi notandum, ꝙ in hoc ꝙ dr̃: Nunquid tota die. ſecundum hanc expoſitionem quæ valde propria eſt, propheta monet auditores, quos ante ad attentionem excitauerat ſuprà dicens: Auribus percipite &c. vt eſtiment, ꝙ ſicut agricola non tota die arat, ſic Deus non ſemper faciet diſpoſitiones iſtas, ſed tantum vſque ad tempus futurum, ex qua conſideratione auditores diſcreti ad pęnitentiam reuocãtur. Quod autem ſequitur in litera: Non enim in ſerris triturabitur Gith &c. referendum videtur ad diuerſum modum mortis electorum. Poſſet enim aliquis quærere, ex quo oẽs iuſti cum de hac vita trãſeunt ſunt in ſtatu gratiæ, per quã vitam merentur, quare aliqui eorum moriuntur in maximis tormẽtis, & alij leuiter hanc vitam tranſeunt? ad quod reſpondendum ꝑ exemplum de collectione fructuum diuerſorum. Quorũ aliqui cũ duritia & aſperitate colliguntur, ſicut bladum de quo fit panis. Alij uerò leuiter per leuem excuſſionem uirgæ uel baculi, & hoc eſt qđ dicitur: Non enim in ſerris triturabitur Gith, nec rota plauſtri ſup ciminum circumibit, ſupple ſicut ſuper bladũ: ſed in uirga excutie-

B tur Gith, & ciminum in baculo. ſ. leuiter, panis aũt cõminuetur. ſ. ſerris & plauſtris, prout in glo. Sed quia poſſet quis dicere, ꝙ licèt res quam deducit in exemplum ſit uera, tñ ad propoſitum non uidet̃ pertinere, eo ꝙ uidet̃ iuſtitiæ Dei eſſe inconſonum, ꝙ in his qui in ſtatu gratiæ exeunt de hac uita, tanta inueniatur diuerſitas in ipſo modo mortis. Ad quod dupliciter reſpondet. Primò dicens: Verum tamen non in perpetuum triturans triturabit. quaſi dicat: momentanea ſunt iſta tormenta reſpectu perpetuæ præmiationis, in qua omnia ræducentur ad ueram iuſtitiam. Secundò reſpondet ſic. Et hoc à domino Deo exercituum exibit, ut mirabile faceret conſiliũ, C & magnificaret iuſticiam. quaſi dicat: ſecundum cõſilium diuinum mirabile, iſta exeunt, ut magnificet iuſticiam. Gloſſa interlinearis, ſecundum quam plus exigit ab eis qui plura acceperunt.

Pſal. 125. a.

Idem.

## REPLICA.

IN ca. 28. circa illum paſſum: Alienum opus eſt. Poſtillator dicit, ꝙ per hoc intelligitur opus iuſtitiæ Dei, quod eſt alienum, inquantum alienum diſtinguitur contra proprium. idcirco ſicut Deo proprium eſt miſereri, ita punire dicitur hic Deo alienum, quia etiam punit circa condignum. Burgen. inſtat rationibus quæ ex dicto poſtillatoris ſunt ſolutæ. Nam cum dicit iuſtitiam & ueritatem, ſecundum quam punitur iniquus bonum ſimpliciter &c. Non negat poſtillator: ſed loquitur ſolum ſecundum comparationem proprij ut diſtinguitur contra alienum, qui ſunt modi dicendi. Dicitur ergo ꝙ ſecũdum eſſe iuſticia & ueritas & miſericordia ſunt unũ in Deo, & æque propria ſecundum eſſe, ſed non ſecundum dici. argumentum igitur quod facit Burg. contra poſti. & ſanctum Tho. optime reducitur contra expoſitionem Burg. quam dicit ueriorem quamuis inconcinnam. Exponit enim Burg. illum paſſum de opere redemptionis, dicens: Id opus Deo eſſe alienum. nam non conuenit deitati conſpui, flagellari, crucifigi. Tunc arguitur ſic: Ita uerè & catholicè dicimus; Deum cõſputum, flagellatum, & crucifixum: ſicut de uirgine natum, & neutrum eſt alienum, niſi ut diſtinguitur contra proprium idioma. Communicatione enim Idiomatum ita uerum eſt Deum cõſpui, ſicut è puero ſecundum Damaſce. ſtellas creari. Et mirandum, ꝙ tam ſolubili ratione Burg. contra ſuum magiſtrum ſanctum Thomam laborat, quem tñ prę cunctis colere conſueuit. Burg. etiam notat poſtillatorem exponentem ſeminationem pro retributione finali. Burg. enim uult, ꝙ ſemen ſerendo, ut faciat fructum pertinet ad præſentem uitam non futuram, & maximè quia de ſignificato per ſemen ſequitur: Erudiet illum Deus, & docebit illum. nam eruditio & doctrina, prout ipſe uult, ceſſabunt in futura uita, quando omnes erunt perfecti. Sed & illud uidetur improprie appropriari præſenti ſtatui. nã ſi modi ſeminandi & plãtandi pp fructum qui uenit à fruitione hñt aliquam appropriationem ad ſtatum uiæ in quo eſt fructus & fruitio imperfecta, multo maiorem habent appropriationem ad ſtatum gloriæ in quo eſt fructus & fruitio perfectiſſima. Et ſi Chriſtus ſeminat iuſtos in terra morientium, proprijſſimè eos plantat & ſeminat in terra uiuentiũ. Et ſaluo iudicio meliori, minus eruditè uidetur dictum, in uita beata eruditionem & doctrinam ceſſare, quia ſic dicens deſtruit actus D hierarchicos, qui actus non diſtrahunt à perfectione, ut dicit beatus Dionyſius de cęleſti hierarchia: nec dicit imperfectionem in uita beata accipere doctrinam, ſicut nec eſſe. Ideo ſicut Chriſtus accepit à patre eſſe, ita & doctrinã: & in hoc ſenſu dicit Ioh. 7. b. Mea doctrina non eſt mea. ſecũdum expoſitionem beati Hilarij ab hoc loco uſque ad cap. 43. multa dicit Burg. quæ non ſunt contraria poſtillato, niſi ſecundum aliam applicationem, quæ ut dictum eſt ſupra non uariat catholicam ueritatem.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XXIX.

Luc. 19. g. 2. Reg. 5. a. 1. Par. 11. b

V*Ae Ari.* ad Ieruſalem compatientis affectu: quia ſi cognouiſſes & tu, Ariel leo. Leo enim Dei, Ieruſalem potentiſſima & fortiſſima fuit.

b *Expugna.* Cum potentiſſima eſſet, regnantibus cęcis & claudis, quando Ioab primus domatum excelſa conſcendit.

c *Additus eſt an.* Cùm captiuati eſſent à Nabuchodonoſor, neque templum habebant neque ſacrificium, & hoc ꝑ multos annos & hoc eſt annus ad annum additus.

e Et cir. Ariel. *id eſt Ieruſalem quæ à Chaldeis fuit obſeſſa in circumitu 4. Regum, vltimo.*

f Et erit tri. &c. *ex fame & gladio ſuperueniente.*

g Et erit mi. *ſcilicet Ieruſalem.*

h Quaſi Ari. *hoc dr̃ ad exprimendũ quare Ieruſalẽ hic vocat̃ Ariel in loco iſto. Ariel enim ſecũdũ heb. ſignat altare holocauſtorũ: & hoc etiam habetur Eze. 43. ꝑ hoc autẽ quod dicitur de Ieruſalem hic: Erit mi. qua. Ari. intelligitur quòd ſicut altare holocauſtorum erat opertum & circumdatum carnibus animalium immolatorum, quia vna pars ponebatur ſuper altare cremanda, aliæ autem partes dimittebantur circa altare diſtribuendæ Sacerdotibus, & Leuitis miniſtrantibus, & aliquæ etiam offerentibus, ſcilicet de hoſtijs pacificis: ſic in deſtructione Ieruſalem per Chaldæos ciuitas fuit plena cadaueribus mortuorum intus & circa. & ſic exponit Ra. Sa.*

## CAP. XXIX.

¶Quaſi: Omnis gloria tua auferetur a Chaldeis & Romanis. a ¶Templum & altare

a VÆ Ariel, Ariel ciuitas a b

b † quã expugnauit Dauid.

a ¶Preteritum pro futuro.

c † Additus eſt annus ad annum, ſo- c d

a ¶Finitę ſunt, id eſt perierunt. ¶Exercitu Chaldęorũ.

lennitates euolutæ ſunt. & cir- e

¶Quia diruta.

cũuallabo Ariel, & † erit triſtis & f

a ¶Sub Ieſu Sacerdote magno. b ¶Vmbram tamen antiquę retinens dignitatis.

mœrens, & erit mihi quaſi Ariel. g h

in qua ex ra ſua po it

† Tametſi ...

## NICO. DE LYRA. CAP. XXIX.

V*Ae Ariel. Hic conſequenter loquitur propheta contra illuſores veritatis generaliter. Et diuiditur in duas pates: quia primò declarat ſuum propoſitum, & ſecundò remouet dubium, ibi: Propter hoc. Prima adhuc in duas, quia primò comminatur populo captiuitatem per Chaldæos. ſecundò per Romanos, ibi: Obſtupeſcite. Prima adhuc in duas, quia primò populo comminatur. ſecundò, ipſum aliqualiter conſolatur more Samaritani poſt vinum mordicatiuum infundens oleum lenitiuum. ſecunda ibi: Et erit. Circa primum dicitur.*

a Væ Ariel. *Et quid per Ariel intelligatur oſtenditur, cum ſubditur.*

b Ariel ciui. quam expu. da. *ſ. Ieruſalem, quam expugnauit in principio regni ſui, inde eijciens Iebuſęos. 2. Reg. 5.*

c Additus eſt an. an. ad. an. *quaſi dicat appropinquat finis durationis Ieruſalem, quia Chaldæi deſtruxerunt eam tempore Sedechiæ regis.*

d Solennitates &c. *quia deſtructo templo per Chaldæos ceſſauerunt. vnde in Heb. habetur: Præciſæ ſunt. & loquitur propheta de futuro per modum præteriti, propter quod ſubditur.*

e Et cir.

¶ a Et cir-

## MORALITER.

✽ a *Væ Ari.* In hoc ca. literaliter intellecto prædicitur duplex deſtructio Ieruſalem, propter ueritatis illuſionẽ. Prima facta fuit per Chaldæos: quo tempore fuerunt illuſores ueritatis: ſicut patet in illuſione uerborum Ieremię & aliorum ſanctorum prophetarum, ſicut ſcribitur. 4. Reg. Secũda deſtructio fuit per Romanos propter illuſionem ueritatis à Chriſto eiuſq; diſcipulis prædicatæ. Per primam, cuius captiuitas fuit breuior, ut dictum eſt ca. præcedenti, ſignatur pęna temporalis, quæ aliquando infligitur illuſoribus ueritatis: nam & tunc fuerunt temporaliter afflicti. Per ſecundam uerò quæ eſt diuturnior, ſignatur gehennæ pęna, quæ eſt illuſoribus ueritatis permanentibus in ſua malitia reſeruata.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a Quaſi ſpheram in circumitu tuo. Templi ſimilitudinē retinentis antiquā, non magnificentiam.

1.Reg.28.a b Phythonis & cæt. Phytoniſſa quæ erat in Endor per necromantiam Samuelem, immo Dæmonem ſuſcitauit: & huiuſmodi futura prædixit in populo illo. Mania, inſania. vnde Manichæos, Manthos, diuinatio.

c In tonitruo. Viſi ſunt Romani irruere cum tonitruo, & terra moueri eorum aduentu, & cum flamma ignis, quia & ciuitatem ſuccenderunt & templum.

d Obſtupeſcite & admiramini. Poſt ſubuerſionem Ieruſalē & templi, id eſt Ariel contra Scribas & Phariſæos prophetia dirigitur.

†gluma e Signatus eſt enim. Hæc impleta ſunt, quando & dignitatem & ſacerdotium amiſerunt, & ciuitas deſtructa eſt & templum à principibus Romanorum.

a Eo quod

a ¶Hæc ad Romanam obſidionem. Quaſi, circundabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique.

a Et circundabo quaſi ſpheram in circumitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obſidionem tuam. Humiliaberis, de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum. Et erit quaſi phythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum muſſitabit. Et erit ſicut puluis tenuis multitudo † ventilantiū te, & ſicut † fauilla pertranſiens multitudo eorum qui contra te præualuerunt. Eritq; repente, confeſtim à domino exercituum viſitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempeſtatis & flammæ ignis deuorantis. Et erit ſicut ſomniū viſionis nocturnæ multitudo omnium gentium, quæ † dimicauerunt contra Ariel: & omnes qui militauerunt & obſederunt & præualuerunt aduerſus eam. Et ſicut ſomniat eſuriens & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima eius. Et ſicut ſomniat ſitiens & bibit, & poſtquam fuerit expergefactus laſſus adhuc ſitit, & anima eius vacua eſt, ſic erit multitudo omnium gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion. Obſtupeſcite & admiramini, † fluctuate & vacillate, inebriamini, & nō à † vino, mouemini, & non † ebrietate. Quoniam miſcuit vobis dominus ſpiritum ſoporis. † Claudet oculos veſtros, prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones operiet. Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, quem cùm dederint ſcienti literas, dicent: Lege iſtum. Et reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti literas, diceturque ei,

a ¶Terrenis, quæ ante de cœleſtibus per prophetas & patriarchas. a ¶Significat de illo populo magos futuros, vt Simon magus. a ¶Innumerabilis. b ¶Romanorum. a ¶Quæ ſemper in motu pertranſit: & ideo non poteſt numerari. a ¶Calamitas illa. b ¶Quia ſubito obſeſſi ſunt ante expectatum. a ¶In viſione. a ¶Quod auditum eſt ante aduentum Romanorum, & terra mota eſt. b ¶Etiam elementa vindicabunt autorem. a ¶Fulguris. ¶Templum ſignificat comburendum. b ¶Homines. c ¶Quia ſibi & ſuis dijs hoc aſſignauerunt, nec Deum cuius nutu & virtute hoc egerit glorificauerunt. a ¶Quaſi nihil & inane cito peribunt. a ¶Pugnauit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos. a ¶Anima eius vacua eſt. ¶Scribæ & Phariſæi. b ¶Miſeriam veſtram. a ¶Sed a dolore. b ¶Stupore mouemini malorum, vel pœnitentes vt euadatis. a ¶Alienationem mentis. a ¶Quia videntes ſaluatorem, clauſiſtis oculos ne videretis. b ¶Cordis. c ¶Sed Qui debent prouidere. ¶Per quos ſcientiam Dei videbatis. ¶Lex & prophetæ vſque ad Iohannem. a ¶Qui debent defendere. a ¶Abſcondet & auferet. b ¶Non omnibus. a ¶Prophetarum. b ¶Obſcura. c ¶Totius ſanctæ ſcripturæ, quæ vnus liber, quia vno ſpiritu ſcripta. a ¶Scribis qui ſe iactabant intelligere. a ¶Obſcurus. a ¶Vetus teſtamentum. b ¶Laico vel Gentili.

## NICO. DE LYRA.

a Et circundabo quaſi ſpheram in circuitu tuo. Reuertitur propheta ad deſcribendum obſidionis modum: quia ſic fuit obſeſſa à Chaldæis, quòd nullus poterat egredi ad fugiendum, nec aliquis exterior intrare ad ciuitatis auxilium.

b Et iaciam contra te aggerem. ſcilicet terram, lapides, & ligna, ad implendum foſſata.

F c Et munimenta ponam in obſidionem. id eſt machinas ad deſtruendum muros.

d Humiliaberis. Deiecta à regno.

e De terra loqueris. Quia vulnerati ad terram cadentes gemitus emittebant.

f Et erit quaſi & cætera. Vox enim exquiſita per artem Phythonicam eſt vox mortuorum, vel potius Dæmonum ad ſimilitudinem mortuorum apparentium, & loquentium. vt dictum fuit primo Regum. xxviij. & per hoc dat intelligere populi mortalitatem, ita quòd non audiretur vltra vox eius, niſi per modum Phythonicum.

g Et erit. Hic conſequenter propheta populum regni Iudæ aliqualiter conſolatur, denunciando Babyloniorum deſtructionem, qui quamuis ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ Ieruſalem deſtruxerint magis virtute diuina quam humana, tamen hoc iniqua voluntate fecerunt, & factum illud propriæ virtuti attribuerunt: propter quod poſtea per Perſas & Medos etiam deleti fuerunt. & hoc eſt quod dicitur: Et erit, qui a vento rapitur & diſpergitur. (†excæcati eſtis, & alios excæcatis †ab †37. diſ.c. vino)

†Clauſit. h Multitudo. id eſt Chaldæorum in captiuitatem te deducentium. & patet litera vſque ibi:

i Viſitabitur. Per hoc intelligitur multitudo, fortitudo, & crudelitas exercitus Perſarum & Medorum venturi in breui contra Babylonem.

k Et flammæ &c. Quia capta Babylone incenderunt eam.

l Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ &c. Quia ſicut ſomnians aliquando ſomniat ſe comedere & bibere & in delitijs eſſe, & in hoc delectatur: ſed hæc delectatio modicum durat, quia vigilans ſentit ſe eſurientem & ſitientem: ſic gloria regni Babylonis modico tempore durauit reſpectu aliquorum regnorum, quia incepit eſſe glorioſum ſub Nabuchodonoſor, & ſub nepote eius Baltaſar (Somnians) deſecit illud regnum: & ſecundum iſtam ſententiam patet litera ſequens. G

m Obſtupeſcite & admiramini. Hic conſequenter propheta comminatur deſtructionem per Romanos, quæ facta fuit. xlij. anno poſt paſſionem Chriſti: & illo tempore aliqui de Iudæis, licet pauci comparatiue, receperunt fidem Chriſti, & alij remanſerunt in ſua infidelitate excæcati. Primò igitur propheta denunciat dictam deſtructionem. ſecundò malorum excæcationem, ibi: Claudet oculos veſtros. Tertiò bonorum illuminationem, ibi: Nonne adhuc. Circa primum dicit propheta: Obſtupeſcite & admiramini, præ magnitudine mali ſuper vos venturi. (†diſſipatium)

n Fluctuate &c. Quia ſicut dicit Ioſephus: Imminente obſidione Ieruſalem à Romanis, Iudæa diſſenſionibus interius erat lacerata, & aliqui ſequebantur vnum tyrannum, & alij alium: appropinquantibus etiam Romanis aliqui conſulebant, quòd ciuitas redderetur eis, alij autem contrarium, & ſic totus populus erat in quadam fluctuatione & vacillatione. (Ioſephus)

o Inebriamini. per defectum ſenſus & conſilij.

p Et non à vino. ſed à ſtupore vos conturbante.

q Mouemini. de vno propoſito ad aliud.

r Et non in ebrietate. ſed ſcilicet ex perplexitate.

s Quoniam miſcuit vobis dominus ſpiritum ſoporis. id eſt mortis, quæ ſopor nominatur: & iſte potus fuit eis propinatus à Romanis, qui populum in maxima multitudine occiderunt, & reſiduum captiuauerunt, vt dictum eſt ſupra ca. 27. (†dimittuntur infra) H

t Claudet. Hic conſequenter ponitur malorum excæcatio, Et primò quantum ad maiores, ſecundò quantum ad vulgares, ibi: Væ qui profundi eſtis. Prima in duas. quia primò ponitur malorum excæcatio. ſecundò excæcationis ratio, ibi: Et dixit dominus. Circa primum dicitur: Claudet oculos veſtros. id eſt excæcabit ſacerdotes & Scribas, qui debent vos dirigere, ſicut oculi cætera corporis membra. Sciendum tamen, quòd Deus non eſt cauſa excæcationis directè ſed indirectè, in quantum iuſtè à talibus ſubtrahit gratiam ſuam mentis illuminatiuam. (Ioſephus)

u Prophetas. Imminente enim euerſione Ieruſalem apparuerunt plura ſigna huius euerſionis, vt dicit Ioſephus: quæ tamen aliqui tanquam prophetæ falſi interpretabantur in contrarium, ſcilicet in bonum ciuitatis futurum.

x Et principes veſtros. Quia decepti à talibus prophetis rebellauerunt Romanis.

y Et erit vobis viſio &c. ſcilicet prophetarum antiquorum, qui prophetauerunt de aduentu Chriſti, & de deſtructione ciuitatis & templi propter eius mortem.

z Sicut verba libri ſignati. Qui non poteſt legi quandiu eſt ſigillatus, ideo ſubditur:

a Quem cum dederint. Sic enim reſpondent Iudæi moderni. Multi enim doctores eorum qui præceſſerunt, determinauerunt tempus Meſſiæ vnus poſt alium & omnes defecerunt: quia tempora ab eis præfixa tranſierunt, ſecundum quod dixit Ra. Sa. ſuper Danielem: Et cauſam huius defectus dicunt doctores moderni. ſ. q, ſermones prophetarum ſunt clauſi.

b Et dabitur liber. ſcilicet apertus prædicatione Chriſti & Apoſtolorum.

c Neſcienti literas. Quia quando ſimplicibus Iudæorū fit mentio de aduentu Chriſti præterito & de ſimilibus, dicunt ſe non eſſe peritos in lege: ſed magiſtri eorum ſciunt de talibus reſpondere: quorum erroribus firmiſſimè adhærent.

a Et dixit



a Eo quod appropin. populus iſte. Dominus in Euangelio Matthæi vtitur hoc teſtimonio: Populus iſte labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me: fruſtra autem colunt me docētes doctrinas & præcepta hominum. In quo notandum Euangeliſtas & Apoſtolos, non verbum de verbo expreſſiſſe, nec Lxx. interpretes ſecutos eſſe, quorum iam editio legebatur, ſed quaſi Hebræos & lege inſtructos, ſine damno ſenſuum verbis proprijs vſos. (Mat.15.a.)

b Labijs ſuis. Lxx. Labijs ſuis me honorat, cor autem eius longe eſt à me: fruſtra autem colunt me, docentes præcepta hominum atque doctrinas.

1.Cor.1.c. c Peri. enim. Ab loco hoc Apoſtolus teſtimonium ponit: Perdam ſapientiam ſapientium, & intellectum prudentium reprobabo: alijs verbis eundem ſenſum. Verè grande miraculū fecit Deus in populo, vt eodem tempore ciuitas arderet, & tēplum corrueret, & omnis magiſtrorum ſcientia deperiret.

Gen.3.b. Ibidem.4.b. d A domi. abſcon. Quaſi non videat Deus. Hoc terrore Adā & Eua abſconderunt ſe: Cain quoque dixit: à facie tua abſcondar.

Rom.9.d. e Peruerſa eſt &c. vt creator ignoret creaturam. vnde populus: O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? nunquid dicit figmentum factori ſuo, quare me ſic feciſti? (†Subuerſio veſtra eſt.)

f In modico & in breui. Modicum & breue ex quo hoc prædictum eſt vſque ad aſcenſionem domini: Omnia enim tempora æternitati comparata, breuia ſunt & momentanea.

B g Libanus in carmel. Libanus mons in Phœnicia, Carmel in confinio Paleſtinæ & Phenicis eſt. Eſt & alius vbi Elias habitabat in terra promiſſionis eiuſdem nominis. Libanus (1.Reg.25.a.) candidatio: Carmel, ſcientia circunciſionis: in quo fuit Nabal, homo ſtultus, maritus Abigail: quo mortuo nupſit Dauid. Illo. enim viuente, virum Dauid accipere non poterat, ne vocaretur adultera ſi eſſet cum altero viro.

a Et declina-

a ¶Multo leuius eſt imperitiam legis confiteri, quam iactare prudentiam, nec poſſe quod dicitur ſcire.

lege, & reſpondebit. Neſcio literas.

a ¶Quia idola non colit. ¶Appropinquamus Deo mente, non corpore. vnde ſolus Moyſes appropinquauit ad Deum.

a Et dixit dominus: Eò quòd appropinquat † populus iſte ore ſuo, & labijs ſuis glorificat me: cor autem eius lōge eſt à me: & timuerunt me mādato hominum & doctrinis, ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo. † Peribit enim ſapientia à ſapiētibus eius, & intellectus prudentium eius abſcondetur. Væ qui profundi eſtis corde, vt à domino abſcōdatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: † Quis videt nos, & quis nouit nos? † Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio, quaſi ſi lutum cōtra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo, non feciſti me: & figmentum dicat factori ſuo, non intelligis. † Nōne adhuc in modico & in breui conuertetur Liban' in Carmel, & Carmel in ſaltum reputabitur? Et audient in illa die ſurdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. Et addent miteſ in domino lætitiam, & pauperes homines in ſancto Iſrael exultabunt, quoniam defecit qui præualebat, conſummatus eſt illuſor, & ſucciſi ſunt omnes qui vigilabant ſuper iniquitatē, qui peccare faciebant homines in verbo, & arguen-

a ¶Tantum, non corde. a ¶Quia non credidit in filium: & qui non credidit in filium, nec credit in eum qui miſit illum. a ¶Traditionibus Scribarum & Phariſæorum, qui iuſtitiam ſuam volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. b ¶Non Dei. a ¶Scribis & Phariſæis, qui ſapientiam Dei non receperunt. a ¶Qui in litera continentur. b ¶Ne eum reperiant qui in lege continetur. a ¶Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. ¶Celantes iniquitatem veſtram. ¶Sapientes ſeculi, hæreticorum magiſtri, Iudæorum & Phariſæorum. a ¶Secretum. a ¶Quia. b ¶Abſcondito. c ¶Mala. a ¶Tanquam Deus non videat etiam. a ¶Qui iam aſtu & celamus conſilia. ¶Opus. a ¶Prædicatione Apoſtolorum. b ¶Gentes candidæ & mundæ. c ¶Hebraice, Chermel. ¶Scientiam veræ circumciſionis. a ¶Iudæi externus circumciſi in gentes ſylueſtres infructuoſas. ¶Intelligent. a ¶Gentes quæ non audierunt legem Dei. b ¶Vetus & nouum teſtamentum Scribis & Phariſæis ſignatum. a ¶Ignorantię. b ¶Peccatorum. a ¶Gentium. b ¶Myſteria fidei. a ¶Sibi. ¶Confluentibus Gentibus ad fidem. a ¶Apoſtoli, vel ipſi Gentiles. b ¶Beati pauperes ſpiritu. a ¶In Deo, qui ſanctificat Iſrael. a ¶In morte Chriſti. b ¶Principes mundi. a ¶Conſumptus eſt. b Deceptor humani generis. a ¶Miniſtri diaboli. ¶Alias feſtinabant. ¶Suggerendam. a ¶Admonebant. b ¶Iudæos. c ¶Blaſphemiæ, in Beelzebub princ. dæ. & huiuſmodi. d ¶Chriſtum, vel quemlibet iuſtum peccatores corrigentem.

## NICO. DE LYRA.

a Et dixit domi. Hic ponitur cauſa dictæ excæcationis, ſcilicet hypocriſis ſiue ſimulata ſanctitas, quæ ſecundum Hieronymum eſt duplex iniquitas: & maximè etiam vigebat in Sacerdotibus, Scribis & Phariſæis tempore Chriſti, vt patet ex decurſu Euangelij: & hoc eſt quod dicitur.

b Eo quod appropinq. populus iſte &c. falſè ſimulando iuſtitiam.

c Et timuerunt me mandato hominum & doctrinis. propter quod Chriſtus improperat eis Matthæi. 15. a. Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram.

d Ideo ecce ego addam. ad cæcitatem eorum: propter quod ſubditur.

e Peribit enim ſapientia à ſapientibus. id eſt illis qui ſunt in ſtatu ſapientum, ſicut erant Sacerdotes, Scribæ & Phariſæi.

f Væ qui profundi eſtis. Hic conſequenter ponitur excæcatio vulgarium. Tempore enim Chriſti in Iudæis erat vna ſecta Saducæorum, qui negabant ſpiritum & angelum. & per conſequens reſurrectionem futuram. Act. xxiij. & per conſequens negabant punitionem omnem poſt vitam iſtam: & per hoc proceſſit error in vulgaribus hominibus, quòd Deus non intromitteret ſe de humanis actibus puniendis, neque agnoſceret, & hoc eſt quod dicitur: Væ qui profundi eſtis corde. intantum ſecundum æſtimationem veſtram, quòd diuina ſcientia non attingit ad ipſum. C (†Mar.15.a. Mar.5.a. 8.diſt.c.in.)

g Quorum ſunt in tenebris opera. intantum, q, non ſunt Deo occulta ſecundum errorem veſtrum, & abſurditatem: Hanc arguit propheta, dicens:

h Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio &c. propter quod Ierem. 18. Sicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſrael.

i Nonne adhuc in modico & breui. Hic conſequenter ponitur ſimplicium illuminatio: Sicut enim in aduentu Chriſti Sacerdotes & Scribæ qui erant literati, fuerunt ſuis demeritis excæcati, ſic Apoſtoli aliique diſcipuli Chriſti, qui prius erant ſimplices illiterati, fuerunt diuinitus illuminati: propter quod dicit ſaluator Matthæ. 11. d. Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis: & hoc eſt quod dicitur hic: Nonne adhuc in modico & in breui. quia illuminatio Apoſtolorum fuit ſtatim poſt Chriſti reſurrectionem: tunc enim aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, Lucæ vltimo. (†Abdi.1.c 1.Cor.1.c.)

K Conuerte. Libanus &c. In Hebræo habetur: In nemus reputabitur. per Carmel intelligitur hic mons Carmeli, vbi Elias interfecit prophetas Baal. qui locus eſt aridus & ſterilis. Libanus autem eſt nemus vbi arbores ſunt pulchræ & aromaticæ. Per hanc igitur parabolam intelligitur, quòd Sacerdotes & Scribæ qui erant magnæ reputationis & autoritatis, annihilarentur per excæcationem: & tandem per occiſionem in deſtructione ciuitatis per Romanos: & Apoſtoli aliique diſcipuli Chriſti, quia nullius erant reputationis eleuarentur per illuminationes diuinas & operationes miraculoſas, vt patet in actibus Apoſtolorum in pluribus locis. Et quia per eorū prædicationem conuerſi ſunt Gentiles ad fidem. ideo ſubditur: D (†Eccl.23.c †Infr.23.d)

l Et audient in die illa ſurdi. id eſt Gentiles qui prius erant idololatriæ dediti.

m Verba libri. ſcilicet veteris ac noui teſtamenti.

n Et de tenebris &c. errorum, ſcilicet & ignorantiæ.

o Oculi cæcorum. id eſt Gentilium.

p Videbunt. Et addent mi. id eſt Apoſtoli quibus dixit Chriſtus, Matth. 11. d. Diſcite à me, quia mitis ſum &c.

q In domino lætiti. de conuerſione Gentium ad fidem.

r Et pauperes homines. id eſt paupertatem Euangelicam ſequentes: quia in primitiua Eccleſia omnia erant fidelibus communia, quaſi renunciando proprietati, Act. quarto.

s Quoniam defecit qui præualebat. Cœtus Sacerdotum Scribarum, & Phariſæorum, qui in deſtructione ciuitatis fuit occiſus.

t Conſummatus eſt illuſor. Illuſerunt enim multipliciter doctrinam Chriſti.

u Et ſucciſi ſunt omnes. quia tota eorum intentio verſa erat ad auaritiam & rapinam.

x Qui peccare faciebant homines &c. quia quærebant de ore Chriſti diſcipulorumque eius aliquid calumniabile rapere, vt patet in Euangelio & in actibus Apoſtolorum in pluribus locis.

y Et arguentem. ſcilicet Chriſtum arguentem eorum vitia in palam.

a Et declinauerunt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et declinauerunt fruſt. a iu.* Dæmones conati ſunt declinare E iuſtum à iuſtitia, ſed fruſtra. Melius eſt enim legere, iuſtum quàm à iuſto. Vel, Scribæ & Phariſæi declinauerunt fruſtra à iuſto, dicentes: Non habemus regem niſi Cæſarem. *Iohan. 19. c.* *Gen. 11. d.*

b *Redemit Abra.* De igne Chaldæorũ. Legitur enim Chaldæorum Aram & Abrahã in ignẽ proieciſſe, eo ꝙ nollent eum colere. Aram autem ibi expirauit. Abraham illæſus exiuit, vnde: Ego dominus qui eduxit te de vr Chaldæorum. Ignis enim lingua eorum vr dicitur. *Gen. 15. b.*

a ¶Voto non facto Sed ipſi declina fru. a iu.

tem in porta ſupplantabant, & † declinauerunt fruſtra à iuſto. Propter hoc hæc dicit dominus ad domũ Iacob,

a ¶Hoc tempore ſcilicet Iſaiæ.

qui redemit Abrahã. Non modo cõ-

a ¶Mente ſuper iniquitate ſua.

fundetur Iacob, nec modo vultus ei⁹

a ¶Pœnitendo. b ¶Quaſi: Tunc pœnitebit. c ¶Apoſtolos.

erubeſcet, ſed cùm viderit filios ſuos

a ¶Silicet. ¶Ipſe fecit nos & non ipſi nos.

operã manuum mearũ, in medio ſui

a ¶Vnde: Repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto loquentes magnalia Dei, vnde: Confuſi Iudæi dixerunt: quid faciemus viri fratres? Quibus Petrus: Scio fratres, quia per ignorantiam fec. b ¶Prophetæ. ¶Apoſtoli.

ſanctificãtes nomen meũ, & ſãncti-

a ¶Chriſtum de Iacob. b ¶Patrem & filium & ſpiritum ſanctum.

ficabũt † ſãnctũ Iacob, & Deum Iſrael

a ¶Tunc. b ¶Iudæi idola colentes.

† prędicabunt, et ſcient errantes ſpiri-

a ¶Myſticum. b ¶Qui ſemper contra dominum murmurauerunt.

tu intellectum, & muſſitatores diſcẽt

¶Spiritualiter.

legem.

† alias ſemen.
† timebunt

MORALITER.

* b *Prop. hoc hæc di. do.* Hic ad literam prædixit Iſaias tẽpus excęcationis Iudæorum futurum tempore illuminationis apoſtolorũ, qui fuerunt de eodẽ populo, ꝑ quod Moraliter ſignat ꝙ prædicator ueritatis catholicæ, q per Iſaiam figurat, annunciando uirtutes & ꝓmia bonorum, debet ſimul denunciare uitia pęnasq; malorũ. Nã oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: & ſic mali hñt maiorem occaſionẽ cõuertẽdi ſe ab bonũ, & boni ad magis ꝓficiendũ.

† fruſtra declinare ſcerunt iuſtum.

*In ca. 29. vbi dicitur in poſtilla. Propter hoc. hic remouetur quoddam dubium &c.*

ADDITIO.

¶ Hoc quod dr: Propter hoc, hæc dicit dñs ad domũ Iacob, propheta uidet remouere quandã opinionem erroneam. Poſſet enim quis dicere, ꝙ cum Phariſęi & Scribæ de qbus ſtatim ſupra agit, qui tantũ errauerunt declinando à Chriſto & eum negando, & huiuſmodi, deſcenderunt de Iacob ſecũdum carnem, ꝙ hæc redundaret in confuſionem Iacob patris eorum, ſicut dicit Prouer. 17. Sed hæc propheta improbat, dicẽs: Propter hoc. i. propter peccata & ſcelera ꝑdictorum Phariſæorum & Scribarum non modo. i. non hac ratione confundetur Iacob. i. patriarcha pater eorum. Nec modo uultus eius erubeſcet, & eſt eadẽ ſentẽtia ſub diuerſis uerbis. Cuius rationem ſubdit dicens: Sed cum uiderit filios ſuos &c. ſic eſt in Hebræo. & eſt ſenſus: Non habet Iacob rationem qua cõfundatur ex hoc nec erubeſcat, quia cum uiderit filios ſuos. ſ. Apoſtolos ab deſcendentes tam ſecundum carnẽ q ſecundum fidem, ſanctificãtes nomen meum, quia repleti ſpiritu ſancto loquebantur magnalia Dei, Act. 2. b. Et ſanctificabunt ſanctum Iacob, & Deum Iſrael prędicabunt. i. prędicabunt ꝙ Chriſtus ſanctuſſanctorum de Iacob deſcẽdit, et ipſe fuit promiſſus, quod in magnã gloriã ipſius Iacob uertitur. Non aũt in cõfuſionem, præſertim cum per huiuſmodi prędicationem idololatræ uenerunt in cognitionem ueritatis. de quo dicit. Et ſcient errantes ſpiritu intellectum. Similiter et muſſitatores. ſ. plurimi ex Iudęis contra Deum murmurantes. Diſcent legem, ſcilicet ſpiritualem per Apoſtolos prędicatam.

NICO. DE LYRA.

¶ a Et decli. *id eſt à Chriſto qui dicitur iuſtus Anthonomaſicè, eo quòd alios iuſtificat, quem negauerunt coram Pilato.*

b Prop. hoc. *Hic remouetur quoddã dubium circa prædicta de excæcatione ſapiẽtum, & illuminatione ſimplicium, ne fortè crederet aliquis, quòd hoc deberet accidere prope tẽpus Iſaiæ. ideo remouet hoc, dicens.*

c Non modo conf. Ia. *id eſt populus Iudaicus, qui pro maiori parte in aduentu Chriſti fuit excæcatus, & per Romanos per orbem in captiuitatem diſperſus, vbi multas confuſiones ſuſtinet, & ideo determinatio huius temporis ſubditur. cum dr.*

d Sed cum vid. fi. *id eſt apoſtolos qui fuerunt de gente iſta.*

e Ope. ma. mea. *Quia per infuſionem ſpiritusſancti de idiotis & timentibus fecit eos ſapientiſſimos & conſtantes.*

f In me. ſui. *Et hoc fiebat potiſſime in die Pentecoſtes. Act. 2.*

g Et ſanct. *id eſt ſanctum prædicabunt.*

h Sanct. Ia. *id eſt Chriſtum, quem Iacob patriarcha prædixit venturũ ad ſanctificandum mundum, Gen. 49. b. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.*

i Et Deum prædicabunt. *Gentibus per orbem diſperſis.*

F K Et ſcient errantes ſpiritu. *Gentiles prius multis erroribus implicati, intellectum legis & Euangelij.*

l Et muſſita. *i. qui prius erant ocioſi & vanis occupati.*

m Diſcent legem. *Moſaicam & Euangelicam, & hoc patet impletum iam per orbem quaſi vniuerſum.*

MORA-

GLOS. ORDINARIA. CAP. XXX.

V*Ae fi. de.* Poſt prophetiam contra Ariel & cætera, vſq; ad hunc locum vaticinatur quæ poſt. cl. annos (qui fuerunt inter Iſaiam & Ieremiam) probatur eſſe completa. De his dicit, qui ſpreto conſilio Dei & Ieremiæ, poſt mortem Godoliæ, quẽ reliquijs præfecerat Nabuchodonoſor, fugerunt in Aegyptum: & hoc eſt: Væ filij deſer. Tropol. Væ fi. deſe. Omnes ſcilicet qui Dei religione cõtempta ineunt conſilium nõ per dñm, & addunt peccata peccatis, vt ſuperati blanditijs peccatorum recipiant etiam prauitatem dogmatum, & deſcendant in tenebras Agypti quærentes Pharaonis auxilium, qui regnat in Aegypto. cuius fortitudo *Trapo.*

CAP. XXX.

a ¶Dei conſilij & Ieremiæ.

VÆ filij deſertores dicit dñs, vt

a ¶Sed contra.

faceretis cõſiliũ, & nõ ex me,

NICOL. DE LYRA. CAP. XXX.

V*Ae fi. deſ. His conſequenter Iſaias loquitur contra irriſores prophetarum futurorum, & potiſſime Ieremiæ, qui prophetauit tempore captiuitatis Babylonicæ. Iſaias verò ante prophetauit per plures annos. Interfectus enim fuit circa principium regni Manaſſæ, vt dictum fuit ſupra. 1. ca. A principio verò regni Manaſſæ vſque ad deſtructionem ciuitatis Ieruſalem per Chaldæos fluxerunt anni. 110. quia Manaſſes regnauit. 55. annis. Amon. 2. Ioſias 31. IoaKim. 11. Sedechias. 11. Sciendum igitur, ꝙ regnum Iſrael & regnum Iuda fuerunt deſtructa ex confidentia adiutorij regis Aegypti. Expoſitores igitur noſtri communiter exponunt hoc capitulum ad literã de Iudæis, qui euaſerunt manus regis Babylonis. ſed interfecto Godolia, quem rex Babilonis præfecerat terræ Iuda, tranſierunt in Aegyptum timore Chaldæorum contra mandatum domini factum eis ex ore Ieremiæ, vt habetur Iere. 43. Sed hoc dictum non videtur verum, quia de ipſis deſcendentibus in Aegyptum dicitur infra ca. iſto: Nuncij tui vſque ad Anes peruenerunt, quæ eſt ciuitas Aegypti: illi autem qui interfecto Godolia tranſierunt in Aegyptum, non inerunt illuc ſicut nuncij ad redeundum, ſed ſicut fugitiui ad illic manendum. propter quod Ra. Sa. exponit hoc ca. de Oſeę rege Iſrael, qui miſit nuncios ad regem Aegypti pro auxilio habendo contra regẽ Aſſyriorũ, vt ſic liberaretur à tributo, quod ſibi reddebat ſingulis annis, vt habetur. 4. Reg. 17. Et licèt litera poſſet ad hoc applicari, videtur tamen mihi quòd melius debeat intelligi de Sedechia rege Iuda, qui ex confidentia regis Aegypti rebellauit Nabuchodonoſor regi contra conſilium Ieremiæ, vt habetur Iere. 37. Et pro iſto auxilio habendo miſit frequenter Sedechias ſolennes nuncios ad regem Aegypti: ſed defraudatus fuit ab intento: quia rex Aegypti non adimpleuit promiſſum de ferendo ei auxilium: Igitur ſecundum hanc ſententiam procedit ſic propheta, quia primò cõminatur pœnam regno Iudæ propter confidentiam in Aegyptijs. ſecundò, idem facit regno Iſrael, ca. ſe. Et prima in duas, quia primò comminatur illis de regno Iuda afflictionem, ſecundò denunciat eis conſolationem, oleum infundens poſt vinum. ſecunda ibi: Propterea expectat dominus. Prima in duas, quia primò arguit culpam, ſecundò ſubdit debitam pœnam, ibi: Propterea hæc dicit. Prima adhuc in duas, quia primò arguit confidentiam eorum ſuper Aegyptum. ſecundò Dei contemptum, ibi: Nunc ergo ingreſſus: Circa primum dicit.* *Diuiſio*

a Vę filij deſer. *conſilij Ieremiæ & aliorum prophetarum domini.*

b Vt fa. conſilium. *De requirendo Pharaonis auxilium.*

c Et non ex me. *Quia prophetæ domini hoc non conſulebant, ſed magis diſconſulebant.*

¶ a Et ordi.

MORALITER.

* n *v. æ fi.* In hoc ca. ſecundum literalem ſenſum arguuntur filij Iuda de hoc, ꝙ confidentes de Aegyptijs rebellauerunt Nabuchodonoſor regi, cui ſeruire iurauerant dñm Deum, ut habet. 2. Par. in fine: Nec iſta rebellio profuit eis, ſed multũ nocuit. Moraliter aũt per iſtos qui dicunt hic filij deſertores, ſignantur clauſtrales, qui ex cõfidentia ſeculariũ clauſtrũ deſerunt: quod eis cõfuſibile eſt & noxium. Primò ſpiritualiter: quia ſunt fractores uoti & excõicati: ruũt etiam de peccato in peccatum tanq dereliсti à Deo, & ꝑtãti dęmo ſubiugati. Secundò nocet eis corporaliter, quia ſeculares in quibus confidebãt, frequenter attediant de ipſis, & expellunt eos à ſe, aliqui ꝑp expenſas, & aliqui ꝑp conſcientiam timentes excõicationẽ, & aliqui ꝑp utrunq;: & ſic defraudati ad latrocinia ſe ponunt, uel celebrant excõicati, uel alia mala perpetrant, et aliqui egeſtate compulſi reuertuntur, et grauiter ac confuſibiliter puniuntur.



A titudo ducit in opprobrium ſempiternum. Sunt enim in Thaphnis, id eſt in mandato humili & deiecto, principes eius qui fruſtra laborant ſuper populo. Sanctos magiſtros adiuuat diſcipulorum ſalus, perditio ſeductorum perdit iniquos.

a *Qui ambulatis.* Vt dicit Hiero. Ieremias cum eis iuit, & ſuper portam ciuitatis Thaphnis lapides cõportauit, & dixit: Hęc dicit dominus: Ecce ego adducam Nabuchodonoſor ſeruum meum, & ponet ſedem ſuam ſuper hos lapides, & comprehendet vos pariter cum omnibus Aegyptijs in quibus confiſi eſtis, & peribitis fame, captiuitate dura, gladio, eo quòd noluiſtis audire vocem meam, vt habitaretis in terra veſtra. *Iere. 43. c.*

b *Erant enim in Thaphnis.* quaſi: An ideo receſſiſtis à me, vt fugeretis vſque in Thaphnis & Anes. † Thaphnis ciuitas in qua magi contra Moyſem ſigna fecerunt. Anes in finibus Aegypti ſita eſt: forſitan timore turbati non auſi ſunt in Thaphnis manere: & fugerunt vſque ad Anes. † *Thanis*

c *Onus iumentorum.* Poſt decem onera diuerſarum gentium, vndecimum onus reliquarũ duarum tribuum ponit, quæ remanſerunt ducto Sedechia & alijs principibus in Babylonẽ. Iumentorum. Lxx. quadrupedum in deſerto. Omnes qui creatore deſerto ſeculi erroribus ſe dederunt, quadrupedes in deſerto ſeculi ſunt, à quo fruſtra quęrunt auxiliũ qui Deum B dereliquerunt.

d *In terra.* Eremus per quam pontifex Iohanna filius Chareæ & alij duces traduxerunt reliquias in Ægyptum contra præceptum domini, vel ipſa Ægyptus, in qua multas tribulationes & anguſtias ſuſtinuerunt. *Iere. 41. d.*

e *Nunc er.* Dominus ad Ieremiam vel ad Iſaiam ſecundum Hebræos. Vnus enim ſpiritus eſt in prophetis, & apud Deum omnia tempora ſunt coniuncta. Dominus ad Ieremiam: O Ieremia ingreſſus cum eis in Ægyptum, ſcribe diligenter quæ mandaui eis, vt non fugerent ſcilicet in Aegyptum, ſed manerent in terra ſua, vt ſit ſcriptura hęc in teſtimonium, quia bene feci eis, bene docui, & ipſi ſpreuerunt.

f *Et ſi. menda. ſi. no. audire le. Dei.* Tropologice. Omnis hæreticus filius appellatur. Ex nobis enim exierunt, ſed non fuerunt ex nobis, qui interioribus auribus nolunt audire legem Dei. Sed prælatis dicunt. Nolite nobis videre quæ recta ſunt, nec minari gehennæ flammas, ſed promittite nobis regna cælorum. *Iſa. 2.*

a ¶Prauum demonſtrat conſilium. b ¶Qui monebat manere non fugere. ¶Metaphora.

& † ordiremini telam, & non per ſpiritum

a ¶Contentionis & ſuperbia. b ¶Vetus.

meum, vt adderetis peccatum ſuper pecca-

a ¶Quaſi: Ambulabitis, Ab Iſaia enim vſque ad Ieremiam, cuius tempore hoc factum eſt, clx. anni ſunt.

tum. Qui ambulatis, vt deſcẽdatis in Ægy-

a ¶Ieremiam prophetam, prophetæ enim os domini ſunt. vnde: Os domini locutum eſt. b ¶Quia quod interrogantes audierant neglexerunt.

ptum, & os meum non interrogaſtis, ſpe-

a ¶In fortitudine tua domine habemus fiduciam. b ¶Pharao nomen dignitatis regiæ, ſicut Auguſtus Cæſar.

rantes auxilium in fortitudine Pharaonis,

¶Protectione.

habentes fiduciam in vmbra Ægypti, &

a ¶Qui & Mephres ſicut alius Necao proprie.

erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbrę Ægypti in ignomi-

a ¶Ironia. ¶Emphaticos, cum irriſione legendum eſt. ¶Alias Ierant. b ¶Alias Thamnis.

niam. Erant enim in Taphnis principes tui, & nuncij tui vſq; ad Anes peruenerunt. Omnes confuſi ſunt ſuper populo, qui eis pro-

¶Quia.

deſſe non poterat. Non fuerũt in auxilium, & in aliquam vtilitatem. Sed in confuſionẽ,

a ¶Duæ tribus. ¶Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt in iumentis inſipientibus. b ¶Quia in Auſtrali parte habitabant.

& in opprobrium. Onus iumentorum Au-

a ¶Metaphoricos. ¶Ieruſalem vel populus. ¶Iohanna & alij principes.

ſtri. In terra tribulationis & anguſtiæ, leæna

a ¶Venenatis venenati. b ¶Generatio viperarum. c ¶Cito tranſiens ſicut patres eorum. d ¶Secum in Ægyptum.

& leo, ex eis vipera & regulus volans, por-

a ¶Equorum, aſinorum. b ¶Aurum & argentum &c.

tantes ſuper humeros iumentorum diuitias ſuas, & ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos, ad populum qui eis prodeſſe non

a ¶Adueniente Nabuchodonoſor.

poterit. Ægyptus enim fruſtra & vanè au-

a ¶Quia in Aegyptijs vanum auxilium. b ¶In Aegypto, non conſtantia belli.

xiliabitur. ideo clamaui † ſuper hoc, ſuper-

a ¶Ergo. ¶In terra tua. b ¶Aegyptum.

bia tantùm eſt, quieſce. Nunc ergo ingreſ-

a ¶Vt in perpetuum maneat.

ſus ſcribe ei ſuper buxum, & in libro dili-

a ¶Scriptum illud. b ¶Cum venerit Nabuchodonoſor, cum res completa fuerit.

genter exara illud, & erit in die nouiſſimo

a ¶Prophetalis veritatis. b ¶Dicens: Non manebimus hic, ſed in Aegyptum fugiemus.

in teſtimonium vſque in † æternum. Po-

a ¶Me. ¶Qui ſemper rebellis & incredulus.

pulus enim ad iracundiam prouocans

a ¶Dixerunt enim Ieremiæ: Ora pro nobis dominum, vt dicat nobis quid agere debeamus, & audire noluerunt.

eſt, & filij mendaces, filij nolentes au-

a ¶Si promittunt ſe bene facturos, cito deficiunt. b ¶Futura. ¶Ieremiæ, & Baruch, & Olde. ¶Spiritu prophetico, propria induſtria. ¶Nolite annuntiare nobis verbum domini, non enim audiemus.

dire legem Dei. Qui dicunt videntibus,

NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et ordinemini &c. *id eſt faceretis proceſſum ad rebellandum Chaldæis.*

b Et non &c. *ſed per ſpiritum mendacem in ore prophetarum falſorum. Ierem. 28.*

c Vt adde. *Quia primò diffiſi fuerunt de diuino auxilio, ſecundò nimis confiſi de humano, ideo ſubditur:*

d Qui ambulatis. *Et patet litera ex dictis vſque ibi:*

e Et erit nobis fortitudo Pharaonis. *Quia ex confidentia eius falſa rebellauerunt Chaldæis, qui venientes deſtruxerunt ciuitatem & templum, & partim occiderunt, & partim captiuauerunt confuſibiliter populum,*

f Erãt enim in Thaphnis. *Aliqui libri habent: Ierant, quod fuit ſic dictũ ab aliquibus correctoribus, eo quod ſubditur: Vſque ad Anes peruenerunt, & male: quia in Hebræo & in libris correctis habetur. Erant enim in † Thaphnis, quæ eſt ciuitas nobilis Aegypti.* † *Thanis*

g Principes enim & nuncij tui. *miſſi tanquam ſolennes nuncij.*

h Vſque ad Anes per. *Primò enim inuenerũt regem Aegypti in Thaphnis, ſed antequam reſponderet eis trãſtulit ſe ad Anes, quæ etiam eſt ciuitas Aegypti: ſic ſecuti ſunt eum ad habendum eius reſponſum.*

i Omnes confuſi ſunt. *ſcilicet dicti nuncij: quia non habuerunt inde aliquod remedium, ſed confuſionem, & cum hoc magnum damnum. ideo ſubditur.*

K Onus iu. au. *id eſt iumentorum portantium onera verſus Aegyptum, quæ eſt in parte auſtrali reſpectu regni Iudæ: Munera multa & magna pro habendo eius auxilio, & vnde portarentur ſubditur.*

l In terra tribula. *id eſt in regno Iudæ, cui imminebat magna tribulatio & anguſtia à Nobuchodonoſor rege.*

m Leæna & leo. *id eſt rex Sedechias & regina.*

n Ex eis ui. &c. *id eſt filij ex eis nati veneno malitiæ pleni.*

o Portantes &c. *Filij enim regis aliquando mittebantur ad quærendum tale axilium. vel poteſt exponi de quibuſcunque nuncijs à rege & regina miſſis, & propter hoc dicuntur eſſe ex eis,*

p Super gibbum ca. *Habet enim camelus gibbum ſuper dorſum, ſuper quem ponitur ſella & onus. Cætera patent ex dictis vſque ibi:*

q Superbia tantum eſt. *Ex magna enim ſuperbia procedebat, quòd ipſe Sedechias & populus eius nolebant ſeruire regi Babylonis, ſecundum conſilium Ieremiæ à domino ſibi reuelatum.* † *ad eã: fortitudo eorũ eſt manere*

r Quieſce. *à quærendo tale auxilium ab Aegyptijs contra regem Babylonis, & ſeruias ei in pace.*

s Nunc er. ingreſ. *Hic conſequenter arguitur populus de contemptu Dei & prophetarum ſuorum. Primò tamen introducitur Deus loquens ipſi Iſaiæ, dicens: Nunc ingreſ. ſcilicet tu Iſaia locum vbi ſcribis tibi à domino reuelata.* † *ſempiternum*

t Scribe ei. *id eſt populo Iudæ.*

u Super buxum. *In Hebræo habetur: Super tabulam, ſed Iero. trãſtulit buxum, eo quod tabulæ ad ſcribẽdum ſiunt communiter de buxo.*

x Et in libro &c. *ſcilicet per notarium tuum. Habebant enim prophetæ aliquando notarios, ſicut Baruch fuit notarius Ieremiæ, vt habetur Iere. 36. & magis probabile eſt de Iſaia, qui fuit nobilis & de ſtirpe regia, ꝙ habuit notarium ſcribentem in volumine illud, quod propheta prius ſcripſerat in tabula pro exemplari.*

y Et erit &c. *et vocatur ibi nouiſſima dies, in qua ciuitas fuit deſtructa per Chaldæos: tunc enim impleta fuit comminatio pœnæ hic poſita.*

z Vſque in æternum. *id eſt vſque ad finem mundi: quia ſemper erit prophetia Iſaiæ in teſtimonium malitiæ illorum contra quos loquebatur. ideo ſubditur.*

a Populus e. ad iracun. prouo. eſt. *ſcilicet ipſum Deum per malitiam & contemptum.*

b Qui dicunt vi. *id eſt viris prophetis: quia verba eorum veriſſima* reputabat

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lorum. Ad populum quoque eccleſiæ negligentem, auſteritatem magiſtrorum fugientem, & adulationem quærentem hæc referuntur.

a *Pro eo quod reprobaſtis verbum*. Hæretici quoque & omne dogma contrarium veritati confidunt in calumnia & mendacio, propterea impietatis eorum ciuitas deſtruetur, quam ſcilicet ædificauit Cain, cui veniet repentina perditio, cùm capta fuerit ab eccleſiaſticis viris, & ideo deſtructa & comminuta, vt nihil remaneat in ea quod poſſit ignē emortuum reaccendere, & ſaltem cœnoſam & paruulam aquam ſitientibus præbere.

† recedite de via, declinate de ſemita

b *Sicut interruptio ca.* Quaſi, quomodo interruptio muri altiſſimi qui longam traxit ruinam difficile inſtaurari, & priſtinum decorem recipere poteſt, ſic veniet vobis repētina contritio.

c *Quia hæc dicit dominus Deus ſanctus Iſrael*. Anagoge. Omnes ad pœnitentiam, præcipue & maxime hæreticos hortatur; quia ſi reuerſi à vitijs ingemuerint, & pęnitētiam egerint, ſalui erunt. Illi econtrario confidentes in falſis magiſtris, & in incertis ſeculi, equos Aegyptios deſiderant, & eorum velocitate lætantur, quos multiplicare dominus prohibuit. Ideo eccleſiaſtici viri perſequentur eos, & vnius bellatoris vocem, vel quinq; quod ad mentem & ad quinque ſenſus referre debemus, mille homines, & incompoſita turba fugientium ſuſtinere non poterunt.

Anago. — † Peruerſitate — Deu. 17. d. — † ruptura

a *Plorans*

nolite videre, & aſpicientibus, nolite
a ¶Vt maneamus hic. b ¶Vt eamus in Aegyptum.
aſpicere nobis ea quæ recta ſunt. Loquimini nobis placentia, videte no-
a ¶Sinite nos errare.
a ¶Quam docetis. b ¶Auferte a me veritatem hanc.
bis errores, † auferte à me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet à facie no-
a ¶Tandem. b ¶Præſentia.
a ¶Monita eius. ¶Propterea hæc dicit dominus. b ¶Quia reprobaſtis illum.
ſtra ſanctus Iſrael. Propterea hæc dicit ſanctus Iſrael. Pro eo quòd repro-
a ¶Nolentibus ſe ingerit, vt quem neglexiſtis commonentem, ſentiatis punientem, vt habitaretis in terra veſtra. ¶Alias ex.
¶Hoc. a ¶Habentes fiduciam in Aegyptiorum calumnia atque mendacio. b ¶Decentionem.
baſtis verbum, & ſperaſtis in † calumniam & † tumultum, & innixi eſtis ſuper eo. Propterea erit vobis iniqui-
a ¶Superbiam Aegypti. ¶Spe. ¶Tumultu.
a ¶Tranſgreſſio præcepti. b ¶Muri. c ¶Vt ipſi cadatis ſubito.
tas hæc, ſicut † interruptio cadens † & requiſita in muro excelſo. Quoniam ſubito dum non ſperatur veniet con-
a ¶Muri b ¶Alia ſimilitudo. c ¶Sic nec de vobis aliquid vtile remanebit perſequente Nabuchodonoſor.
tritio eius, & comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione præualida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum
a ¶Qui per me & Ieremiam vobis loquitur.
aquæ de fouea, quia hæc dicit dominus Deus ſanctus Iſrael. † Si reuerta-
a ¶Quaſi: Pœnitentiam agite antequam veniat captiuitas.
a ¶In terra veſtra.
mini & quieſcatis, ſalui eritis. In ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra.
a ¶Quietis. b ¶Fixa in me, & non in Aegypto.
a ¶Obedire mihi. b ¶Manebimus hic.
Et noluiſtis, & dixiſtis: Nequaquam, ſed ad equos fugiemus. Ideo fugie-
a ¶Aegyptiorum.
a ¶Concito gradu pergemus ad eos.
tis. Et ſuper veloces aſcendemus. Ideo velociores erunt qui perſequentur
a ¶Chaldæi quos effugere non poteritis.
¶Aegyptij in quibus confiditis.
vos. Mille homines à facie terroris vnius, & à facie terroris quinque fu-
¶Chaldæi.
a ¶Pauci in ſignum tantæ captiuitatis.
gietis, donec relinquamini quaſi malus nauis in vertice montis, & qua-
a ¶Fixus in ſignum naufragij.
a ¶Potentiæ Dei demonſtrandæ, & cuius ſermo compleatur, meus an illorum.
ſi ſignum ſuper collem. Propterea

F

## NICO. DE LYRA.

reputabant inania & falſa. Et patet litera vſque ibi:

a Ceſſet à facie noſtra ſanct. *id eſt Deus ſanctificans Iſrael, ex tali enim contemptu verbis & factis oſtendebant, quòd Deus deberet eos dimittere propter malitiam ſuam.*

b Propterea erit nobis iniquitas hæc, *Deſcripta populi malitia, Hic conſequenter denunciatur debita pœna, cum dicitur.*

c Pro eo quod reprobaſtis uerbum hoc. *id eſt verbum domini per prophetas dictum.*

d Et ſperaſtis in calumnia. *Quærendo occaſionem recedendi à ſeruitute regis Babylonis: cui tamen Sedechias rex & principes iurauerunt ſeruire, vt habetur ſecundo Paral. vlti.*

e Et in tumultum. *ſcilicet exercitus regis Aegyptiorum, quem ſperabant venire ad eorum auxilium, in magno fragore armorum & pompa.*

f Et innixi eſtis ſuper eo. *Magis quam ſuper diuino auxilio.*

g Propterea erit iniquitas hæc. *De trāſgreſſione iuramenti, & de contemptu Dei.*

h Sicut interruptio cadens. *Quæ quanto cadit à loco altiori, tanto magis opprimit illa ſuper quæ cadit: & per hoc intelligitur quod iniquitas eſſet cauſa deſtructionis ciuitatis & populi. Et patet litera vſque ibi:*

i Et non inue. de frag. eius teſta. *id eſt non remanebunt aliqui reſidui de populo in terra Iuda, qui poſſint eam operari: quia illi quos dimiſit Nabuzardan ad colendum terram, mortuo Godolia fugerunt in Aegyptum timore Chaldæorum:*

K Quia hæc di. do. Deus. *Qui non poteſt mentiri.*

l Si reuertam. *Per pœnitentiam ad Dei miſericordiam.*

m Et quieſcitis. *à rebellione contra regem Babylonis.*

n Salui eritis. *Ita enim prædicauit Ieremias regibus & populo regni Iudæ, vt patet in multis locis ſuæ prophetiæ.*

o In ſilentio. *id eſt humiliter & pacificè ſeruiendo regi Babylonis ſecundum domini voluntatem.*

G

p Et in ſpe. *diuini auxilij non humani.*

q Et, for. ue. *Conſeruans ciuitatem & populum à deſtructione: ſed quia Sedechias noluit credere Ieremiæ & populus eius, ideo ſubditur: Et noluiſtis,*

r Et dixi. Nequaquam. *Scilicet faciemus Ieremiæ conſilium.*

s Et ad equos fugiemus. *Id eſt ab equitibus Aegypti refugiū & auxilium quæremus.*

t Ideo fugietis. *Quia deficiente auxilio Aegypti & rupta ciuitate, Sedechias rex & viri bellatores fugerunt noſte. 4. Regum vltimo.*

u Et ſuper ueloces aſcendemus. *id eſt, ſi rex Babylonis aduerſus nos præualuerit, per velocitatem equorum noſtrorum euademus manum eius. Quod excludit, dicens.*

x Ideo velociores erunt qui perſequētur vos. *Quia Chaldæi inſequentes Sedechiā fugientem, ipſum comprehenderunt. quarto Regum vltimo.*

y Donec relinquamini quaſi malus nauis. *In ſignum naufragij præteriti.*

z Et quaſi ſignum ſuper collem. *Vbi aliquando in ſublimitate arboris magnæ aſcendit ſpeculator ad videndum ſi hoſtes veniant, & ex qua parte: & ſic dat ſignum fugiendi illis pro quibus ſpeculatur, & ad quam partem debeant fugere, ne cadant in manibus hoſtium, & ipſe etiam velociter deſcendens fugit cum alijs: Sic fuerunt illi qui remanſerunt de populo Iuda, quorum aliqui fuerunt ducti in Babylonem in ſignum victoriæ Chaldæorum & deſtructionis Iudææ, ſicut malus eſt ſignum naufragij præteriti: & alij fugerunt in Aegyptum, timentes contra ſe aduentum Chaldæorum.*

† violentia — Signum fugiendi que ſe[...] dit

a Propterea expectat dominus &cæt. *Hic conſequenter propheta poſt vinum mortificatiuum infundit oleum lenitiuum denuncians populi conſolationem. Circa quod ſciendum, quòd hanc partem exponunt doctores noſtri communiter ad literam de redemptione populi Iudæ de captiuitate Babylonica, facta per Cyrum deſtructo regno Chaldæorum, vt habetur Eſdræ primo. Sed huic expoſitioni non videtur litera bene conſonare in pluribus locis, vt pote quod dicitur infra: Plorans nequaquam plorabis. id eſt poſt reditum de captiuitate Babylonica materiam triſtitiæ non habebis, vt iſti exponunt: Contrarium videtur Neemi. primo, vbi dicitur, quòd populus reuerſus de Babylone erat in afflictione magna & opprobrio. Item quod ſubditur poſtea: Et dabit tibi dominus panem arctum & aquam breuem, id eſt in redeundo de Babylone ſuſtinebis penuriam victus. Secundum iſtos hoc non bene conſonat prædictis ab eis. ſcilicet quod non haberent materiam triſtitiæ. Item ei quod poſtea ſubditur: Et dabitur pluuia ſemini tuo, & cætera. quod exponunt de magna abundantia in terræ fructibus & animalibus: cuius contrarium videtur poſt reditum, Neemiæ quinto capite, vbi dicitur, quod multi de populo diſponebant vendere filios & filias ſuas in ſeruos & ancillas pro victu habendo. Item quod dicitur: & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum, ſcilicet Eſdram, vt dicunt, quod non videtur verum, quia Eſdras non ſemper ſtetit cum eis, ſed pauco tempore, quia poſt alios longo tempore venit de Babylone, & non multum ſuperuixit. Item quòd infra dicitur: Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & cætera. exponunt dicentes, quòd hoc intelligitur de maiori lætitia, quam habuerunt poſt captiuitatem quam ante; tantus tamen exceſſus lætitiæ non videtur bene prædictis concordare, & maxime quia nunquam redierunt ad tantam proſperitatem ſicut fuerant ante de multo: maximè tempore Dauid & Salomonis, & aliorum regum plurimorum. Et ideo ſaluo meliori iudicio, videtur, quòd Iudæi melius quantum ad aliquid exponant partem iſtam, ſcilicet de redemptione eorum fienda per Chriſtum: ſed in hoc errant, quòd expectant futurum, quod iam tranſiit*

H

† Inquiete & requie.

in præteri-



a *Plorans nequaquam plorabis*. Iudæi referunt hoc ad tempus illud, quando ſub Zorobabel & Ieſu magno Sacerdote poſt lxx. annos redierunt de captiuitate Ieruſalem, & bona fleuerunt, quæ prius habuerant. Nos autem omnes promiſſiones quæ excedunt mediocritatem illius temporis, ad Chriſti referimus aduentum: In quo captiuus quondam populus, paſſione domini liberatus, habitat in Sion & in Ieruſalem, in ſpecula ſcilicet & viſione pacis, id eſt eccleſia.

A

b *Poſt tergum*. Prima conditione quaſi in facie Adam audiuit à domino: Creſcite & multiplic. & reple. terram. Poſt peccatum quaſi poſt tergum poſitus, maledicta terra in opere tuo. Huius caſu nos omnes retrocedimus, & modo audiuimus à domino: Conuertimini ad me, & ego con. ad vos. Et alibi: Conuertimini ad me in toto corde veſtro, &c. vt his monitis anteriora petamus, & hoc eſt: Aures tuæ audient verbum mo. poſt tergum.

Gen. 1. d — Gen. 3. d — Zach. 1. a — Iohel. 2. c

c *Neque ad dextram*. In vtraque parte quidquid ſupra modum eſt, in vitio eſt. Neque ad de. &c. declinandum eſt, ſed via publica gradiendum. i. regia quæ non fallit.

d *Et contaminabis laminas*. Idola ſcilicet quæ ad ſimilitudinem veritatis artifex lingua compoſuerit in ſplendore eloquentiæ, quod ſignificat argētum, & in ratione ſapientiæ quod ſignificat aurum: comminues & diſperges, & immunda iudicabis.

e *Et dabitur pluuia*. In Regum volumine ſcriptum eſt, quia interfectis ab Elia pſeudoprophetis data ſit pluuia terræ Iſrael. & panis Eliſæi: Et poſtea Saluatoris vberrimus fuerit atq; pinguiſſimus, & tantam plenitudinem habeat, vt multa hominum milia ſaturata ſint. In præſenti quoq; loco non datur pluuia ſemini ſpirituali, & & panis terræ vberrimus atque pinguiſſimus, niſi idola deargentata & deaurata, fuerint comminuta & reputata in ſterquilinium: niſi enim vitia abiecerint, virtutes non ſubeunt.

3. Reg. 18. g — 4. Reg. 4. [...]

B

a *Paſcen-*

¶Quaſi: Hæc venient niſi pœnitentiam egeritis: Propterea ex. do.
a ¶Pœnitentiam veſtram.
expectat dominus, vt miſereatur veſtri, & ideo exaltabitur
a ¶In miſericordia, Superexaltat miſericordia iudicium.
¶Vel in cruce, vt omnibus pareat.
a ¶Filius. Pater enim non iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio.
parcens vobis, quia Deus iudicij dominus. Beati omnes qui
a ¶Expecta dominum, & viriliter age. &c.
¶Recta ſpe.
expectant eum. Populus enim Sion habitabit in Ieruſalem.
a ¶Eccleſia, quæ eſt modo in ſpeculatione.
b ¶Cœleſti, vbi eſt vera viſio pacis.
a ¶Ante. ¶Conuerſus. b ¶In Ieruſalem.
¶Abſterget dominus omnem lachrymam ab oculis eorum.
¶Fletus tuus vertetur in gaudium.
Plorans nequaquam plorabis, miſerans miſerebitur tui. Ad
a ¶Quotidie. b ¶In die iudicij omnino.
a ¶plenam miſeratione.
b ¶Orationis. c ¶Ieruſalem.
vocem clamoris tui ſtatim vt audierit, reſpondebit tibi. Et da-
a ¶Si digna audiri.
b ¶Ecce Adſum.
¶Magis re quam voce.
c ¶Iudæi dicunt, quod egreſſuri de captiuitate, inopiam cibi & potus paſſi ſunt.
a ¶Doctrinam Euangelij, quæ duobus mandatis coarctat omnia mandata veteris teſtamenti.
bit † tibi dominus panem † artū, & aquam breuem, & non faciet
a ¶Scriptura, vbi obſcura panis, vbi eſt aperta aqua.
a ¶Recedere.
b ¶Magiſter veſter vnus eſt Chriſtus.
auolare à te vltra doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes
a ¶Cordis.
b ¶Modo in ſpe, tandem in re.
¶Interiores.
præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum monentis
¶Exaudient. ¶Chriſti.
a ¶Chriſtus ad credentes loquitur.
¶Ego ſum via, veritas, & vita.
b ¶Me imitamini. vnde: Vende omnia quæ habes, & ſequere me. Et alibi: Qui mihi miniſtrat, me ſequatur.
¶De virtute in virtutem.
poſt tergum. Hæc via, ambulate in ea, neque ad dextram, ne-
a ¶Noli eſſe nimium iuſtus.
a ¶In malum declines.
b ¶Conuerſus ad fidem reputabis omnia idola contaminata ſculptilia & conflatilia.
que ad ſiniſtram. Et † contaminabis laminas ſculptilium argenti tui, & veſtimentum conflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immunditiam menſtruatæ. E-
a ¶Ornamentum.
a ¶O Iſaia vel Ieremia.
¶Populo credenti de Gentibus.
gredere, & dices ei. Et dabitur pluuia ſemini tuo vbicunq; ſe-
a ¶Gratia ſpiritusſancti.
b ¶Prædicationi. c ¶In quacunque Gente.
a ¶Ego ſum panis viuus.
minaueris in terra, & panis fru-
a ¶In cordibus ſanctorum.
b ¶Gratia & pinguedine ſpiritusſancti.
gum terrę erit vberrimus & pin-

## NIC. DE LY.

in præteritum. *Igitur accipiendo ab eis quod eſt verum, & falſum reſpuentes, exponamus literam de redemptione facta per Chriſtum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur redemptio facta per Chriſtum in ſuo aduentu primo, ſecundo fienda in ſecundo, ibi: Et erit. Prima hic prædicitur ab Iſaia, cum dicitur: Propterea. Id eſt propter mala veſtra multiplicata.*

a Expectat dominus vt miſereatur veſtri. *Id eſt differt redemptionem veſtram perfectam per Chriſtum fiendam: veruntamen quia non aufert eam, ſubditur:*

b Et ideo exaltabitur parcens vobis. *quia tempus ſui aduentus erit tempus magnæ miſericordiæ: veruntamen non erit ſine iuſtitia, quæ ſemper Dei miſericordiam concomitatur, ideo ſubditur: Quia Deus iudicij dominus.*

c Beati omnes qui expectant eum. *firmiter credendo eius aduentum.*

d Populus enim Sion. *id eſt fidelis & catholicus.*

e Habitabit in Ieruſalem. *id eſt eccleſia, ſecundum quod dicitur ad Heb. 12. f. Acceſſiſtis ad montem Sion, & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cœleſtem. Et quia ad literam in monte Sion incepit fides catholica per prædicationem Chriſti in propria perſona, & per miſſionem ſpiritusſancti ſuper apoſtolos, vt dictum fuit ſup. 2. cap.*

f Plorans nequaquam plorabis. *pro dilectione Chriſti venturi, pro qua ſuſpirabant ingemiſcentes patres veteris teſtamenti.*

C

g Miſerans miſerebitur tui. *intantum quòd exponet ſe morti.*

h Ad vocem clamoris. *In primitiua eccleſia & per longum tempus poſtea, ſancti viri habebant frequentiſſimè ad vota diuina reſponſa.*

i Et dabit tibi dominus panem artum. *id eſt ex Dei gratia eris contentus paruo victu, aliàs parco, ſicut patet in decurſu eccleſiæ in viris perfectis & religioſis.*

K Et non faciet auolare &c. *id eſt Chriſtū, qui dicit de ſeipſo, Matt. 23. a. Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus. Et de ſua permanentia dicitur Matt. vlt. d. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Secundum enim diuinitatem vbique eſt per eſſentialem præſentiam & potentiam, & in eccleſia ſua per ſpecialem gratiam: & ſecundum humanitatem in Euchariſtiæ ſacramento, in quo corpus eſt ex vi ſacramenti, & anima & diuinitas ex concomitantia inſeparabili poſt reſurrectionem. In tranſlatione Chaldaica ſic habetur: Et non recedet vltrà diuinitas eius. Ex quo patet, quòd non poteſt conuenienter intelligi de Eſdra doctore, ſed de Chriſto conuenit optimè.*

l Et erunt oculi tui videntes pręceptorem tuum. *i. Chriſtum, qui apparuit viſibilibus etiam oculis corporalibus in forma humanitatis, & in ſacramento ſub ſpecie panis.*

m Et aures tuæ audient verbum. *ſcilicet Euangelium.*

n Monentis poſt tergum. *id eſt ad ſequendum veſtigia Chriſti prædicantis in perſona propria primò, & poſtea in apoſtolis alijsq; diſcipulis.*

o Hæc via. *ſc. fides catholica.*

p Ambulate in ea. *quia eccleſia nunquam declinabit generaliter à fide catholica.*

q Et contaminabis laminas. *Quia Gentiles ad prædicationem apoſtolorum confregerunt idola ſua, materiam & ornamenta idolorum pauperibus erogantes.*

† anguſtiæ & aquam oppreſſionis.

D

r Egredere & dices ei. *i. idololatriæ, quæ ceſſauit quaſi in vniuerſo orbe.*

s Et dabitur pluuia ſemini tuo, vbicunq; ſeminaueris in terra. *Semen parabolicè dicitur hic verbum Euangelicum, ſecundum quod dicit Saluator in parabola ſeminantis, Luc. 8. b. Semen eſt verbum Dei. Et recipientibus ipſum per fidem, data eſt pluuia gratiæ Dei. Et per talem modum dicitur Deuteronomij trigeſimoſecundo, a. Concreſcat vt pluuia doctrina mea.*

t Et panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis. *Iſte eſt panis Euchariſtiæ, qui dicitur panis frugum terræ, quia materia huius ſacramenti eſt panis triticeus de terra productus, & continet iſte panis pinguedinem gratiæ diuinę.*

a Paſcen-

† contaminabit

## MORALITER.

a *Expectat dominus*. Hic ad literā poſt filiorum Iuda increpationem, propheta denunciat eorum cōſolationem per Chriſtum futuram, more boni Samaritani poſt uinum mordicatiuum infundentis oleum lenitiuum. Moraliter autem poteſt exponi conſequenter ad prędictam de apoſtatis expoſitionem. nam aliqui eorum ex diuino reſpectu uerè pœnitentes reuertuntur, et impoſitam ſibi pœnam non ſolum patienter ſuſtinent, ſed etiam maiorem accipiunt ex ſeipſis, et ſic magis proficiunt in bono uirtutis, quam aliqui qui nunquam per apoſtaſiam ceciderunt. unde Greg. exponens illud Luc. 15. b. Gaudium erit in cœlo ſuper uno peccatore pœnitētiā agente, quam ſuper nonagintanouē iuſtis, dicit: Dux in prælio militem illum plus diligit, qui poſt fugam reuerſus, hoſtem fortiter premit: quam illum qui nunquam terga prębuit, nec unquam aliquid fortiter fecit. Sic et agricola illam terram plus amat, quę poſt ſpinas, uberes fructus facit, quā illam quę nunquam ſpinas habuit, nec unquam frugem uberem producit. De talibus ſubditur: Erunt oculi tui, &c.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Paſcentur*. Quidam hæc hyperbolicos Cyri temporibus, qui captiuitatem populi relaxauit, in Iudæa completa contendunt.

Gen.26.c b *Commixtum mig.* Iſaac hordeum ſeuit, quia apud Allophy-
Hoſee.3.a los erat, & centenariam hordei frugem recepit. Et Hoſee, choro & dimidio hordei adulteram
Iohan.6.a conduxit. Saluator quoq; quinq; milia virorum, quinq; ſenſus corporis & legem Moyſi ſequentium, hordeaceis panibus ſaturauit: qui in alio loco, frangens ſeptem panes & in fru-
† pecus tuum.
Matt.15.d ſta comminuens, quatuor milia triticeis panibus repleuit, qui Euangelicum numerum ſequebantur. Huiuſmodi populi, partem comedunt palearum in quibuſdam ſequentes literam: & per paleas & hordeum pau-
† pabulum mundum
latim proficiunt, & tranſeunt ad frumentum.

† quod ventilatum eſt ventilabro & vanno.
c *Et erunt*. In die iudicij ſuper môtes & colles erût riui currentiû aquarû, quia bona opera ſanctorû clarebût, quæ obſeruantes mandata impleuerunt, & doctrina Euâgelij appropinquante die iudicij, prædicatione Eliç & Enoch penè per oês gentes abundabit. Et erunt ſuper. Iudæi, multos interfectos, & ruentes turres, ad Romanum referunt imperium. vnde:
2.Theſſ.2.b Vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat: quod eo tempore tanta beatitudo fuerit populo Iſrael, vt nô ſolum valles & campeſtria, ſed montes & colles aquis fluentibus irrigentur. Nos montes & colles intelligi-
Matt.5.a
Iohan.4.b mus, qui virtutibus eleuantur, & qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quos dominus prouocat ad bibendum. Qui enim biberit de aquis eius, nô ſitiet in æternum. vnde: Benedicite domi
Pſal.67.f
Matt.20.b no de fon. Iſrael.
† contritionem.
F d *Interfe.mul.* Multi.n.sût vocati, pauci verò electi. Turres, poteſtates dæmonum, vel ſuperbi, de quibus pſal-
Pſal.36.g Vidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros Lib. Has turres ædificare cupiebant, qui mouerunt pedes ſuos ab oriente, quorum linguæ in Babylone confuſæ, & ſuper quos cecidit turris in Siloe.

e *Et erit lux*. Cum præmium laboris percipient, quia creatura liberabitur à ſeruitute corruptionis. Non mirû ſi luna ſolis fulgorem recipiat. Quia
Matt.13.f iuſti fulgebunt ſicut ſol.

f *Ecce nomen domini*. Filius in nomine patris. vnum.n.nomen eſt patris & filij & ſpiritusſancti. vnde: Baptizan-
Ibid.28.d tes eos in nomine patris & filij & ſpiritusſancti: nô in nominibus, ſed in nomine quod eſt Deus.

g *Spiritus eius velut torrens inundans*. Sicut torrens inundans cum peruenerit vſque ad collum, animantem ſuffocat,

a ¶Pane verbi Dei. b ¶Eccleſia.
a guis. Paſcentur in poſſeſſione tua a
a ¶Cum idola confregerit. b ¶Mitis corde, qui ſequitur agnum quocunque ierit, & ſemper ad dexteram eſt. c ¶Apoſtoli duces gregis.
in die illa † agnus ſpacioſè, & tauri b
a ¶Filij. ſ. Iudæorum, qui per aſinam, vel Gentilium, qui per aſinæ pullum ſignificantur. ¶Subiecti. b ¶Vt fructificent.
tui & pulli aſinorum, qui operan- c d
a ¶Eccleſiam vel vnuſquiſque corpus ſuum. b ¶Hiſtoriam cum ſpirituali ſenſu. c ¶Migma eſt hordeum cum palea.
b tur terram † commixtum migma e
a ¶Scripturæ b ¶A ſpiritu ſancto examinatum.
comedent, † ſicut in area ventila- f
a ¶De die iudicij.
c tum eſt. Et erunt ſuper omnem g
a ¶Sanctos virtutibus eminentes, vel plus vel minus, vel expoſitores diuinorum eloquiorum.
monte excelſum, & ſuper omnem
a ¶Doctrina Euangelij.
collem eleuatum riui currentium h
¶Iudicij.
d aquarum in die interfectionis mul i
a ¶Dæmones, munimentum malorum, & principes huius ſeculi.
e torum, cum ceciderint turres. Et k
a ¶Poſt iudicium, & cœlum erit nouum, & terra noua. Quia enim propter hominem facta, in eius lapſu peiorata ſunt, ſol & luna ſuo lumine minorata.
erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux
¶Finitum pro infinito.
ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux
a ¶Scilicet quando creatus eſt mundus. b ¶Scilicet.
ſeptem dierum, in die qua alliga-
a ¶Sanando. b ¶Mortalitatem peccati & omnes miſerias. c ¶Abſolutè, vt omnes Deo ſeruientes ſignificet. ¶Sanctorum. ¶Fugiet dolor & gemitus.
uerit dominus † vulnus populi ſui,
& percuſſuram plagæ eius ſana-
a ¶Bonis promittit præmia, contemptoribus minatur ſupplicia. b ¶Ad damnandum males, & remunerandum bonos.
f uerit. Ecce nomen domini venit l m
a ¶Poſt multa tempora. b ¶Ab vindicta more noſtro.
de longinquo, ardens furor eius, n
a ¶Reprobis. b ¶Verba.
& grauis ad portandum. Labia o p
a ¶Filij. b ¶Dicendo: Eſuriui, & non dediſtis mihi manducare &c.
eius repleta ſunt indignatione,
a ¶Ite maledicti in ignem æternum. b ¶Diabolum & membra eius.
& lingua eius quaſi ignis deuo- q
g rans. Spiritus eius velut torrens r s
inundans vſque ad medium colli,

G b Riui currentium aqua. *i. abundantia ſanæ doctrinæ, eo modo loquendi quo dicitur ſup. 11. Repleta eſt terra ſcientia domini, ſicut aquę maris operientis.*

i In die interſectionis. *Ideſt tempore deſtructionis Ieruſalem, in qua erant multę turres, quæ cum muris deſtructę fuerunt per Romanos, & illo tēpore multum viguit prædicatio Euangelij per apoſtolos alioſq́; diſcipulos Chriſti.*

K Et erit. *Hic denunciatur liberatio fidelium in ſecundo aduentu Chriſti, tunc enim liberabuntur à pœnalitatibus vitę præſentis. Et diuiditur in duas, quia primò poni-* Diuiſio.
*tur huiuſmodi liberatio. ſecundò dęmonis abiectio, ibi: Ecce nomen. Circa primû ſciendum, quod ſecundum ſanctos doctores & ca-*
*tholicos, in finali iudicio mundus innouabi-* Mundus innouabitur.
*tur & meliorabitur ad augmentum gloriæ electorum, qui in elementis & corporibus cęleſtibus melioratis videbunt clarius relucentiam diuinæ virtutis & bonitatis, ſecundum illud Sap. 13. a. A magnitudine ſpeciei creaturæ poterit cognoſcibiliter creator horum videri. Decor autem corporum cœleſtium maximè conſiſtit in luce: & ideo tunc augebitur, & hoc eſt quod dicitur: Et erit lux lu. ſicut lux ſo. &c. In die qua al. do. vul. po. ſui. quia fideles reſurgent in corporibus glorioſis ab omni corruptione & pœnalitate liberatis.*

l Ecce nomen. *Hic conſequenter agitur de deiectione dæmonis. Sciendum tamen, quòd Heb. & expoſitores noſtri exponût partem iſtam ad literam de deiectione Senacherib regis Aſſyriorum venientis contra Ieruſalem, quando exercitus eius percuſſus fuit ab angelo, ſic quòd corpora bellatorum fuerunt incinerata intactis veſtibus & armis, ſicut dictû fuit ſuprà 7. cap. & ad hoc ſatis poſſet applicari litera. Sed contra hoc videtur, quod dicitur hic in principio: Ecce nomen domini venit de longinquo. Ex quo videtur Iſaias loqui de tempore longinquo, quod eſt* H
*tempus iudicij finalis, & non de propinquo ſeu præſenti, cuiuſmodi fuit dicta percuſſio Sennacherib, quia fuit tempore Iſaiæ, vt habetur 4. Reg. 19. Item quod dicitur in fine huius cap. Præparata eſt enim ab heri Tophet, &c. ideſt pœna gehennalis, ſecundum quod dicitur ab omnibus expoſitoribus Hebræis & Latinis. ideo videtur Iſaias hic loqui de tempore finalis iudicij, in quo dæmones cum damnatis retrudentur in inferno. Et hanc ſententiam ſequitur hic magiſter Alexander de Ales, qui fuit maximus theologus temporibus ſuis. Igitur ſecun-*
*dum hanc ſententiam hęc pars in tres diui-* Diuiſio.
*ditur partes: quia primò deſcribitur aduentus iudicis, terribilis impijs, ſecundò delectabilis iuſtis, ibi: Canticum erit. & tertiò vt abiectiuus dęmonis, ibi: Et auditam. Circa primum dicit Iſaias: Ecce nomen domini. quia in iudicio apparebit dominus, qui iudicatus fuit coram Pilato, vt ſeruus & abiectus.*

m Venit de longinquo. *quia à tempore Iſaię erat magna diſtantia vſque ad tempus iudicij.*

n Ardens furor eius. *quia ignis conflagrationis præcedet aduentum iudicij.*

o Et grauis ad por. *quia terribilia ſigna apparebunt prope iudicium.*

p Labia eius repleta ſunt. *contra reprobos, contra quos proferet illam ſententiam: Ite maledicti, &c. Matt. 25. d.*

q Et lingua eius quaſi ignis deuo. *quia per ſententiam ab eo prolatam deducentur ad ignem gehennę interminabilem.*

r Spiritus eius. *i. eiuſdem indignatio contra reprobos.*

s Velut torrens inundans vſque. *quia non poterunt punitionem eius euadere.*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Paſcentur in poſſeſſione tua in die. *i. Chriſtus, de quo dicitur Iohan. 1. d. Ecce agnus Dei qui tollis pec. &c. Paſcitur ſpacioſè in dilatatione caſtitatis Eccleſiæ, ſecundum quod dicitur Can. 2. d. Qui paſcitur in lilijs, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ.*

*b* Et tauri tui. *ideſt apoſtoli.*

*c* Et pulli aſinorum. *alij inferiores prædicatores.*

*d* Qui operantur terram. *laborando in agro dñico verbo & exemplo.*

*e* Commixtum migma comedent. *Gloſſa ſuper iſtum locum dicit, quòd migma eſt hordeum mixtum cum palea: & eam ſequuntur expoſitores noſtri. Sed huic dicto videtur contrariari quod ſubditur:*

*f* Sicut in area ventilatum eſt. *i. purgatum à palea. Quid autem intellexerit Hiero. per migma, neſcio. Sed in Heb. habetur ſic: Mixtum forte comedent. i. commixtionem diuerſorum granorum abſque aliqua corruptione in ſua bonitate manentium: Per quod metaphoricè intelligitur congregatio fidelium ex Iudæis & Gentilibus & varijs nationibus, qui incorporati ſunt eccleſiæ per prædicationem apoſtolorum aliorumq́; prædicatorum.*

*g* Et erunt ſuper omnem. *Per montes excelſos intelliguntur apoſtoli, per colles, qui ſunt montes minores, prædicatores alij.*

*b* Riui

¶ *a* Ad

## MORALITER.

* l *Ecce nomen domini*. Hic ad literam deſcribitur deiectio dæmonis in iudicio finali. Et ſic expoſitio iſta non ſolum eſt literalis, ſed etiam ſpiritualis, propter quod aliam addere non oportet.



ſuffocat, ſic ſpiritus iræ Dei, in iudicio impios ſuffocabit.
A Finem omnium veniſſe ſignificat, ſicut torrens ſuffocat eum ad cuius collum peruenit, ſic Dei iudicium neminem tranſibit impunitum.

a *Quod erat in maxillis*. Vt pro voluntate diaboli circunferentur, hæc perdet dominus in die
† cribrandum.
iudicij, vel in prædicatione apoſtolorum, cum Gêtes ad fidem venerint, & idola relinquent.

b *Canticum erit vobis*. Poſt pœnâ malorum agit de gloria ſanctorum. Si-
† vox
cut filij Iſrael tranſito mari rubro, cû vidiſſent Pharaonem & Aegyptios
…51.a
ſubmerſos, cum lætitia dixerunt: Câtemus domino, glorioſe enim, &c. Sic in die iudicij tranſito mundo, & damnato diabolo & membris ſuis, ſancti cum lætitia exultabunt in Dei laudibus, eodem modo in conuerſione Gentium.

…12.d
c *Sicut qui peragit*. Præceptum eſt fi-
…17.d
lijs Iſrael, vt decimam bonorum ſuo-
…18.d
rum domino offerrent, datorem bo-
† deſcenſio…
norum glorificantes, ſic ſancti in iudicio offerent manipulos ſuos exultantes & Deum laudantes, & Gentes conuerſæ ſimiliter.
† flammæ
d *Sulphuris*. In inferno fœtor intolerabilis & inextinguibilis ignis.

a ¶Diabolum qui ſubiectos trahit in ruinam. ¶Dominationem.
ad † perdendas gentes in nihilum, a
a & frenum erroris quod erat in ma- b
b xillis populorum. Canticum erit c
vobis ſicut † vox ſanctificatæ ſolen- d e
c nitatis, & lætitia cordis, ſicut qui f
a ¶Iudæi in templum: ſancti in cœlum.
pergit cum tibia, vt intret in mon-
tem domini ad fortem Iſrael. Et g
¶Redit ad pœnam malorum. a ¶Venit hora, vt omnes qui in monumentis ſunt audiant vocem filij Dei, & procedent &c. b ¶In iudicio. c ¶Pater. d ¶Vltionem malorum.
auditam faciet dominus † gloriam
a ¶Filij qui & verbum. b ¶Ite maledicti in ignem æternum. c ¶Filij.
vocis ſuæ, & † terrorem brachij ſui h
a ¶Ite maledicti in ignem æternum.
oſtendet in comminationem furo- i
a ¶Ignis ſuccenſus eſt in fumeo, & ar. vſque ad inf. &c.
ris, & † flamma ignis deuorantis. † Al- k l
a ¶In circuitu eius tempeſtas valida. b ¶Lapidatione tribulationis.
lidet in turbine, & in lapide grandi
¶Sententia terribili.
nis. A voce enim domini † pauebit m n
a ¶Diabolus & membra. b ¶Vltionis. c ¶Hoc contra Origenem.
Aſſur virga percuſſus, & erit * tranſi- o p
a ¶Percuſſio vltionis æternæ. b ¶Non tranſitorius.
tus virgę fundatus, quam requie- q
a ¶Vt non tranſeat. ¶Diabolum.
ſcere faciet dominus ſuper eum, in
a ¶Lætitia ſanctorum. ¶Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam.
citharis, & tympanis, & in bellis r
a ¶Reprobos. ¶Dæmones.
† præcipuis expugnauit eos. Pręparata s
a ¶Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo. b ¶Ab initio. c ¶Vallis gehennæ.
rata eſt enim ab heri Tophet, † à re- t
a ¶Omnipotenti. b ¶Impijs.
ge præparata: profunda & dilata- u x
a ¶Impij.
ta, nutrimenta eius ignis & ligna y
a ¶Ira. ¶Metaphora, flatu enim & voluntate domini ſuccendetur.
multa, flatus domini ſicut torrens z a
a ¶Quod flammas excitat vel excurit. ¶Gehennam.
d ſulphuris ſuccendens eam.

b Et terrorem brachij ſui oſtendet. *in dæmonum deiectione.* C

i In comminationem furoris. *cum dicet: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius, Matt. 25. b.*

K Et flamma ignis. *ſcilicet gehennæ.*

l Allidet in turbine & in lapide grandinis. *per iſta quæ ſunt hominibus terribilia, intelligitur terror iudicis.*

m A uoce enim domini. *ideſt ſententia iudicij.*

n Pauebit Aſſur. *i. diabolus, qui hic ad literam intelligitur ſub nomine regis Aſſur, qui multû afflixit populum domini, ſicut ſuprà 14. cap. ſub nomine regis Babylonis ſignificatur diabolus ad literam, vt dictum fuit ibid.*

o Virga percuſſus. *i. virga diuinæ ſententiæ.*

p Et erit tranſitus uirgę fundatus. *i. firmus & ſtabilis, quia illa ſententia erit irretractabilis, ideo ſequitur:*

q Quam requieſcere faciet dominus ſuper eum. *quia pœna illius ſententiæ tenebit eum depreſſum in perpetuum.* † potentiã

r In tympanis & citharis, in bellis pręcipuis expugnauit eos. *Per iſta intelligitur electorum lætitia de poteſtate dæmonum eiecta, ſecundum quod dicitur Apoc. 12. c. Audiui vocem magnam de cęlo dicentem: Nunc facta eſt ſalus & virtus & regnum Dei noſtri, & poteſtas Chriſti eius, quia proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum.* † In diſperſione

s Pręparata eſt enim ab he. Tophet. *i. gehennæ pœna, ſecundum expoſitores Hebręos & Latinos. Tophet. n. vno modo ſignificat* Tophet
*laxationem vel ampliationem: & ideo ſic no-* † côteretur
*minatur gehenna, quia omnis homo, qui non reſtringit fomitem ſuum, ſed magis laxat ei* * omnis
*habenas, cadit in gehennam, vt dicit gloſſa Hebraica. Dicitur autem præparata ab heri. i. à ſecunda die creationis mundi, vt dicût aliqui, quia ab illa die nô fuit nudiuſtertius, ſed tantum heri. Sed hoc non eſt veriſimile, quia ſecunda die facta fuit diſtinctio cœli ſiderei ab aquis inferioribus & ſuperioribus,* D
*vbi non eſt gehenna, ſed circa centrum terræ, vt dicunt ſancti doctores. Item ratio eorum magis concludit contrarium, quia ſi ſecunda dies fuit prima habens heri, ſequitur quod non ipſa fuit prima heri, ſed magis dies præcedens: & ideo melius dicitur, quod* † etiam ipſi regi
*heri hic accipitur pro principio temporis, in quo Deus cęlum creauit & terram, ita quòd ſicut tunc fecit cœlum empyreum pro electis, ita & infernum pro reprobis.*

t A re. præ. *Ideſt à Deo qui regit vniuerſa, quia ſicut fecit habitationem electis in cœlo empyreo, ſic etiâ reprobis in inferno. In Hebræo habetur, regi præparata: Ideſt dæmoni & angelis eius, qui dicitur rex ſuper omnes filios ſuperbiæ, Iob. 41.*

u Profunda. *quia dicitur eſſe circa centrum terræ.*

x Et dilatata. *quia multi vadunt ad perditionem, ſecundum dictum Saluatoris, Matt. 7.*

y Nutrimenta eius ignis & ligna multa. *per hoc deſignatur acerbitas pœnæ.*

z Flatus domini. *i. effectus ſuæ iuſtitiæ.*

a Sicut torrens. *per hoc etiam oſtenditur horror illius pœnæ, & quòd impediri non poſſit, eò quod procedit ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ.*

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Ad perdendas gentes. *ſ. quantum ad reprobos.*

*b* Et frenum er. *quia cognoſcent ſe erraſſe. illa tamen cognitio non erit eis vtilis: ſed magis afflictiua per remorſum conſcientiæ, de quo dicitur infrà vlt. g. Vermis eorum non morietur.*

B c Canticum. *Hic deſcribitur dictus aduentus delectabilis electis, qui tunc lætabuntur non ſolum de ſua glorificatione, ſed etiam de*
† eleuatio… in bellum cô…tione.
*reproborum punitione, applaudendo diuinæ iuſtitiæ: & hoc eſt quod dicitur: Canticum erit vo. ſ. electis.*

*d* Sicut uox. *ſic eſt in Hebræo.*

*e* Sanctificatę ſolennitatis. *ſ. ſolennitatis Paſchalis, in qua filij Iſrael laudauerunt dominum pro ſuo exitu de Aegypto, in quo figuratus fuit exitus electorum de omni pęnalitate, quando ad cœlum transferentur glorioſi in anima & corpore.*

*f* Et lętitia cordis. *Li ſicut, importat hic æqualitatem, quia lætitia electorum tunc excedet omnem lætitiam, quæ poteſt exprimi à nobis: ſed propheta vtitur talibus exemplis hominibus cognitis, quia ſecundum quod dicit Greg. Balbutiendo prout poſſumus, excelſa Dei facta reſonamus.*

g Et auditam. *Hic conſequenter oſtenditur dictus aduentus, vt dæmonis abiectiuus: quia tunc auferetur eius poteſtas inducendi homines ad peccatum. Et quia tunc cum reprobis retrudetur in infernum, ex quorum pœna augebitur pœna dæmonum, ſicut gloria angelorum augmentabitur ex gloria electorum, quos induxerunt ad meritum, ideo dicitur: Et auditam faciet dominus gloriam vocis ſuæ, dicens electis: Venite benedicti, &c.*

*b* Et

*In cap. 30. vbi dicitur in poſtil. Plorans nequaquam plorabis.*

## ADDITIO I.

¶ Licèt patres veteris teſtamenti, deſideraſſent aduentum Chriſti, non tamen leguntur pro dilatione huius aduentus ploraſſe. vnde hoc quod dicitur: Plorans nequaquam plorabis, videtur intelligendum de ſanctis eccleſiæ Chriſti, qui perſecutiones aduerſariorum pro amore Chriſti gaudenter tolerabant, ſicut de Apoſtolis legitur Act. 5. g. Ibant Apoſtoli gaudentes, &c. Et de ſanctis martyribus frequenter legitur, quòd tormenta ſibi illata lætanter ſuſtinebant. Et de iſtis dicit: Plorans nequaquam plorabis. Patres verò antiqui teſtamenti tribulationibus aduenientibus anxiabantur, & quandoque plorabant, vt patet de Iacob, Gen. 37. & de Ezechia infrà 38. Ratio autem huius differentiæ videtur eſſe paſſio Chriſti, quâ ſancti eccleſiæ conſiderant, vt iam experti. Antiqui verò conſiderauerunt, vt futurum, nondum factum. Conſtat autem, quòd ea quæ ſunt in actu, magis mouent quam ea quæ ſunt in potentia.

*In eodem cap. vbi dicitur in poſtil. Et frenum erroris, quia cognoſcent ſe erraſſe.*

## ADDITIO II.

¶ Hoc quod dicitur: Et frenum erroris, qđ erat in maxillis populorum canticum erit vobis, &c. côtinuatur ſub vna ſententia. Ad qđ ſciendum, quòd diabolus ante eius eiectionem, ſeu recluſionem, ſic dominabatur ſuis poſſeſſis, quòd trahebat eos ad libitû ſuum, ſicut aſcenſor trahit equum cum freno. vnde in glo. vbi dicitur: Et frenû erroris: dicit dominationem diaboli, qui ſubditos trahit ad ruinam. Qđ quidem frenum erroris in canticum erit vobis. ſ. eo modo quo dicitur: Cantemus domino, glorioſè enim honorificatus eſt, equû & aſcenſoré proiecit in in mare. Cætera exponâtur prout in poſtilla.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLO. ORD. CAP. XXXI.

E

*VAe qui deſcendunt in Aegyptum.* Egit de gloria bonorum & de pęna reproborum, nunc reuertitur ad reliquias quæ remanſerunt in terra Iuda ducto Sedechia & alijs in Babylonem. Sed prius monuit, ne irent in Aegyptū: modo quia ierūt minatur malum.

b *Non ſunt con.* Non exquiſierunt corde, ſed verbis: Dixerunt.n.ad Ieremiam: Ora pro nobis dominum quid agere debeamus, & noluerūt obedire. Cui ſimile: Deum non inuocauerunt. Quod de malis ſacerdotibus dictum eſt. (Ier.42.d; Pſal.13.b)

c *Ipſe au. ſa.* vnde Iere. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit car.&c. Et alibi: Vana ſalus hominis. Poſſumus hoc intelligere ſuper eos qui in perſecutionis tempore non confidunt in domino, ſed in ſeculi auxilio, neſcientes Abraham in Aegypto periclitatum, & in luto & latere ſeruiſſe ibi Dei populum, quæ ſpiritualiter dicitur fornax ferrea. Vnde in Apoc. locus vbi crucifixus eſt dominus, ſpecialiter vocatur Sodoma & Aegyptus. (Ier.17.a; Pſal.59.c; Gen.12.b; † exquiſierunt; Apoc.11.b)

d *Quia hæc dicit.* Hoc de illis qui cū Sedechia in captiuitatē ducti poſt lxx.annos, domino miſerante reuerſi ſunt, cęſis in Aegypto Iſraelitis & Ægyptijs, in quorum auxilio cōfidebant.

e *Sic pro.do.* Ita fecit dominus contra Samaritanos, qui impedire conati ſunt ædificationem templi. Et in tempore Machabæorum in paucis multos fudit. (Eſdra.4.d; 1.Mac.3.b)

f *Conuertimi.* In prophetia nec temporis nec hiſtoriæ ordinem ſeruat; locutus eſt de illis qui ſub Ieſu Sacerdote magno reuerſi ſunt de captiuitate, modo reuertitur ad tempora Ezechiæ. Admonet autē propheta tribum Iuda & Beniamin, vt antequam Sennacherib reuertens de Aegypto cum Aſſyrijs veniret in Ieruſalem, ſicut in profundo malorum receſſerant, ſic toto affectu mentis redirent. F (†clamauerit contra eum.)

a *Ignis*

## CAP. XXXI.

¶Timore Chaldæorum præcepta domini contemnentes. ¶Sperantes in idololatris, qui cultum Dei habere ſe iactant.

VÆ qui deſcēdunt in Ægyptū

a ¶Quærendum. b ¶Non in domino: Fallax equus ad ſalutem.

ad auxiliū, in equis ſperātes, & haben-

¶Aegyptiorum. Equum & aſcenſorem proiecit in mare.

tes fiduciā ſuper quadrigis, quia multæ ſunt, & ſuper equitibus, quia prævalidi nimis, & non † ſunt confiſi

a ¶Qui manentibus in terra ſua, per Ieremiam promittebat auxilium.

ſuper ſanctum Iſrael, & dominum non † requiſierunt. Ipſe autem ſa-

a ¶Omnipotens. b ¶Nabuchodonoſor, vel abſolute malum, id eſt rem, non perſonam. c ¶Quæ loquutus eſt per Ieremiam & Iſaiam.

piens adduxit malum, & verba ſua

a ¶Faciendo irrita.

non abſtulit. Et conſurget contra do-

a ¶Tribum Iuda. b ¶Incredulorum.

mum peſſimorum, & contra auxi-

a ¶Aegyptiorum.

lium operantium iniquitatē. Ægy-

a ¶Aegyptius. b ¶Fragilis. c ¶Inuincibilis. d ¶In quibus confiſi.

ptus homo & non Deus, & equi eo-

a ¶Cito deficiens.

rum caro & non ſpiritus. Et domi-

a ¶Laxabit habenas.

nus inclinabit manum ſuam, & cor-

a ¶Aegyptius. b ¶Iudæus.

ruet auxiliator, & cadet cui † præſta-

¶A Nabuchodonoſor.

tur auxilium, ſimulq; omnes conſumentur. Quia hæc dicit dominus ad me: Quomodo ſi rugiat leo, &

¶De tribu Iuda.

catulus leonis ſuper prædam ſuam, cum † occurrerit ei multitudo paſto-

¶Confiſus viribus.

rum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non † paue-

¶Miſerando.

bit, ſic deſcēdet dominus exercituum

a ¶Tanquam defenſor. b ¶Non contra.

vt prælietur ſuper montem Sion,

a ¶Sicut gallina congregat pullos. ¶Sicut aquila prouocat pullo ſuos ad volandum. ¶Super pullos.

& ſuper collum eius. Sicut aues vo-

¶Vt princeps ſtrenuus & prouidus.

lantes, ſic proteget dominus exercituum Ieruſalem, protegens & libe-

a ¶Pœnitentes, pugnante domino pro vobis.

rans, tranſiens & ſaluans. Conuer-

a ¶Qui in profundo conſilio & peccato receſſiſtis à domino.

timini † ſicut in profundum receſ-

a ¶Conuertimini: Si enim conuerſi fueritis. In die illa &c.

ſeratis filij Iſrael. In die enim il-

a ¶Monente Ezechia cum liberaſſet eum dominus de manu Aſſyriorum. ¶Vel ſecundum quoſdam poſt reditum à Babylonica captiuitate vſq; ad aduentum domini nunquam filij Iſrael idola coluerunt. b ¶Pro quibus capta eſt ciuitas veſtra.

la abijciet vir idola argenti ſui, & idola auri ſui, quæ fecerunt vo-

¶Sub patre Ezechia.

bis manus veſtræ in peccatum.

e Ipſe autem ſapiens. *i.ipſe Deus cuius ſapientia non eſt numerus.* G
f Adduxit malum. *ſ.pœna ſuper regnum Iſrael.*
g Et verba ſua. *quæ per prophetas dixit de deſtructione regni Iſrael.*
h Non abſtulit. *ſ.ab effectu, ſed ea impleuit.*
i Et conſurget contra domum peſſimorum. *i.regnum Iſrael, qui vitulos aureos adorabant.*
K Et contra auxilium. *id eſt contra regem Aegypti, regi Iſrael auxilium promittenti.*
l Aegyptus homo. *Et ſic eſt ſub Deo ad puniendum illum pro libito ſuæ voluntatis.*
m Et non Deus. *vt poſſet ſaluare regem Iſrael contra ordinem Dei.*
n Et equi eorum caro, & non ſpiritus. *i. ſpirituales ſubſtantiæ: cuiuſmodi ſunt angeli, qui ſunt exercitus Dei.*
o Et dominus inclinabit manum ſuam. *ad accipiendum de vtroque rege vindictā. ideo ſubditur: Et corruerunt, &c.* († reſpexerunt)
p Simulq; omnes conſumentur. *Li ſimul, non importat identitatem temporis, quia duo reges prędicti tunc. ſ. eodem tempore non fuerunt debellati, vt patet ex prędictis: ſed deſignat ſimilitudinem pœnæ vtriuſque regis.*
q Quia hæc dicit. *Hic conſequenter ponitur ſaluatio regni Iudæ pro tunc ex cauſa oppoſita. ſ. ex vera confidentia in domino. Ezechias.n. qui tempore Hoſee regnauit, vt habetur 4.Reg.18. totam confidentiam ſuam poſuit in domino: & ad hoc induxit etiam populum ſuum, propter quod dominus modo mirabili liberauit eum de manibus Sennacherib regis Aſſyriorum, 4.Reg.19. Et hæc ſaluatio deſcribitur hic diffuſè, & primò prophetice, ſecundò hiſtoricè, cap.36. Prima in duas, quia ponitur modus dictæ ſaluationis in generali, ſecundò magis in ſpeciali, cap.ſeq. Prima in duas, quia primò ponitur regni Iudæ ſaluatio, ſecundò Sennacherib deiectio, ibi: Et cadet. Circa primum ponitur exemplū de leone, qui non dimittit prædam timore paſtorum ſibi occurrentium: ſic dominus conſtanter & ſine impedimento protexit & ſaluauit Ieruſalem contra Sennacherib & eius exercitum. Et ſicut aues volantes non habent timere arcum ſagittatoris, ſic nec habitantes in Ieruſalem impetum Sennacherib regis, & ſic patet litera vſque ibi:* (Diuiſio. † eſt auxilio) H
r Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael. *Hoc dicitur, quia populus Iſrael dum trāſferebatur in Aſſyrios per Salmanaſar regem: aliqui de illo regno euaſerunt, latitantes vbi poterant: ſed poſtea venerunt ad Ezechiam regem, & reiecta idololatria, conuerſi fuerāt ad verum Dei cultum, ideo ſubditur:* († humiliabiatur.)
s In die enim illa abijciet &c. *i. deſpiciet præ amore cultus diuini.*

a Et

## NIC. DE LY. CAP. XXXI.

VAe qui deſcen. *Poſtquam locutus eſt Iſaias contra regnum Iudæ, eò quod ex diffidentia diuini auxilij recurrerunt ad humanum tempore regis Sedechiæ: hic ex ſimili cauſa loquitur contra regnū Iſrael tēpore Hoſee, qui vt euaderet reddere tributū regi, qđ regi Aſſyriorū dare conſueuerat, miſit nuncios ad Suſach regem Aegypti: & ſic ex eius confidentia rebellauit. propter quod Salmanaſar rex Aſſyriorum venit contra eum, & regnum eius deſtruxit, vt habetur 4.Reg.17. Secundum hoc igitur iſtud capitulum diuiditur in duas partes, quia primò ponitur deſtructio regni Iſrael ex dicta cauſa. Secūdò ſaluatio regni Iudæ pro tūc ratione oppoſita, ibi: Quia hæc dicit. Circa primum ſciendū, qđ ſicut regnū Iſrael fuit deſtructū ex mala confidentia ſuper Aegyptū, ſic rex Aegypti cum ſuo exercitu fuit deuictus à Nabuchodonoſor rege Babylonis quarto anno Ioachim filij Ioſiæ, vt habetur Iere. 46. & hoc, quia falſam fiduciam dederat regi Iſrael: & vtrunq; iſtorum denuntiat Iſaias hic. & patet litera ex dictis paucis exceptis.* († quantum decedendo immerſi eſtis filij Iſrael. Diuiſio.)

a Væ qui deſcen. in Aegyp. *ſ. de populo Iſrael.*
b Haben. fidu. ſup qua. quia mul. ſunt. *ad portandum arma & omnia exercitui neceſſaria.*
c Et ſuper equit. quia præua. *tunc.n. Aegyptij erant in armis famoſi.*
d Et non ſunt confi. ſu. ſan. Iſrael. *i. ſuper Deū qui ſanctificat Iſrael.*

e Ipſe

### MORALITER.

a *Væ qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis ſperantes.* Hic ad literam arguitur populus Iſrael, eò quòd ex confidentia regis Aegypti rebellauit regi Aſſyriorum, propter quod fuit à rege Salmanaſar captiuatus. Moraliter, per hoc ſignantur illi qui procedūt ad bellum, magis confidentes de apparatu magno in equitibus & cæteris bellicis diſpoſitionibus, quam de Deo, propter quod frequenter ſuperati leguntur, & per experientiam videntur. Per hoc etiam ſignantur illi, qui in bella contra vitia nimis confidunt de virtute propria, propter quòd aliquando dimittuntur cadere in vitia enormia, vt ſic cognoſcant propriam fragilitatem, & humilientur, & in bonum melius reformentur, propter quod ſubditur: Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael.



a *Ignis eſt in Sion.* Sion, eccleſia in qua ignis & caminus qui deuoret peccatores, ſcilicet ligna, fœnum, ſtipulamq; conſumat. A

a ¶Aſſyrius cuius metu fugitis. b ¶Sed Dei qui nocte vna clxxxv. milia ex eis percuſſit.

Et cadet Aſſur in gladio non uiri, & gladius nō hominis vorabit eum, &

a ¶Sennacherib cum paucis.

fugiet † non à facie gladij, & iuuenes

a ¶Vectigales Nabuchodonoſor, & poſtea Medis & Perſis. b ¶Exercitus.

eius vectigales erūt, & † fortitudo eius

a ¶Angeli. b ¶Deficiet.

à terrore tranſibit, & pauebunt † fu-

a ¶Et decem (vt aiunt) qui reuerſi ſunt cum eo. b ¶Supradicta ſcilicet promiſit.

gientes principes eius. Dixit domi-

a ¶Vt aduerſarios conſumat, ſicut flamma ſtipulam vel ligna. ¶Dilectionis in præſenti eccleſia quę ſpeculatur in futura. b ¶Plenitudo ardoris & charitatis in cœleſti patria, vbi pacis veræ viſio plena eſt.

nus cuius ignis eſt in Sion, & † caminus eius in Ieruſalem.

## NIC. DE LYRA.

a Et cadet. *Hic conſequenter ponitur Sennacherib deiectio, quæ facta fuit per hoc quòd angelus domini percuſſit in exercitu eius 185.milia. Quod videns Sennacherib, cum paucis fugit territus. & hoc eſt quod dicitur: Et cadet Aſſur. i. exercitus Aſſyriorum.*
b In gladio non viri. *ſed angeli.*
c Et fugiet. *ſ. rex Sennacherib.*
d Non à facie gladij. *ſ. aduerſariorum ſuorum, ſed ex terrore ſupradicto.* C
e Et iuuenes eius vectigales erunt. *id eſt tributarij, qui antea tributum ab alijs accipiebant.*
f Et fortitudo eius à terro. tranſi. *quia amplius non terrebit populos in circuitu, ſed magis econuerſo: ideo ſubditur vt dictum eſt.* († ab arce ſua prę terrore.)
g Et pauebunt fugientes prin. eius. *ſ. cū rege Sennacherib, vt dictum eſt.* († à vexillo)
h Dixit domin⁹, cuius ignis eſt in Sion. *quia in altari holocauſtorum quod erat in monte Sion, erat ignis perpetuus, qui nutriebatur à Sacerdotibus. Leui.6.*
i Et caminus eius in Ieruſalem. *Hoc dicitur pro altari incenſi, ad quod ingrediebantur omni die ſacerdotes, vt ibi cōburerent thymiama ad conſummandum ſacrificia, vt habetur ad Heb.9.* († clibanus)

## GLO. ORD. CAP. XXXII.

E*Cce in iuſtitia regnabit.* Finita prophetia de his qui in Aegyptum deſcenderant, incipit de aduentu Chriſti & apoſtolorum eius.

b *Et erit vir ſicu.* Q. Sic erit tutus in tribulationibus, ſicut qui ventum & turbinem fugiens tuto ſe abſcōdit loco, & qui fontes puriſſimos inuenit in deſerto, qui ſolis ardorem ſub prominenti deuitat ſaxo.

a *Mulieres*

## CAP. XXXII.

a ¶Non accipiet perſonam. b ¶Chriſtus.

ECce in iuſtitia regnabit rex, &

a ¶Apoſtoli. b ¶Iuſto.

principes in iudicio præerunt.

a ¶Populus fidelis.

Et erit uir ſicut † qui abſcōditur à ven-

a ¶Dæmonum. b ¶Huius mundi. c ¶Irrigatio doctrinæ.

tō, & celat ſe à tempeſtate. Sicut riui

a ¶Eccleſiæ.

aquarum † in ſiti, & vmbra † petrę prominētis in terra deſerta. Non caliga-

a ¶Vnde: Beati oculi qui vident quæ vos videtis. b ¶Apoſtolorum credentium. c ¶Cordis. d ¶Quæ prius ſurdæ erant.

bunt oculi videntium, & aures au-

a ¶Domino prædicante.

dientium diligenter auſcultabunt, &

a ¶Ante. ¶Idiotarum vel Gentilium. ¶Stulta & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. b ¶Domini.

cor ſtultorum intelliget ſcientiam, &

a ¶Quæ Chriſtum ſonare non poterat. b ¶Prius. ¶Quantum ad verba fidei. c ¶Expedite. d ¶Suggerente ſpiritu.

lingua balborum † velociter loque-

a ¶Apertè.

tur & planè. Non vocabitur vltrà is

a ¶Philoſophus. Sapientia huius mundi ſtul. eſt apud Deum. b ¶Sapientiæ.

qui inſipiens eſt † princeps, neq; frau-

a ¶Scribæ & Phariſæi, qui fraudulenter legē Dei interpretātur. b ¶In lege. c ¶Qui ibi trepidauit vbi non erat timor.

dulentus appellabitur maior. Stul-

a ¶Dæmonium habes, & huiuſmodi. b ¶Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.

tus enim fatua loquetur, & cor eius

a ¶Scimus quia verax es &c.

faciet iniquitatē, vt perficiat † ſimulationem, & loquatur ad dn̄m † fraudu-

## NICOL. DE LYRA. CAP. XXXII.

ECce in iuſti.&c. *Hic proſequitur prædictum magis in ſpeciali. Et diuiditur in duas partes, quia primò deſcribitur iuſtitia Ezechiæ, propter quam facta fuit tūc dicta ſaluatio. Secundò, malitia Sennacherib, propter quam facta eſt eius deiectio. cap.ſeq. Prima diuiditur in duas partes, quia primò deſcribitur iuſtitia Ezechiæ, quæ meruit dictam ſaluationem. Secundò, malitia Manaſſes, quæ demeruit regni Iudæ deſtructionem, ibi: Stultus. Circa primū dr:* B
a Ecce in iuſtitia regnabit rex. *ſ. Ezechias qui fuit iuſtus.*
b Et principes in iudicio præerunt. *ab eo informati & inducti.*
c Et erit vir ſicut qui abſconditur. *Secundum hanc literam li vir, refertur ad quemlibet de populo Iudæ, qui fuit protectus ab impetu & tempeſtate Sennacherib meritis Ezechiæ. In Hebræo autem habetur: Et erit vir ſicut abſcōſio à vēto, &c. Et ſic li vir, refertur ad Ezechiam, qui dicitur vir à virtute. Et abſconſio. i. protectio: à vento. i. tempeſtate ad ipſius Sennacherib populum ſiue exercitū, vt dictū eſt.*
e Sicut riui aquarum in ſiti. *ſunt valde amabiles et vtiles, ſic Ezechias populo ſuo.*
f Et vmbra petræ &c. *ex ſiccitatibus & caloribus maximis: Nam talis vmbra eſt valde delectabilis hominibus ibi quieſcentibus, ſic Ezechias populo ſuo.*
g Non cali. ocu. vi. *quia Iſaias illo tempore multas habuit reuelationes & claras, & alij prophetæ qui tunc temporis erant.*
h Et aures audientium diligenter auſcultabunt. *Quia Ezechias & eius populus verba Iſaiæ deuotè receperunt.*
i Et cor ſtultorum. *i. illorum qui fuerant ſtulti tempore præcedenti. ſ. tempore Achaz patris Ezechiæ, qui fuit idololatra peſſimus.*
K Intelliget. *tempore Ezechiæ, qui fuit deuotus & ſtudioſus.*
l Et lingua balborum. *id eſt illorum qui tempore Achaz non audebant Deum laudare manifeſtè, & idololatriam deteſtari.*
m Velociter lo. & planè. *promptè Deum confitendo, & idololatriam manifeſtè deteſtando.*
n Non vocabitur vltrà is qui inſipiens eſt. *ſ. Achaz qui à vera ſapientia decidit per idololatriam.*
o Neque fraudulentus &c. *id eſt Achaz qui fraudulenter reſpondit Iſa. ſup. 7.b. Non petam, & non tentabo dominum. in hoc fraudulenter ſimulans Dei reuerentiam, cum tamen ob hoc recuſaret ſignum à Deo dari, ne ex hoc glorificaretur nomen domini, vt dictum fuit ibidem.*

p Stultus.

p Stultus. *Hic conſequenter ponitur malitia Manaſſes filij Ezechiæ: propter cuius malitiam deſtructa fuit ciuitas per Chaldæos. 4.Reg.25. Et primò deſcribitur eius tranſgreſſio, ſecundò ciuitatis deſtructio, ibi: Mulieres. Circa primum ſciendum, quòd ſicut Iſaias deſcribendo iuſtitiam Ezechiæ ſimul tetigit malitiam Achaz patris ſui, ſic deſcribendo malitiam Manaſſes tangit iuſtitiam Ioſiæ nepotis ſui, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcant. Dicit igitur: Stultus, ſcilicet Manaſſes, qui ad idololatriam declinauit ſuper omnes, quia idololatria non ſolum eſt ſtultitia, ſed magis inſania.* (Diuiſio.)
q Fatua loquetur. *quia verba ſua ſeduxit principes & habitatores Ieruſalem, vt declinarent cum eo ad idololatriam, 2. Paralip. 24.*
r Et cor eius faciet iniquitatem. *quia ex magna libidine talia faciebat.* († ſcopuli grauis)
s Vt perficiat ſimulationem. *oſtendendo ſe quærere bonum commune, vt per cultum omnium idolorum impetraretur à multis alijs auxilium, ſicut de ciuitate Romana dicit Leo Papa, quod magnam arbitrabatur ſe ſuſcepiſſe religionem, cum nullius Gentis reſpueret falſitatem.* D (Romanorū ſtultitia circa deos.)
t Et loquatur ad dominum fraudulenter. *quia cum hoc quòd adorabat idola, adorabat etiam Deum, vt ſic haberet gratiam aliquorum principum, qui à cultu Dei non totaliter receſſerant.*

a Et

### MORALITER.

a *Ecce in iuſtitia regnabit rex.* Hic ad literam agitur de virtute regis Ezechiæ, per quem bonus rex ſignatur, de quo dicitur: Ecce in iuſtitia regna. rex. Quæ ſicut dicit Philoſophus 5. æthicorum, eſt pręclariſſima virtutū, propter qđ decet ſtatum regis pręclarum. († impietatem † errores; Philoſophus.)
b *Et principes in iudicio præerunt,* nam membra regni debent capiti conformari.
c *Et erit vir.* i. quilibet de populo ſubdito.
d *Sicut qui abſconditur &c.* quia quando rex & principes ſunt boni, ſubditi ſunt in magna ſecuritate poſiti.
g *Non caligabunt &c.* i. talis regis conſiliarij non ſunt per auaritiam excæcati.
h *Et aures audientium &c.* i. populus ſubiectus erit ad obediendum paratus.
l *Et lingua balborum velociter loquetur & planè.* i. ſimplices de populo poterunt iuſtitiam ſuam in iudicio proponere ſine aduocatorum conſilio, qui magis ſuis fraudulentijs impediunt quam expediunt notitiam veritatis.
n *Non vocabi. vl. is qui inſipiens eſt princeps.* Tales enim in ſtatu ſuo non ſunt niſi æquiuocè, ſicut princeps lapideus aut depictus, imò peius, quia nulli nocet pictura, & in multis nocet talium malitia. ideo ſubditur:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Mulieres*. Matronas alloquitur captiuandas à Romanis, vt pœniteant. Vel, per mulieres ſynagogas notat, vel vrbes Iudæę. Mulieres opulentæ ſurgite. Poſt vocationem Gentiū, quibus Chriſtus in iuſtitia imperauit, ad mulieres opulentas ſermo dirigitur.

2.Cor.6.a b *Poſt dies & an.* Vnde: Ecce nunc tempus accepta, ecce nunc di.ſa. Et
Iſa.61.a alibi: Annum placabilem domino. Poſt dies. i. poſt prędicationē Chriſti. Qui enim impœnitentes fuerūt, etſi non illico captiuati, tamen illico conturbati, quia noluerunt recipere prædicationem domini.

Luc.23.d c *Super vbe. &c.* Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper voſipſas flete & ſuper filios veſtros.

Allegoricè. d *Su.hu.po.mei.* Greg. Alleg. Humū quippe ſui populi dominus electorum omnium mentes vocat, ſuper quas ſpinas & vepres aſcēdere perhibet, quia nec ipſas quoque eſſe ſine punctionibus vitiorū videt. Domus gaudij ciuitatis exul, eſt mens prauorum, quæ dum ventura ſupplicia conſpicere negligit: in carnis voluptate ſe deſerens, inaniter hilareſcit. Ait ergo: Si & illorum mentem vitia deprimunt, qui ſe pro cœleſtis patrię deſiderio affligunt, quibus culpis ſubtracti ſunt, qui ſine formidine ſe in carnis voluptate derelinquunt.

e *Onagrorum*. Quorumlibet ſylueſtrium animalium & auium, quæ ibi longo tempore habitauerunt.
Anagogicè. Alleg. Pagani beſtialiter inſaniētes, diuerſa portenta ibi coluerunt.

a Donec

a ¶Pane verbi Dei. b ¶Auertendo a prædicatione Chriſti. c ¶Populi.
lenter, & vacuam faciet animam eſu- a
¶Doctrinæ. ¶Doctoris.
rientis, & potū ſitiēti auferet. † Frau- b
a ¶Corda vel auditores: Qualis magiſter, talis diſcipulus.
dulenti vaſa peſſima ſunt. Ipſe enim c
a ¶Argumenta concinnauit, quibus probaret non eſſe Chriſtum. vnde ad Nicodemum: Scrutare ſcripturas, & vide, quia propheta à Galilæa non ſurgit.
cogitationes concinnauit ad perden- d e
¶Simplices.
dos mites in ſermone mēdacij, †cum f
a ¶Chriſtus pauper pro nobis.
loqueretur pauper iudicium. † Prin- g
a ¶Ieſus qui & pauper. b ¶Ego à Deo proceſſi & veni. Ego & pater vnum ſumus & huiuſmodi. ¶Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi.
ceps verò ea quæ digna ſunt princi- h
a ¶Apoſtolos.
pe cogitabit, & ipſe † ſuper duces ſta- i
a ¶Quaſi ſolicitus pro nobis omnibus. b ¶Olim. c ¶A vitiis.
a bit. Mulieres opulentę ſurgite, k
a ¶Poſt ruinam. b ¶Correctionem.
& audite vocem meam, filiæ confi- l
¶In diuitijs.
dentes percipite auribus eloquium m
a ¶Duos annos & dimidium & annum, hoc eſt poſt tres annos & dimidium.
b meum. Poſt dies & annum, & vos n o
a ¶Adimpleta.
conturbabimini confidentes. Con- p
a ¶Captiuitas b ¶Et hæc eſt vltima & perpetua. ¶Aliàs antis.
ſummata eſt enim vindemia, colle-
a ¶Super miſeria veſtra.
ctio vltrà non veniet. Obſtupeſcite q
a ¶Quondam, & ideo miſerabiliores. ¶Pœnitentes.
opulentæ, conturbamini confiden-
a ¶Pectora nuda e. ¶Hoc enim habet alia editio. b Super peccato veſtro.
tes. Exuite vos, & † confundemini, r s
¶Cilicio.
c accingite lumbos veſtros ſuper vbe- t u
a ¶Filios. ¶A qua exules.
ra, plangite ſuper regione deſide- x
a ¶Fluente la & mel. b ¶Domo Iſrael.
d rabili, ſuper vinea fertili. Super y
a ¶Iudæ & Beniamin.
humum populi mei ſpinæ & vepres z
aſcendent, quantò magis ſuper o- a
a ¶Ciuitates aliarum tribuum.
mnes domos gaudij ciuitatis exul-
a ¶Olim. b ¶Domus mea domus orationis vocabitur. ¶Relinquetur domus veſtra deſerta. ¶Templum. ¶A Deo. Surgite, eamus hinc.
tantis. † Domus enim dimiſſa eſt, b
a ¶Domorum. b ¶Ab habitatoribus. c ¶Ex denſitate veprium & ſpinarum.
multitudo vrbis relicta eſt, † tene- c
a ¶Palpabiles.
bræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpe- d
a ¶Abdita & ſecreta loca templi & myſteria. b ¶Scili et. c ¶Manebit captiuitas.
luncas vſque in æternum. Gau- e f
¶Erunt.
e dium onagrorum paſcua gregum,

## NIC. DE LYRA.

F a Et va. faciet animam eſu. *quia ad cultum multorum deorum dicebat requiri magnas expenſas. Et ſub iſto prætextu leuabat à populo magnas pecunias, vnde pauperes grauabantur.*

b Fraudulenti va.peſ.ſunt. *i. miniſtri Manaſſes regis ſunt peſſimi. Apud Hebræos enim inſtrumenta cuiuslibet artis dicuntur vaſa: & quia Manaſſes rex per miniſtros ſuos ſuam malitiam exercebat tanquam per inſtrumenta, ideo dicuntur hic vaſa peſſima.*

c Ipſe enim. *ſ. Manaſſes.*

d Cogi.con. *i. machinationes ſuas malas verbis iuſtitiæ apparentis colorabit.*

e Ad perdendos mites. *i. innoxios, ſecundum quod dicitur 4. Reg. 21. c. Sanguinem multum innoxium effudit Manaſſes in ſermone mendacij. i. per mendacia, ſermonibus iuſtis & apparentibus colorata, ſicut dictum fuit ſup. 1. cap. q. Iſaiam cōdemna-*
† Palatiū *uit ad mortem quaſi zelo legis. Et idē credendum eſt, q. fecit de multis alijs.*

f Cum loquere.pau.iu. *i. diceret veritatem. Eo enim quod Iſaias & alij prophetæ eius malitiam veraciter arguebant, quærebat occaſiones interficiendi eos. Conſequenter tranſit propheta ad deſcribendum iuſtitiam Ioſiæ, qui per duos annos poſt mortem Manaſſes regnauit, dicens:*

g Princeps uerò. *ideſt Ioſias.*

h Ea quę digna ſunt principe cogitabit. *quia à iuuentute ſua cœpit eſſe multum ſolicitus de cultu Dei, & communi bono regni ſui.*

i Et ipſe ſuper duces ſtabit. *quia nobiles Iuda ad cultum Dei induxit, & toto tempore regni ſui in hoc eos ſtabiliuit.*

Diuiſio. K Mulieres opulentę. *Hic conſequenter ſubditur ciuitatis & regni Iudæ deſtructio, & ſecundò reſtitutio, ibi: Et erit. Circa primum dicitur: Mulieres opulentæ. Habitatores enim Ieruſalem tempore Sedechiæ vocat mulieres, eò quòd non habuerunt virtutem ſe defendendi velut effœminati.*

l Filię con. *in fortitudine murorum, & in auxilio Aegyptiorum, vt patet ex ſupradictis cap. 30.*

m Percipite auribus eloquium meum. *Quaſi dicat: Cordibus ve-ſtris deberet eſſe impreſſum. Et quid ſit illud, ſubditur:* G

n Poſt dies et annum. *Per hoc intelligitur aliquod tempus certum & determinatum, vt dicit Rabi Salomon. Sed eſt ſenſus, ſicut dies addentur ad dies præcedentes, & annus ad annum, ſic multiplicabuntur veſtræ iniquitates, quouſque veniat deſtructio per Chaldæos.*

o Et uos contur.confi. *ideſt vos qui modo confiditis vt ſecuri, eritis vltrà modum conturbati.*

p Conſummata eſt enim uin. *quia ducetur populus in captiuitatem, & ſic nō erit qui vltrà colat terram, nec per conſequens qui fructus colligat.*

q Obſtupeſcite. *prę nimio terrore vobis imminente.*

r Exuite uos. *veſtibus glorioſis.*

s Et confundemini. *induentes vos vilibus & aſperis. ideo ſubditur:*

t Accingite lum.ue. *ſ. cilicijs.*

u Super ube.plan. *i. ſignum planctus & doloris oſtendite. Hebræi dicunt hic: Super agros plangite, quia dimittentur inculti & deſerti, & conſonat hoc literę ſequenti, cum dicitur:*

x Super regio.de. *i. Iudæa, quæ frequenter in ſcriptura dicitur fluens melle & lacte pro ſua fertilitate.*

y Super humum po.mei. *ideſt ſuper terram habitantium in locis campeſtribus, vbi ſolent eſſe homines innocentes & ſine malitia.*

z Spinę et ue. aſ. *propter cultorum abſentiam, qui ducentur in captiuitatem.*

a Quanto magis ſuper omnes do. gau. *Ideſt hominum vacantium gaudijs & delitijs, quales de communi curſu ſunt homines habitantes in ciuitatibus magnis. In Hebræo ſic habetur: Super humum populi mei ſpinæ & vepres aſcendent, & etiam ſuper omnes domos, &c. Et ſic eſt ſenſus contrario modo: Quaſi diceret: Nō eſt mirum, ſi ſuper terram Iudæ inducam talem deſtructionem, quia etiam hoc faciā in Ieruſalem meo cultui electam, & in domibus templi vbi ſolent Leuitę canere in domino exultantes.* H

b Domus enim dimiſſa eſt. *ſ. domus regia à Sedechia fugiente relicta. Et loquitur de futuro per modum pręſentis propter certitudinem prophetiæ.*

c Tenebrę et palpatio factę ſunt. *à volentibus introire.*

d Super ſpeluncas. *hoc eſt cellaria & foueas ex ruina ædificiorum.*

e Vſque in ęternum. *In Hebræo habetur, vſque in ſeculum: Ideſt vſque ad tempus à Deo præordinatum de eius rędificatione.*

f Gaudium onagro. *Hic cōſequenter agitur de populi reparatione vſque ad finem huius cap. Et exponunt aliqui doctores no-*

ſtri

## MORALITER.

✱ b *Fraudulenti va.peſſi.* quia ſimplices decipiunt. ideo ſubditur:

e *Ad perdendos mi. &c.* Et quoniā vxores talium de rapinis gaudent, ad eas viros ſuos excitant, ideo ſubditur:

k *Mulieres opulentæ.* de rapina.

l *Audite vocem meam.* Et quæ ſit illa ſubditur:

n *Poſt dies & annum, & vos con.* ideſt tempore à Deo determinato acriter puniemini. Et ſubditur ad hoc argumentum cum dicitur:

y *Super humum populi mei ſpi. & ve. aſcen.* Ideſt ſuper populum Deo ſeruientem tribulationes aliquando veniunt, & multò magis punientur tyranni & eorum familię, qui de bonis alienis lautè viuunt & doloſè.

f *Gaudium onagrorum.* Reſiduum huius capituli ad literam exponitur de ſaluatione facta per aduentum Chriſti: propter quod non indiget alia expoſitione ſpirituali.

ſtris



A a *Donec effundatur.* Spirituſſanctus prædicāte Elia & Enoch deſcendat ſuper nos ſicut in Pentecoſte ſuper apoſtolos. Adiungit autem ſe propheta compatiendo illis.

b *Deſertum.* Solitudo. ſ. Gentium vertetur in diuitias Iſrael, & Iſrael reputabitur in Gentes.

Matt.6.a c *Et cultus iuſtitiæ.* Vt in ſilentio oremus, non in plateis, non clamantes, nō in multiloquio. vnde: Tu autem cum oraueris intra in cubile &c.

Sap.19.f d *In tabernaculis.* Iam in mānſionibus cœli confidenter habitat. vnde: In
Ioan.14.a domo patris mei manſiones multæ ſunt. Vel, in eccleſijs, quæ in domino fiducialiter ſperant.

e *Grando.* Q. Cum populus Chriſtianus in pulchritudine pacis ſederit, tunc ira Dei in ſaltum ſæuiet.

f *Beati qui ſeminatis.* Hiero. in expoſitione Eccleſiaſti. Ille magiſter dignus beatitudine habetur, qui ſuper irriguum pectus ſeminat audientium, tam de Iudæis quam de Gentibus populo congregato.

a ¶Vnde; Mittam vobis ſpiritum veritatis.
a donec effundatur ſuper †nos ſpiritus a
¶Vt ſupra. a ¶Repulſis apoſtolis à Iudæis, & tranſeuntibus ad Gentes.
b de excelſo. †Et erit deſertū in †Char- b c
mel, & Charmel in ſaltum reputabi d
¶Per fidem. ¶Gentibus. a ¶Filius, cui datum eſt omne iudicium.
tur. Et habitabit in ſolitudine iudi- e f
ciū, & iuſtitia ī Charmel ſedebit. †Et g h i
a ¶Quæ exuperat omnem ſenſum. ¶Reconciliatione cum Deo. Chriſtus enim reconciliauit nos Deo. ¶Iuſtificantis.
erit opus iuſtitiæ pāx, & cultus iuſti- k
a ¶Erit. b ¶In ſpe. ¶Securi in æterna pace requieſcunt.
c tiæ †ſilentium, et ſecuritas vſque in l
a ¶In plateis indicando. b ¶Gentes.
ſempiternum. Et ſedēbit populus m
¶Honeſtate. a ¶Eſt ſanctis data pax mentis, & requies, etiam in hac vita.
d meus in pulchritudine pācis, & in ta n
a ¶Myſterijs veteris & noui teſtamenti. b ¶Torrente voluptatis tuæ potabis eos.
bernāculis fiducię, & in requie opu- o p
a ¶Miſeriæ & nunc quotidie, à Romanis in die iudicij. b ¶Populo Iudæorum ſylueſtri mente viuentium.
e lenta. Grāndo autem in deſcenſione q r
¶Omnino. ¶Deſtruetur. ¶Ieruſalem.
ſaltus: & humilitate humiliabitur ci s
¶O Apoſtoli. ¶Verbum Dei.
f uitas. Beati qui ſeminatis ſuper oēs t u
a ¶Corda Gentium emollita ¶Scripturæ. b ¶Vinculis præceptorum. c ¶Iudæi, qui iugum legis diu ſuſtinuerunt. ¶De vtroque populo congregatur eccleſia.
aquas, † innectentes pedem bouis x
a ¶Gentilis qui ſine lege & ratione.
& āſini.

## NIC. DE LYRA.

¶ *ſtri totum iſtud de tempore reædificationis templi & ciuitatis per Zorobabel, Neemiam, & alios ſanctos patres eiuſdem temporis. Sed contra hæc videtur, quia in reditu captiuitatis populus nunquam fuit in tanta proſperitate temporali & ſpirituali, qualis deſcribitur in hac parte, vt videbitur: pp quod Ra. Sa. exponit partem iſtam de tempore magnæ fœlicitatis & proſperitatis, quam expectant Iudæi habere in aduentu Meſſiæ: & ideo de dictis eius quod falſum eſt relinquendo. ſ. quod Chriſtus in mundum ſit venturus, videtur mihi locus iſte exponendus de ſtatu proſpero, quem fecit nobis Chriſtus oriens ex alto. Propheta tamen continuando dicenda dictis, recolit afflictio-*
B *nes populi à tempore ſuo futuras, vſque ad aduentum Chriſti, dicens: Gaudium onagrorum paſcua gregum. Greges hic dicuntur Iudæi, qui quamuis quantum ad multos eſſent idololatriæ, & peccatis alijs multiplicati, tamen multi de illis erant boni & cultores Dei. Onagri autem dicūtur hic reges infideles, qui eos ſeruituti ſubiecerunt & afflixerunt. ſ. primò Babylonij, poſtea Perſæ & Medi, tertiò Græci, & quarto Romani: ita q. à tempore captiuitatis Babylonicæ vſq; ad tempus Chriſti fuerunt ſubiecti alicui iſtorum ſucceſſiuè, & ſi fuit aliquod interuallum, fuit tamen ita modicum reſpectiuè, quòd quaſi nō eſt computandum. Et iſti onagri gaudebant rapere bona Iudæorum, vnde deberent viuere.*

a Donec effundatur &c. *Quod fuit impletum, quando poſt Reſurrectionem & glorificationem Chriſti ſpirituſſanctus effuſus eſt ſuper Apoſtolos aliosq; diſcipulos in ſigno viſibili, Act. 2. qui eſt ſpiritus perfectæ libertatis, ſecundum illud 2. Cor. 3. d. Vbi ſpiritus domini, ibi libertas.*

b Et erit deſer. *i. Gentilitas, quæ fuit inculta & deſerta, non habens legem diuinam & prophetas.*

c In Charmel. *Ideſt abundans in bonis ſpiritualibus, ſicut Iudęa quantum ad bonos. vnde accipitur hic Charmel pro Charmelo, qui eſt in regno Iudæ: & erat locus fertilis.* C

d Et Charmel in ſal. &c. *i. Iudæa meliorabitur quantum ad ſuſcipientes Chriſti fidem, quia apoſtoli & alij lxx. diſcipuli, qui ferè omnes fuerant Iudæi, fuerunt magnæ arbores in eccleſia Dei, quæ dicitur eius ſaltus: per eos. n. publicata eſt fides per orbem: ideo ſubditur:* † voc

e Et habi. in ſoli. *i. in Gētilitate quæ prius erat inculta, vt dictum eſt.* † Agrum cultum.

f Iudicium. *ideſt executio iuſtitiæ, quę eſt per fidem.*

g Et inſtitia. *ſ. Euangelica.*

h In Charmel ſe. *i. in credentibus ex Iudæa, ex quibus & Gentibus facta eſt vna Eccleſia.* † ſ. q. 4. c. in loco.

i Et erit opus iuſti.pax. *quam Chriſto nato angeli clamauerunt, Luc. 2. b. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus, &c.*

K Et cultus iuſti.ſilen. *in proſperis cauēdo à verbis iactatorijs, & in aduerſis à murmuratorijs.*

l Et ſecu. vſq; in ſem. *Quia in primitiua Eccleſia ita erant firmati virtute ſpirituſſancti, quod tormenta non timebant, ſed magis in eis gaudebant, Act. 5. Et quia ex hac vita tranſibant ad ſecuritatem & gaudium cæleſte, amoto impedimento per Chriſtum, ideo ſubditur:*

m Et ſede. po. meus in pul. pacis. *quia pax cœleſtis ex nulla parte impedietur ſeu obſcurabitur.*

n Et in taber. *i. in manſionibus diuerſis ſecundum varietatem meritorum. de quibus dicitur Iohan. 14. In domo patris mei manſiones multæ ſunt.*

o Fiduciæ. *quia omnes ſunt ibi certi de ſuæ beatitudinis æternitate.*

p Et in requie opu. *quia ibi totaliter quietabitur appetitus, ſecundum illud Pſ. 16. d. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et quia poſt glorificationem Chriſti deſtructa fuit Ieruſalem in vindictam mortis Chriſti. ideo ſubditur:* D

q Grando autem. *i. multitudo exercitus Romani.*

r In deſcen.ſal. *i. in deiectione templi & domus regiæ, quæ dicuntur ſaltus, eò quod ligna illius ædificationis apportata fuerunt de ſaltu Libani.*

s Et humilitate humi.ciui. *ſ. Ieruſalem quæ fuit deſtructa & proiecta ad terram. Et quia illo tempore fides catholica fuit valde publicata per orbem, ideo ſubditur:*

t Beati qui ſemi. *ſcilicet verbum Euangelicum, Luc. 8. b. Semen eſt verbum Dei.*

u Super om.aq. *i. ſuper omnes populos, Gentiles, & Iudæos, Apoc. 17. b. Aquæ multæ populi multi. Patet autem quòd propheta loquitur hic metaphoricè, quia ſemen materiale non ſeminatur ſuper aquas materiales.*

x Innectentes pe. &c. *i. indifferenter & ſine acceptatione, docentes fortes & debiles, literatos & ſimplices.*

## GLO. ORD. CAP. XXXIII.

Væ qui præ. &c. Cōtra Sennacherib: poſſunt hęc etiam referri ad quemlibet raptorem, & ad ipſum diabolum.

a Domine

## NICOL. DE LYRA. CAP. XXXIII.

VÆ qui præ. *Hic conſequenter deſcribitur in particulari ſaluatio prædicta regni Iudæ quantum ad malitiam Sennacherib, quia in exercitu eius fuerunt Idumæi, qui ſemper fuerunt Iudæis infeſti, ſicut Eſau à quo deſcenderunt fuit infeſtus Iacob à quo deſcenderunt Iudęi, ideo propheta primò inuehitur contra Aſſyrios, ſecundò contra Idumęos, cap. ſequenti. Circa primum ſciendum, quòd præſens capitulum ab expoſitoribus noſtris ſecundum literam refertur totum ad tempus Ezechiæ, in quo deiectus fuit Sennacherib, & populus Iudæ liberatus. Ra. Salo. verò exponit ad literam totum iſtud capitu. reducendo ad tempus Meſſiæ, in quo expectant Iudęi de omnibus Gentibus triumphare, & eis ſimpliciter dominari. Videtur autem mihi, quòd expoſitores noſtri melius dicant. Et ſecundum hoc, pręſens capitulum diuiditur in duas partęs, quia primò ponitur Sennacherib deiectio. ſecundò ſtatus Ieruſalem melioratio, ibi: Reſpice Sion. Prima in duas, quia primò deſcribitur deiectio Sennacherib regis. Secundò Sobnæ ſibi adhærentis, vt dictum fuit ſuprà 22. cap. Secunda ibi: Audite. Circa primum ſciendum, quòd ad deiectionem Sennacherib ſecuta eſt exaltatio populi Iudę, & ideo propheta mixtim loquitur de vtroque. Primò tamen inuehitur contra Sennacherib, dicens:* Diuiſio.

## CAP. XXXIII.

¶Alios.
VÆ qui prædaris, † non- a b
a ¶A domino occiſis clxxxv. milibus.
ne & ipſe prædaberis?

a Væ qui præda. *ſcilicet populum domini.*

b Nonne & ipſe præ. *quaſi diceret, ſic: qa exercitu eius percuſſo ab angelo. 4. Reg. 19. populus Ezechiæ exiuit ad colligendum ſpolia.* †& tu non prędā paſſus, q. ſpernis, & non ſpreuerūt te.

¶ a Et

## MORALITER.

✱ a *Væ qui prędaris.* Hoc ad literam exponitur de rege Sennacherib, qui ſuperbè Deū blaſphemauit, & populū Iſrael afflixit multipliciter & ſpoliauit. Myſticè verò pōt exponi de Antichriſto, de quo dr̄, 2. Theſſ. 2. b. Qui aduerſatur & extollitur ſuprà oē qd̄ dicitur Deus, aut qd̄ colitur, ita vt in tēplo Dei ſedeat tanquā ſit Deus. Ipſe etiā populum Dei multum affliget & ſpoliabit, tñ finaliter deſtruetur, ſicut dr̄ ibid. Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & deſtruet illuſtratione aduentus ſui. Et hoc faciet Chriſtus ad preces fideliū ab Antichriſto afflictorū, in quorū perſona ſubdit: Miſticè.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Domine miſe. In perſona populi obſeſſi à Sennacherib, vel potius apoſtolorum & omnium fidelium.
b Mane. Qui de exercitu Sennacherib remãſerunt, ſocios mortuos viderunt, & in fugam verſi ſunt.
c Angeli. Michaelis. ſ. qui princeps Iudæorum, vel Gabrielis, qui fortitudo & dux præliorum.
d Bruchus. Ex locuſta bruchus naſcit, & quouſq; alas habeat ſic vocat. Cũ aũt alæ creſcere cœperint, atelabus dicitur cum planè volare cęperit, & eſt locuſta, & dicitur: Nocet enim bruchus plus quam atelabus vel locuſta, quia alis caret, nec moueri põt: & ſic vbi inſederit nihil reliqui. i. reſidui facit. Ideo fiunt foſſæ & obruuntur locuſtæ, ne à vento rapiantur in mare, & ad terrã reiectæ, ex ouis quæ viuæ conceperant, mortuæ etiam bruchos gignant.
e Tuis. O Ezechia: Vel, ſuis ſecundum alios. ſ. liberati populi.
f Eius. ſ. ſalutis: Sine timore. n. neq; ſapientia, neq; ſcientia quidquam prodeſt. vnde: Habebis multa bona ſi timueris Deum. Et: Initium ſapientiæ timor domini.
g Pactum. quod pepigit dominus cum Abraham. ſ. Multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtel. &c. Et alibi: Habitabis in loco iſto ammodo & vſq; in ſempiternum.
h Libanus. templum. vnde: Aperi Libane portas tuas, & deuoret ignis cedros tuas. & in Ezech. Aquila magnarum alarum venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.
i Baſan. Regio Og, quã dedit Moyſes trans Iordanem duabus tribubus & dimidiæ: hæc quoq; vberrima. Carmelus mons terræ promiſſionis fertiliſſimus. Per hæc ergo

† fremitus ſeu multitudinis. Tobi. 4. d. Pſal. 110. b. Gen. 22. c. Zach. 11. a. † habitat. Ezech. 17. a. Deut. 3. c.

Et qui ſpernis, nonne & ipſe ſperneris? Cum cõſummaueris deprædationem, deprædaberis, cũ fatigatus deſieris contemnere, contẽneris. Domine miſerere noſtri, te enim expectauimus, eſto brachium noſtrum in mane: † & ſalus noſtra in tempore tribulationis. A voce † angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua diſperſæ ſunt Gentes. Et congregabuntur ſpolia veſtra, ſicut colligitur bruchus, † velut cùm foſſæ plenę fuerint de eo. Magnificatus eſt dominus, quoniam † habitauit in excelſo, impleuit Sion iudicio & iuſtitia, & erit † fides in temporibus tuis. Diuitiæ † ſalutis ſapientia & ſciẽtia, timor domini ipſe eſt theſaurus eius. Ecce † videntes clamabunt foris, angeli pacis amarè flebunt, diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiẽs per ſemitam: irritum † factum eſt pactum, proiecit ciuitates, nõ reputauit homines. Luxit & elanguit terra, † confuſus eſt Libanus & obſurduit. Et facta eſt † Saron ſicut deſertũ, & cõcuſſa eſt Baſan & Carmelus. Nũc conſurgam

a ¶Qui a non Deo, ſed tibi attributis. a ¶Tædio multarum victoriarum ab Aegypto rediens. a ¶Libera nos de manu Aſſyriorum. a ¶Protectorem non idola. b ¶Defenſio noſtra. a ¶Aliàs: Eorum ſecundum Hieronymum. ſcilicet expugnatio inimicorum. b ¶In proſperitate. a ¶Obſidionis. a ¶Magni conſilij. b ¶Scilicet Aſſyrij vel quilibet perſecutores. c ¶In ſanctis quos liberat. ¶In viſione malorum magnus & altus apparet dominus. a ¶Quilibet perſecutores. b ¶O Aſſyrij. a ¶Iudæis. ¶Victis Gentibus. a ¶Vel veſtra facta. a ¶In hoc miraculo. a ¶Montis Sion, vel cœlorum, vel in cordibus electorum. a ¶Per Ezechiam qui populum Dei iuſtè iudicauit, & ab idololatria reuocauit. b ¶Eccleſiam. a ¶Fidelis populus. b ¶In tempore accepto exaudiui te. c ¶Aliàs ſuis. a ¶Iudæorum. ¶Sunt. b ¶Diuinarum rerum, vt idololatria. c ¶Humanarum rerum ne Aſſyrijs ſe traderent. a ¶Reuertitur ad vltimam captiuitatem. b ¶Apoſtoli. ¶Beati oculi qui vident quæ vos vi. Et in Euangelio: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & ſapientes, & Scribas. a ¶Imminente captiuitate inter Gentes. b ¶Nuncij expulſi à Iudæis. c ¶Reconciliationis inter Deum & homines. a ¶De perditione ſuæ Gentis. b ¶Poſt captiuitatem Romanorum. c ¶Vnde. Viæ Sion lugent, eo quod non ſint qui veniant ad ſolennitatem. a ¶Qui ſolebat venire ad ſolennitatem. b ¶Secundum opinionem hominum. a ¶Domini. b ¶Dominus. c ¶Iudæorum. d ¶Eos. a ¶Sed iumenta, quia beſtiali more viuentes non reputauerunt eum Deum, nec timuerunt. b ¶Terreni. a ¶Templum. b ¶Ne ibi exaudiantur preces à domino ſicut ante. a ¶Prouincia inter Ioppen & Lydam, ibi campi fertiles & latiſſimi. a ¶Regio Og. b ¶Contra Iudæos, vel à morte, vel à patientia. ¶Quia apoſtolos recipere noluerunt.

o Diuinæ ſalutis ſapientia & ſcientia. ideſt in cognitione rerum diuinarum.
p Et ſcientia. In cognitione humanarum.
q Timor domini ipſe eſt theſaurus eius. ſ. Ezechia, qui præpoſuit iſta omnibus bonis temporalibus. Conſequenter reuertitur propheta ad narrandum afflictionem populi per Sennacherib, dicens:
r Ecce videntes clamabunt foris. Litera iſta eſt intricata, quia li foris, reducitur ad videntes. Speculatores enim exiſtentes in alto, videbãt foris longè exercitum Sennacherib: & ſic denunciabant Ezechiæ regi & populo ſuo, vt præſeruarent ſe.
s Angeli pacis. i. nuncij Ezechiæ quos miſit ad loquendum cum Rabſace de pace, vt habetur inf. 36.
t Amarè fleb. quia propter blaſphemias cõtra Deum dictas à Rabſace, ſciſſis veſtibus flentes ad Ezechiam redierunt.
u Diſſipatæ ſunt viæ. ab exercitu Sennacherib.
x Ceſſauit tranſiens. ſ. de populo Iudæ: quia nullus audebat timore Aſſyriorum per terram ire.
y Irritum factum eſt pactum. Primò enim Sennacherib fecit pactum Ezechia, ſed fregit illud, vt dictum fuit quarto Regum 18.
z Proiecit ciuitates. quæ erant in regno Iudæ circa Ieruſalem.
a Non reputauit homines. ſ. q̃ poſſent ſibi in aliquo reſiſtere.
b Luxit & elanguit terra. ſ. Iuda.
c Confuſus eſt Libanus & obſurduit. In Hebræo habetur: Et præciſus fuit. quia ibi exercitus Sennacherib præcidit multa ligna ad faciendum machinamenta, & ex tali deciſione fuit Libanus deturpatus.
d Et factus eſt Saron ſicut deſertum, & concuſſa eſt Baſan & Carmelus. Iſta enim loca erãt fertilia: ſed per exercitum Sennacherib fuerunt deuaſtata. Sciendum etiam, quòd Carmelus non accipit hic pro monte Carmeli, in quo Elias occidit prophetas Baal, & erat in regno Iſrael: ſed accipitur pro Carmelo vbi manebat Nabal, qui erat mons fertilis, & erat in regno Iuda, & conſequenter ponitur vindicta de maleficijs Sennacherib.
e Nunc conſurgam dicit dominus. ad percutiendum Sennacherib, & exercitum eius, quia nunc eſt tempus.
¶ a Conci-

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et qui ſpernis. ſ. ipſum Deũ, contra quem blaſphemias dixit & ſcripſit, vt habetur 4. Reg. 19.
b Nonne & ipſe ſpe. ſ. à domino & populo tuo, quia percuſſo ſuo exercitu fugit confuſus ad terram ſuam, vbi fuit interfectus à filijs ſuis. Conſequenter propheta conuertit ſermonem ad Deum pro liberatione populi, dicens:
c Dñe miſe. no. & patet litera vſq; ibi:
d A voce angeli. percutientis exercitum Sennacherib.
e Fugerunt po. quia Sennacherib cum illis qui remanſerunt fugit.
f Et ab exaltatione tua. i. ab oſtenſione tuæ virtutis in angelo percutiente.
g Diſperſæ ſunt Gentes. ſ. Sennacherib cum exercitu ſuo: quia aliqui mortui remanſerunt, & alij fugerunt. In Heb. habetur: A voce multitudinis fugerunt populi. & ſecundum hoc iſtud refertur ad exercitum Sennacherib: Quem populi audientes ſuperuenire, non audebãt expectare, quia plurimos deuicerat & expugnauerat. Ab exaltatione tua, ideſt à poteſtatis tuæ oſtenſione ò tu Sennacherib. Diſperſæ ſunt Gentes, per diuerſas vias fugientes.
h Et congregabuntur ſpolia ve. ſi. col. bru. Ideſt faciliter & in magna copia: quia exercitus Sennacherib fuit ſic percuſſus, quòd corpora erant incinerata, ſub veſtibus & armis illæſis, & ideo faciliter & copioſè colligi poterant.
i Magnificatus eſt dominus. in percuſſione Sennacherib mirabili.
K Quoniam habitabit in excelſo. i. in cœlo empyreo, vbi ſpecialiter relucet excellentia ſua gloriæ: licèt ſecundum potentiam, præſentiam, & eſſentiam ſit vbique.
l Impleuit Sion iudicio & iuſtitia. in diebus Ezechiæ qui fuit iuſtus, & principes ſuos ad iuſtitiam induxit, vt habetur in principio præcedentis capituli.
m Et erit fides. ideſt fidelitas.
n In temporibus ſuis. ſ. Ezechię: hoc enim petiuit, vt habetur inf. 39. d. Fiat tantum pax & veritas in diebus meis.
o Diuinæ

† deuaſtatio Libanũ & ſuccidit. † planicies

## MORALITER.

✲ c Domine miſerere noſtri, te enim expectaui. eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in tempore tribulationis. Et quoniam ſecundum communem opinionem per angelum de mandato Chriſti fulminabitur, & magna pars ſui exercitus & alij fugient territi: propter quod eorum ſpolia remanebunt fidelibus poſt mortem Antichriſti remanentibus: ideo ſubditur:
d A voce angeli fugerunt populi. ſ. Antichriſto coniuncti.
r Ecce videntes clamabunt foris. Hic reuertitur propheta ad denunciandum mala quæ faciet Antichriſtus ante mortem ſuam, dicens: Ecce videntes clamabunt foris. Ideſt homines literati clamabunt contra Antichriſtum in oratione ſecretè, qui tunc non audebunt loqui contra eum publicè.
s Angeli pacis amarè flebunt. quia religioſi occultantes ſe gement.
u Diſſipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiens per ſemitam. quia fideles non audebunt per terram tranſire.
y Irritum factum eſt pactum, &c. nam eccleſiam quantum poterit, deſtruet, quæ ſignatur hic per Libanum, Saron, & Carmelum. Et quia de mandato domini fulminabitur, vt dictum eſt, ſequitur:
c Nunc conſurgam dicit do. &c. patet litera, quæ de facili poteſt ad propoſitum applicari.
✲ Contriti



¶ ergo debemus intelligere Iudæos omnem fertilitatem amiſiſſe.
a Quis poterit. Dei magnalia narrat, & Deum ignem vocat, ſecundum illud: Deus noſter ignis con. eſt. Et ipſe: Ignem veni mittere in terram: & quid vo. ni. vt ardeat?
b Sãguinem. LXX. iudiciũ ſanguinis. Omnis iniquitas & oppreſſio, & iniuſtitia iudicum ſanguinis eſt, & ſine gladio voluntate interficit.
c Ter. viuentium. Beati mites quoniam ipſi poſ. ter. vel in cęlo poſiti, terrena deſpiciunt.
¶ a Taber-

Deut. 4. c. Luc. 12. f. Matt. 5. a.

dicit dominus, nunc exaltabor, nunc ſubleuabor. Concipietis † ardorem, & parietis ſtipulam, ſpiritus veſter vt ignis vorabit vos, & erunt populi quaſi de incendio † cinis: ſpinæ † congregatæ igni comburentur. Audite qui longè eſtis quæ fecerim, & cognoſcite vicini fortitudinem meam. † Contriti ſunt in Sion peccatores, poſſedit tremor hypocritas. Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? † Quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiam ex calumnia, & † excutit manus ſuas ab omni munere. Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem: & claudit oculos ſuos, ne videat malum. Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum † ſublimitas eius. Panis ei datus eſt, aquæ eius † fideles ſunt. Regem in decore ſuo uidebunt, & † oculi eius cernent terram de longè. Cor tuum meditabitur timorem. † Vbi eſt † literatus? vbi eſt legis verba ponderans? vbi eſt doctor paruulorum? Populum † imprudentem nõ videbis.

¶In cruce. a ¶In Gentibus ſpretus a Iudæis, vel aſcendens ad cœlos. b ¶O Iudæi. a ¶Inuidiæ contra apoſtolos. a ¶Verba blaſphemiæ inania vt ſtipula, quibus tantum nutriantur inuidia. ¶Sed. ¶Mobitæ. ¶Malus. ¶Poſt captiuitatem. a ¶Pauci relicti in memoriam. a ¶Peccata Iudæorum. ¶Gehennæ. ¶O gentes. a ¶Hinc vel a Deo. a ¶Inimicis meis Iudæis. b ¶In hac viſione & timete. ¶Moabitæ. ¶Doleti. a ¶Qui Deum occiderunt. a ¶Romanorum. b ¶Scribæ & Phariſæi. ¶Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocri. a ¶Deo. b ¶Peccata vel peccatores & nunc & in futuro. a ¶Spiritusſancti qui peccata conſumit fideles incendit. a ¶Hic ſcilicet. b ¶Semper diligendo. ¶De virtute in virtutem. c ¶Pluribus. a ¶Semper non ſemel. a ¶Quæ eſt mater calumniæ, quia ex alterius damno alterius pecuniæ concernantur. b ¶Innocentia. a ¶Oris, manus, officij. ¶Munera excæcant oculos ſapientium. a ¶Peccato conſentiat. b ¶Capitis & cordis. ¶Auerte oculos meos ne vi. va. ¶Felix conſcientia, quæ nec audit nec aſpicit malum. ¶Talus. ¶In cœlis cum domino. a ¶Exempla. b ¶Sanctorum qui ſunt fundati ſupra firmam petram. a ¶Prouectio (alias profectio) ad Deum. b ¶Verbi. c ¶A Deo. a ¶Doctrinæ. b ¶Abſq; hæreſi. a ¶Omnipotentem. ¶Deum ipſum. b ¶In deitate. c ¶O nh eius. ¶Peracto iudicio. a ¶Nunc in ſpe, in futuro in re. vnde: Credo videre bona domini in terra viuentium. a ¶Ideo. ¶Si vis habitare cum Deo. a ¶Principium ſapientiæ timor domini. ¶Sanctitas in timore ... oditur. b ¶Philoſophus. ¶Quia non habitat cum Deo. a ¶Scriba & Phariſæus, legem ſuperflua expoſitione onerans. a ¶Senſu. ¶Inſipientum. b ¶Gregem philoſophorum. a ¶In eccleſia ſanctorum.

nis cibus & potus in ſcriptura. Vnde 4. Regum 6. a. Pone eis panem & aquam. Et ſubditur: appoſita eſt eis magna ciborum præparatio. Summo autem Sacerdoti debebantur primitiæ fructuum, & animalium.
a Regem in decore videbunt. ſcilicet Ezechiam glorioſè regnantem poſt Sennacherib deiectionem, vt habetur 2. Paralip. 32. & in hac gloria viderunt ipſum Eliachim pontifex, & alij miniſtri templi.
b Oculi eius. ſcilicet Eliachim.
c Cernent terram de longe. quia de monte Sion, vbi erat eius habitatio, poterat videri Iudæa pro magna parte.
d Cor tuum. O Eliachim: mutat enim propheta modum loquendi de tertia perſona ad ſecundam: quod fit frequenter in prophetis.
e Meditabitur ti. ſcilicet domini ex caſu prædeceſſoris ſui. & ideo ſubditur,
f Vbi eſt literatus. ideſt vbi eſt modo Sobna prædeceſſor tuus in officio pontificis: propter quod debuit eſſe literatus ad ponderandum.
g Legis verba. ad docendum ignorantes, qui dicuntur hic paruuli, quaſi d. periit in terra aliena, vt habetur ſupra 22. ideo ſubditur,
h Populum imprudentem. ideſt Sobnam & ſibi adhærentes.
i Non videbis. amplius in templo domini.
¶ a Populum

† ſquilias † cõterriti † Aut

## NIC. DE LY.

¶ a Concipietis ar. ex maleficijs enim veſtris ſequitur demeritum.
b Et parietis ſti. ideſt vt efficiamini ſicut ſtipula applicata igni.
c Spiritus ve. ideſt voluntas veſtra mala.
d Vt ignis vora. vos. ideſt meretur, vt igne conſumamini: & ita factum fuit: quia exercitus Sennacherib ſic percuſſus fuit ab angelo, q̃ corpora eorum redacta fuerunt in cineres, ac ſi fuiſſent igne materiali combuſta: ideo ſubditur,
e Et erunt po. exercitus Sennacherib.
f Quaſi de incen. ci. ideſt vt cinis remanet de incendio.
g Spinæ congre. i. bellatores Sennacherib, qui pungebant populum domini.
h Igni combu. non ſolum ex percuſſione angeli, vt dictum eſt, ſed etiam igne inferni.
i Audite. Hic conſequenter deſcribitur deiectio Sobnæ pontificis, qui conſulebat ciuitatem reddi Aſſyrijs: Et quia hoc non fuit factum, partim indignatione, partim timore, cum ſibi adhærentibus ad Aſſyrios tranſiuit occultè, & ei ſucceſſit in pontificatu Eliachim, vt dictũ fuit ſupra 22. & hoc eſt quod dicitur hic: Audi. qui lon. eſtis. Et in hoc notat magnitudinem rei nunciandæ.
K Contri. ſunt in Sion pec. ideſt Sobna & ei adhærentes.
l Poſſedit tre. hy. quia erant in ſtatu miniſtrandi domino, & ſic apparebant boni, & deuoti exterius: ſed ipſi nihil habebant interius dignum Sacerdotio. Et conſequenter conqueritur de iſta dignitate Sacerdotali, cum dicitur,
m Quis poterit habitare de vobis cum igne de. ideſt digne miniſtrare in altari holocauſtorũ, vbi erat ignis perpetuus: Leu. 6. Et eadem ſententia replicatur cum ſubditur,
o Cum ardoribus ſempiternis. ſubditur reſponſio.
p Qui ambu. in iu. quantum ad perfectionem vitæ.
q Et loquitur veri. quantum ad ſanitatem doctrinæ.
r Qui proijcit aua. &c. ita q̃ nullam habet notam auaritiæ, rapiendo aliena per violentiam, nec etiam accipiendo dona contra iuſtitiam.
s Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem. ideſt ſermonem de ſanguine effundendo per mortem innocentis, vel mutilationem.
t Et claudit oculos ſuos ne videat malum. ideſt mulierem alienam ad concupiſcendum.
u Iſte in excelſis habitabit. ideſt talis dignus eſt fungi ſummo Sacerdotio in monte Sion vbi erat templum: & talis fuit Eliachim, qui in hoc officio ſucceſſit Sobnæ.
x Munimenta ſaxorum ſublimitas eius. Salomon enim ædificauit templum in monte Moria de lapidibus magnis & precioſis, 3. Reg. 5. Et ædificia ad templum pertinentia: & ibi erat habitatio ſummi Sacerdotis.
y Panis datus eſt ei, &c. Nomine panis, & aquæ intelligitur omnis

## MORALITER.

✲ k Contriti ſunt in Sion peccatores. Hic deſcribitur ad literã abiectio Sobnæ pontificis, qui Sẽnacherib adhæſit, per quem myſticè ſignatur quilibet prælatus malus, qui in tempore mortis Antichriſto adhæſerit. Sed quia tunc electi firmiter ſtantes merebuntur gloriam cęli, ſequitur,
m Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante. ideſt firmiter ſtare in Antichriſti tribulatione.
n Quis habitabit de vo. in ardoribus ſempiternis. in tentationibus dæmonum ſemper ardentium, quia portant ignem ſuum ſecum, & in Antichriſti tribulatione aſtabunt ſibi in perſecutione fidelium: & reſpondet.
p Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur veri. &c. Iſte ſupple in Antichriſti tribulatione poterit ſtare, ideo ſubditur,
u Iſte in excelſis habita. muni. ſaxorum ſubli. eius. Ideſt firmitas thronorum: nam ſancti ſecundum qualitatem meriti aſſumuntur ad ordines angelorum.
y Panis ei datus eſt. ideſt Chriſtus, qui eſt panis viuus.
z Aquæ eius fideles ſunt. Ideſt dona ſpiritusſancti. Vnde dicit ſaluator Iohan. 7. f. Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de ſpiritu, quem accepturi erant credentes in eum.
a Regem in decore videbunt. viſione clara & beatifica.
b Oculi eius terram cer. de lon. ſcilicet terram viuentium, quia viuentes in corpore mortali celeſtia meditantur. Et per oppoſitum ſubditur ad literam de Sobnæ eiectione, per quem malus prælatus ſignatur: propter quod de eo myſticè dicitur,
f Vbi li. ideſt vbi eſt malus prælatus qui ſcripturam ſcire debuit, & verba legis põderare, & paruulos docere, qui quæſtioni poteſt reſpondere: Abſconditus eſt in inferno inferiori, quia quanto ſtatus altior, tãto caſus grauior, ideo de ipſo & exiſtentibus cum eo ſubditur,
h Popu. impru. &c. ideſt prælatum damnatum cum familijs ſuis non videbis amplius in magnificentijs ſuis.
✲ a Populum

† 1. q. 1. c. ſit adulli 11. q. 3. ca. q recte Deſ mo. c. & ſi quæſtiones
† ſcriba: vel qui ſtitor; vbi numerãs turres

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Tabernaculum quod ne.* Tabernaculum quod habuerunt Iudæi per eremum de loco ad locum translatum eſt. Primum in Silo, deinde in Nobe, de Nobe in Ieruſalem, inde de Ieruſalem ad Moyſi ſepulchrum, vt dicit liber Machabæorum. Eccleſia autem immobilis fundata eſt ſupra firmam petram.

Ioſ. 18. a
2. Mac. 2. b
Pſal. 9. b

b *Dominus.* Iudicabit orbem terræ in iuſtitia.

c *Laxati ſunt funiculi tui: ſed non præ.* Redit ad terrenam Ieruſalem, & loquitur de ea ſub ſpecie nauis. Superiora dicta ſunt de vrbe ſolennitatis noſtræ, quam dominus fluuijs ſuis circundat.

† profundæ linguæ
† bleſum lingua

¶ Ideſt. a ¶ Logicæ. b ¶ Non ſapientiæ. c ¶ Sicut Platonis, Ariſtotelis, Tulij facundiam & ſubtilitatem pauci intelligunt.

populum † alti ſermonis, ita vt non a
a ¶ Populo. b ¶ Quantum ad Deum, ſed tantum verba. c ¶ Perdam ſapientiam ſapientium &c.

poſſis intelligere, † diſertitudinem lin

guæ eius, in quo nulla eſt ſapientia: b
a ¶ Quicunque iuſtus. b ¶ Præſentem eccleſiam, in qua vera eſt ſolennitas

Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis c
a ¶ Cordis. b ¶ Nanque. c ¶ Cœleſtem.

noſtræ. Oculi tui videbunt Ieruſa- d
a ¶ Quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ho. &c. b ¶ Eccleſiam præſentem ſignificatam in tabernaculo Moyſi.

lem † ciuitatem opulentam, taberna e f
a ¶ Sicut tabernaculum Iudæorum tranſlatum eſt. ¶ A fide, a charitate.

culum quod nequaquam transferri
¶ Metaphora. a ¶ Doctores quibus fixa tenetur.

poterit, nec auferentur claui eius in g
a ¶ Præcepta quibus extenſa dilatatur.

ſempiternum, & omnes funiculi eius h

non rumpentur, quia † ſolummodo i
¶ Non in conuenticulis hæreticorum.
a ¶ Videtur. ¶ Ibi.

ibi magnificus dominus Deus noſter.
a ¶ Prophetarum, apoſtolorum. b ¶ Expoſitores.

Locus fluuiorum riui latiſſimi & pa- k
a ¶ Plane exponentes. b ¶ Locum. c ¶ Diaboli dominatio.

tentes, non tranſibit per eum nauis l
a ¶ Nauis tres ordines remorum habens. ideſt diabolus, qui tres partes mūdi Aſiam, Africam, Europam, ſuo ſubiugauerat imperio. b ¶ In ſuperbia.

remigium, neque trieris magna tranſ-
a ¶ Sicut olim. b ¶ Vox congratulantis eccleſiæ.

gredietur eum. Dominus enim iu- m
a ¶ Legis Naturalis, Euangelicæ, Moſaicæ.

dex noſter, dominus legifer noſter, n
a ¶ Reges eos in virga ferrea.
b ¶ A diabolo. ¶ Nihil timendum eſt.

dominus rex noſter. Ipſe ſaluabit o p
a ¶ Dilatata fortitudo populi ad pugnandum contra Romanos.

nos. † Laxati ſunt funiculi tui, ſed q r
a ¶ Templum altiſſimum in quo olim vela precioſa.

non præualebunt. Sic erit malus s
a ¶ Vt non appareant ſigna ruinæ eius, quia non relinquetur lapis ſuper lapidem.

tuus, vt dilatare ſignum non queas.
a ¶ A Romanis.

Tunc diuidentur ſpolia prædarum t u
¶ Diuitiarum multarum. a ¶ Romani in ſe, fortes in domino vires ſubminiſtrante.

multarum, claudi diripient rapinam. x
a ¶ Vicino. ¶ Nemo Romanorum de infirmitate conqueretur. ¶ Romanus.

nec dicet † vicinus, elangui. Populus y z
a ¶ Colenda. b ¶ Comparatione Iudæorum. ¶ Quia ſecurus eſt Dei voluntatem.

qui habitabit in ea, auferetur ab eo a
a ¶ Peccatum illius ſtragis.

iniquitas.

## NIC. DE LY.

† habitationem

a Populum alti. ſermo. *Ideſt profundi, ſicut dicitur Iohan. 4. b. Puteus altus eſt: Et dicitur hic profundus ſermo, qui propter extraneitatem non eſt intelligibilis. Et populum talis ſermonis vocat hic propheta Sennacherib, & Aſſyrios quas intendebat Sobna introducere intra ciuitatem & templum: ſed defecit à propoſito.*

Diuiſio.

b In quo nulla eſt ſa. *ſ. in Sennacherib & populo eius, quia vera ſapientia non poteſt eſſe in infidelibus.*

c Reſpice. *Hic conſequenter deſcribitur ciuitatis melioratio, quia per deiectionem Sennacherib fuit mutata de timore in ſecuritatem, de triſtitia in lætitiam, & de penuria in abundantiam. Primò igitur hæc melioratio deſcribitur. Secundò propheta contra Sennacherib iterum inuehitur, ibi: Laxati ſunt. Circa primum tangitur primò melioratio quantum ad diuinum cultum, cum dicitur: Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis noſtræ. Vocabatur enim illa pars ciuitatis Ieruſalem, vbi erat mons Sion, ciuitas Dauid: in illa erat templum, vbi celebrabantur ſolennitates per annum, ſcilicet Paſcha, Pentecoſtes, & Tabernaculorum, in quibus populus de tota terra debebat conuenire: quod non poterat propter exercitum Sennacherib exiſtentem in Iudæa: ſed ipſo deiecto venerunt vndique gaudenter. Secundò ponitur melioratio, quantum ad abundantiam, cum dicitur,*

F

† extenſi

d Oculi tui videbunt. *quia de ſpolis exercitus Sennacherib omnes de ciuitate fuerunt repleti & ditati. Tertiò, quantum ad ſecuritatem, cum dicitur,*

f Tabernaculum quod nequaquā transferri poterit. *Vocat hic templum Salomonis tabernaculum, quod dicitur immobile, ad differentiam tabernaculi Moyſi, quod transferebatur de loco ad locum, vt patet in libro Numeri. Et ad idem pertinet quod ſubditur,*

† inhabitator

g Nec auferentur claui eius in ſempi. *In tabernaculo enim Moyſi parietes erant de tabulis ſimul coniunctis per incaſtraturas & clauos, qui amouebantur de locis ſuis, quando tabernaculum deponebatur & portabatur ad alium locum. In templo enim Salomonis parietes erant interius de lignis, laminis aureis opertis, & erant ibi claui poſiti, vt inſeparabiliter manerent ibi.*

h Et omnes funiculi eius non rumpen. &c. *ideſt ſtabilitas templi per impetum Sennacherib non diſſoluetur. Et cauſa ſubditur,*

i Quia ſolummodo ibi magnificus dominus Deus &cætera. *quia magnificè deiecit Sennacherib cum exercitu ſine opere humano.*

k Locus fluuiorum riui latiſſimi & patentes. *Hoc refertur ad illud quod fecit Ezechias propter exercitum Sennacherib, quia aquā de ciuitate Ieruſalem egredientem extra, ipſe retinuit ad implendum foſſata & piſcinas magnas ſicut ſtagnum: & reſiduum aquæ quod non poterat ibi capi, fecit ibi decurrere per alium locum, vt ſic exercitus Aſſyriorum nullum inde haberet ſolatium, ideo ſubditur,*

l Non tranſibit per eum nauis remi. *Quia ſic diſpoſuit Ezechias aquas illas, quòd erant ad munimentum ciuitatis, & in nullum auxilium aduerſarijs, quia non deſeruiebant eis ad potum nec ad nauigium, vt ſic cum nauigio poſſent obſidere, vel intrare ciuitatem. Et quia omnia iſta attribuenda erant bonitati diuinæ principaliter, ideo ſubditur,* G

m Domi. iu. no. *i. iudicabit pro nobis contra Sennacherib.*

n Domi. le. noſter. *quia ab eo recepimus legem in monte Sinai, vt habetur Exo. 20. & Deut. 5.*

o Dominus rex noſter. *Reges enim Iuda non erant niſi eius vicarij.*

p Ipſe ſal. nos. *In aliquibus libris interponitur, veniet, ſed nō eſt in Heb. nec in libris correctis.*

q Laxati ſunt. *Hic propheta iterum inuehitur contra Sennacherib, cuius exercitus percuſſus fuit ab angelo antequam obſideret Ieruſalem, vt dictum fuit 4. Regum 18. e. Diſponebat tamen de propinquo obſidere eam, figendo tentoria ibidem, ideo dicitur. Laxa. ſunt fu. tu. ideſt diſpoſiti, vt cum eis figantur tentoria circa Ieruſalem.*

r Sed non præualebunt. *quia non obſedit eam.*

s Sic erit malus. *Malus hic dicitur lignum longum. quod in medio tentorij erigitur ſicut malus in medio nauis. Et quia deſuper ponitur ſignum, vel vexillum illius cuius eſt tentorium, ſicut in ſummitate mali nauis ponitur ſignum aliquod: Ligna autem tentoriorum Sennacherib circa Ieruſalem non fuerunt erecta nec ſigna ſuper poſita, ideo dicitur. Vt dilatare ſig. &c.*

† vexilli ſortis

t Tunc diuidentur ſpolia. *ſcilicet Aſſyriorum: quia habitatores Ieruſalem percuſſo exercitu Sennacherib exierunt ad prædam.*

u Prędatum multarum. *Tum quia magna fuit multitudo percuſſorum. ſ. 185. milia. Tum quia aportauerant ibi ſpolia, quæ in alijs locis Iudææ rapuerant. Tum quia rex Sennacherib, & fugientes cum eo nihil ſecum aſportauerunt, vt velocius fugerent. Et quia ad tale lucrum cucurrerunt homines etiam debiles, ideo ſubditur.* H

x Claudi etiam &c. *i. illud quod Aſſyrij aliunde rapuerant.*

y Nec dicet &c. *ideſt ex longa infirmitate præcedente non detinebitur, quin cum alijs vadat ad prædam prout poterit.*

z Popu. qui ha. in ea. *i. in Ieruſalem.*

a Auferetur ab eo iniqui. *ſ. idololatriæ, quę ibi viguerat ante tempus Ezechiæ, propter quam ciuitas meruerat ſubuerti: ſed propter bonitatem Ezechiæ qui abſtulit idololatriam, & reduxit populum ad Dei cultum, dicta pęna non fuit inflicta.*

## MORALITER.

✻ a *Populum alti. ſermonis.* ideſt ſuperbum in verbis, quales ſunt mali prælati, & adhærentes ſibi.

b *In quo nulla eſt ſapientia.* ſcilicet de ſurſum deſcendens. Sed illa quæ eſt terrena, animalis, et diabolica. Et quoniam oppoſita iuxta ſe poſita magis luceſcunt, ideo propheta conſequenter inducit ad contemplationem gloriæ cęleſtis, dicens,

c *Reſpi. Sion &c.* nam ibi eſt laus iugis.

d *Ciuitatem opulen.* ideſt in omnibus bonis plenam.

f *Taber. quod nequa. tranſ. po.* per quod ſignificatur ſecuritas ſempiterna. Et ſubditur cauſa cum dicitur,

n *Dominus legifer no. &c. Laxati ſunt fu. tui.* hoc ad literam dicitur de Sennacherib, per quem ſicut dictum eſt antichriſtus ſignatur, cuius funiculi ad capiendum omnes fideles extendentur.

r *Sed non præ.* nam electi ſaluabuntur, propter quos breuiabitur eius perſecutio, vt dicitur Matt. 24. ideo ſubditur,

s *Sic erit ma. tuus, vt dila. ſignum nequeas.* Aliquando nanque ſic impeditur virtus nautæ, quod non poteſt velum leuare; et tunc impeditur eius nauigatio, ſic Antichriſti virtus auferetur, & ceſſabit eius perſecutio.

t *Tunc di. &c.* ab Antichriſto raptarum, quæ diuidentur fidelibus poſt antichriſti mortem remanſuris.

In



E *In cap. 33. vbi dicitur in Poſtilla: Audite. Hic conſequenter deſcribitur.*

## ADDITIO.

¶ Ab hoc loco, in quo dicitur: Audite qui lōgè eſtis: incipit cap. ſecundum Hebræos. & continuatur vſque ibi: Auferetur ab eo iniquitas. Quod quidem cap. propriè videtur exponendum de eiectione Phariſæorum reſpuentium doctrinam Chriſti, & de proſperitate adhęrentium Chriſto, & de quibuſdam ad hoc pertinētibus. Dicit enim: Audite qui longè eſtis. ſ. poſt longa tempora. Quæ fecerim. Glo. inimicis meis Iudæis. Et cognoſcite vicini. ſ. contemporanei. Fortitudinem meam, in hac vltione. Contriti ſunt in Sion peccatores. In Hebræo habetur: Timuerunt in Sion peccatores, quia vt in Ioh. 9. dicitur: Timuerūt ne perderent gentem, & regnū, ſi Chriſto adhæſiſſent. Poſſedit tremor hypocritas. ſ. Phariſæos & Scribas, quos frequenter Chriſtus hypocritas nominat, prout in multis locis Euangelij habetur, qui principaliter prædictum timorem habuerunt. Et quia in hoc trepidauerunt timore, vbi non erat timor, quia potius debuiſſent timere offenſam Dei, & pęnas perpetuas, quas propter hoc incurrebant, ideo quaſi in perſona eorū propheta ſubdit dicens: Quis poterit habitare &c. ex vobis cum ardoribus ſempiternis? Q. propheta: Magis eſſent timendi ardores gehēnæ ſempiternæ, quam bona temporalia perdere per Romanos; præſertim cum ille qui non fictè ſicut Phariſæi, ſed rectè in iuſtitijs ambulat, & loquitur veritatem. ſ. abſque hypocriſis fictione, ſecurus ab aduerſitatibus, periculum quo ad ſpiritualia inducentibus, de quo dicit: Iſte in excelſis habitabit munimenta ſaxorum. ſ. exēpla ſanctorum. Sublimitas eius: Ideſt protectio eius apud Deum. Si autem quæratur, in quo reficitur talis antequam habitet in excelſis ſubdit dicens: Panis ei datus eſt, ſcilicet panis viuus qui de cęlo deſcendit. Aquæ eius fideles ſunt. ſ. doctrinæ ſpirituales, iuxta illud Iohan. 7. f. Aquæ viuæ fluent de ventre. Quæ autem ſit iſta præmiatio huius iuſti, de quo loquitur cum dicitur: Habitabit in excelſis, ſubdit dicens: Regem in decore ſuo videbunt oculi tui, ſcilicet regem Chriſtum in deitate, in qua viſione clara tota merces conſiſtit, ſecundum Auguſt. vel peracto iudicio oculi eius videbūt regem Chriſtum indutum decorem humanitatis aſſumptæ. Et quia hoc maximè longe eſt à ſtatu huius vitæ, ideo ſubdit: Oculi eius cernent terram de longe, ſcilicet terram viuentium. Et ſequitur: Cor tuum meditabitur timorem. ſ. admirationis: Quæ quidem admiratio conſurgit ex hoc quod illi qui videbantur prudentes, & ſpeculatiui in præſenti ſtatu, non videntur attingere ad cernendam illam terram de longe, & de hoc dicit. Vbi eſt literatus? ideſt philoſophus ſecundum glo. Vbi eſt verba legis ponderans? ſcilicet Phariſæus & Scriba, qui verba legis potius quam mentem legis ponderabant. vnde Matt. 12. a. & Luc. 13. c. curare hominem in Sabbatho dicebant illicitum eſſe. Vbi eſt doctor paruulorum? ſ. legiſperitus, qui dicitur doctor paruulorum, eo quod dicitur ad Gal. 3. d. Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto. Populum imprudentem, ſcilicet incompoſitum in motibus. Non videbis, ſcilicet in terra longinqua, populum alti ſermonis, ita quod non poſſis intelligere diſertitudinem linguæ eius, quod ſecundum glo. intelligitur de rhetoricis, vt Tullius, cuius facundiam, & ſubtilitatem ſermonis ſecūdum glo. pauci intelligunt. In quo nulla eſt ſapiētia, ſcilicet quantum ad diuina: Quæ omnia ponuntur ad deſignandum, quod doctrina Chriſti non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis ſit, ſed in doctrina & veritate, vt in 1. ad Cor. 2. Conſequenter dicit: Reſpice Sion: In quo propheta loquitur peccatoribus & Phariſæis, qui timuerunt Gentem perdere & regnum propter adhæſionem Chriſti, oſtendens eis hunc timorem eſſe vanum, cum eccleſia Chriſto adhærens habet opulentiam & firmitatem, non obſtantibus aduerſarijs. Et de hoc dicit: Reſpice Sion, ſcilicet O Phariſææ hypocrita. Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis noſtræ, ſcilicet eccleſiam militantem. Oculi tui videbunt Ieruſalem, ſcilicet huiuſmodi eccleſiam. Habitationem opulentam, ſcilicet in qua nihil deficit de neceſſarijs ad ſalutem. Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit &c. Eccleſia enim militans licèt Tabernaculum dicatur, reſpectu triumphantis, non tamen transfertur de loco ad locum, ſicut Tabernaculum Iudæorum factum in deſerto: quia immobilis eſt tanquam fundata ſuper firmam petram. Quod intelligitur de Eccleſia ſpirituali præſenti, quæ in fide Chriſti fundata eſt. Et ideo rationem huius immobilitatis ſubdit dicens: Quia ſolummodo ibi magnificus dominus Deus noſter, ſupple eſt proprium fundamentum. Et quia in hac Eccleſia viget ſana doctrina, plana & patēs, ſine aliquo artificio ſeu induſtria humana, ideo ſubdit: Locus fluuiorum riui latiſſimi & patentes: non intrabit per eum nauis remigum, nec trieris magna tranſgredietur eum, quia non per artificia magna nec parua huiuſmodi doctrina acquirenda eſt. Dominus enim noſter Iudex, dominus legifer noſter &c. q. d. Totum regimen huius Tabernaculi ſeu Eccleſiæ eſt in Deo, à quo ſperamus ſalutem, & ideo hoc Tabernaculum eſt intransferribile, quia non per induſtriam humanam, ſed per prouidentiam diuinam regitur. Conſequenter dicit: Laxati ſunt funiculi tui, ſed non præualebunt &c. q. d. O Phariſæe contrarium prædictorum tibi cōtingit, quia cum magis reſpiceres ad humana ſubſidia quam ad diuina, funiculi tabernaculi tui ſic laxati ſunt, quod iam non poſſunt vlterius præualere. Sic erit malus tuus: Quod intelligitur de templo in quo vela precioſa pendebant, quod deſtructum fuit irreparabiliter per Romanos & ſpoliatum, de quo dicit: Tunc diuidentur ſpolia prædarum multarum: Quæ quidem ſpoliatio deuenit ad tantam facilitatem, quod etiam infirmi vel debiles ea diriperēt. & de hoc dicit. Claudi diripient rapinam. Et quia in hac vaſtatione Ieruſalem, & templi per Romanos, diſcipuli Chriſti non fuerunt læſi, quia inſpiratione diuina receſſerunt ad terram Agrippæ, ideo dicit: Non dicet vicinus, elangui. diſcipulos enim Chriſti vocat vicinos illius Ieruſalem materialis, non autem ciues, quia non erant cum eis vniti. Qui quidem diſcipuli non ſolum fuerunt non læſi in illa perſecutione Ieruſalem, ſed indulgentiam peccatorum ibidem conſequuti ſunt, ideo ſubdit: Populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas. ſcilicet ex merito paſſionis Chriſti ibidem celebratæ. Et attendendum quod prædicta expoſitio non ſolum eſt propria & vera, ſed magis literalis quam illa quæ continetur in poſtil. Nam hoc quod dicitur in principio huius prophetiæ: Poſſedit timor hypocritas, proprius verificatur de Phariſæis, qui hoc nomine ſæpe à Chriſto vocantur, & qui perniciosè timuerunt ne tollerentur ab eis regna per Romanos, quam de Sobna, de quo nō legitur quod timuiſſet, nec quod fuiſſet hypocrita. Similiter magis propriè dicitur Tabernaculum quod nequaquam transferri poterit de Eccleſia quam de templo Salomonis: quod non poſt multa tempora fuit penitus deſtructum: & ſic de alijs, vt patet intuenti.

G F H

## NICOL. DE LY. CAP. XXXIIII.

a Accedite Gen. *Hic propheta comminatur Idumæis, qui fuerunt contrarijs Iudæis, cum tamen debuiſſent eos iuuare, eo quòd à duobus gemellis fratribus deſcenderent, ſcilicet Eſau & Iacob. Primò tamen propheta comminatur omnibus exiſtentibus in circuitu regni Babylonis generaliter. Secundò Idumæis ſpecialiter ibi: Ecce ſuper Idumęam. Circa primum dicit: Acce. Gen. &c. & per hoc inſinuat, quod vult dicere magna, ideo ſubdit.*

b Quia indig. &c. quas. *ſ. rex Babylonis virtute armorum ſibi ſubiecit, quæ fuerūt multæ valde, ſecundum quod diffuſius exprimitur Ier. 25.*

c Et fu. *quia non potuerunt ſibi reſiſtere virtute armorum: & bene ponitur hic indignatio domini, quia Nabuchodonoſor nō fecit illas victorias virtute propria, ſed in quantum erat flagellum Dei, ad puniendū peccata illius temporis.*

d Interfecit eos. *ideſt interficiet, loquendo de futuro per modum prę teriti.*

e Interfecti eorum proijci. *beſtijs & auibus inſepulti.*

g Tabeſcent mon. &c. *per hoc deſignatur multitudo interficiendorum.*

a Et

## CAP. XXXIIII.

¶ De die iudicij generaliter.
a ¶ Gentiles. b ¶ Retributionem iuſtam Iudæis redditam.

a ACcedite Gentes, & audite, &
a ¶ Iudæi.

populi attendite, audiat terra, &
a ¶ Habitantes in ea.
b ¶ Idem, ſed repetitio confirmatio eſt.

plenitudo eius, orbis, & omne germē
a ¶ Vindicta.

b eius, quia indignatio domini ſuper
a ¶ Generaliter in iudicio. b ¶ Specialiter.

c omnes Gentes, & furor ſuper † vni-
a ¶ Dæmonum. b ¶ Dicens: Ite maledicti in ignem æter.

d uerſam militiam eorum. Interfecit
a ¶ Iuſto iudicio. b ¶ Dæmones.

e eos, & dedit eos in occiſionem. Inter-
a ¶ Quos diabolus vel mali homines exemplo interfecerunt. b ¶ In infernum. c ¶ Peccatoribus.

f fecti eorū proijcientur, & de cadaue-
a ¶ Peccatorum. b ¶ Deficient.

g ribus eorum aſcendet fętor. Tabe-

## MORALITER.

✻ a *Accedite Gen.* Hic ad literam deſcribitur perſecutio generalis aliarū gentium per regem Babylonis, quæ confuſio interpretatur, ideo per ipſum diabolus ſignatur, qui eſt rex inferni, vbi nullus eſt ordo, ſed ſumma confuſio. Ipſe verò perſequitur generaliter genus humanum cum potentia, nequitia, & aſtutia, propter quod ſoliciti debemus eſſe de bona reſiſtentia, ideo dicitur: Accedite Gentes. ſ. ad reſiſtendum impugnationi dæmonum.

b *Quia ind.* Dicitur autem dominus Gētibus indignari, in quātum permittit homines à dæmonibus grauiter tentari.

c *Et fu.* Ideſt ſuper magis perfectos, quos Deus aliquando permittit tentari grauius: vt patet in negatione Petri.

e *Interfecti eo.* peccato mortali.

f *Proijcientur.* in foueam inferni.

g *Tabeſcent mon. à ſangui. eorum.* quia & religioſi qui per montes ✻ ſignantur,

g Tabe-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Omnis militia cælorum*. Sol & luna & ſtellæ obſcurari videbuntur, clareſcente vera luce, quę eſt Chriſtus. Spiritus quoque mali amiſſa poteſtate in inferno recludentur.

b *Et complicabuntur ſicut liber*. Non ſcilicet interibunt, ſed poſtquam omnia peccata aperta fuerint & derelicta, complicabuntur libri qui aperti fuerant, vt vltra in eis non ſcribantur delicta. vnde: Iudicium ſedit & aperti ſunt libri. Complicabuntur ſi.li.cæ. Aer iſte igne inuoluetur, & plicari videbitur ſicut liber. Poſtquam enim omnia peccata aperta fuerint & relicta, complicabuntur libri qui fuerant aperti: nihil enim poſtea ſcribetur in eis. Hinc Daniel: Iudicium ſedit, & libri aperti ſunt.

Dan.7.a — Vbi ſupra.

c *In Boſra*. In ciuitate mundi contra Deum munita. Boſra enim † munita vel ex Deo. Mundus enim voluntate domini firmatur. Vnde: Ipſe ſuper maria fun. eum. Et egó confirmaui columnas eius. Boſram & Edom, Hebræorum magiſtri Romã volunt intelligi, & omnia de ipſa dici quę ſequenti continentur capitulo.

† murata — Pſal.23.a — Ibid.74.a

d *Quia dies vltionis do.* Poſt generalem mundi vltionem, ad Ieruſalem reuertitur, cui primum loquebatur, & deſtructionem eius plano ſermone deſcribit, quę facta eſt à Romanis.

* enim

e *Et conuertentur torren. &c.* Hyperbolycè, ſæuiciam Romanorũ, & prouinciæ, & ciuitatis & templi ſignificat incendium.

n In Boſra. *De hac enim ciuitate fuit Iobab rex Edom, Gen.36.*
o Et deſcendent vnicornes. *Ideſt ſuperbi & ceruicoſi.*
p Et tauri cum potentibus. *Ideſt indomiti.*
q Inebriabitur terra eorum ſan. *In hoc notatur magnitudo effuſionis ſanguinis humani, cuius cauſa ſubditur cum dicitur,*

G

a ¶Tyranni. ¶Vel angeli, qui ſingulis Gentibus præſidebant. b ¶Quos occiderunt.
ſcent montes à ſanguine eorum, & a
a ¶Dæmonum aeriorum.
a tabeſcet omnis militia cœlorum,
a ¶Virtutes cælorum mouebuntur. & cadent ſtellæ de cælo. b ¶Aerij.
b & complicabuntur ſicut liber cęli, b
a ¶Dæmonum.
& omnis militia eorum defluet, ſi- c
¶Sub autumno.
cut defluit folium de vinea & de fi-
¶Impletus malitia peccanti. ¶Sanguine interfectorum.
cu: quoniam inebriatus eſt in cœ- d
a ¶Aere in quo dæmones habitant. b ¶Vitio. c ¶Poſt pœnam dæmonum.
lo gladius meus. Ecce ſuper Idu- e
a ¶Terrenam militiam. ¶Idumæus terrenus. b ¶Interficiendum.
mæam deſcendet, & ſuper popu- f
lum interfectionis meæ ad iudi- g
cium. Gladius† domini repletus eſt h
a ¶Peccatis. b ¶Iniquitate ſuperborum.
ſanguine, incraſſatus eſt adipe de i
a ¶Simplicium. ¶Subiectorum. b ¶Principium libidinoſorum.
ſanguine agnorum & hircorum, k
a ¶Potentiorum ducum.
de ſanguine medullatorum arie- l
a ¶Tormenta.
c tú. Victima enim dominus in Boſ- m
a ¶Quis eſt iſte qui venit de Edom tin.ve.de Boſra?
ra, & interfectio magna in terra E- n
a ¶Mundo, ſanguineo vel terreno. Edom namque ſanguineus vel terrenus. b ¶In infernum. c ¶Monarchiam mundi obtinentes ſicut Nero.
dom. Et deſcendent vnicornes
a ¶Principes & alij.
cum eis, & tauri cum potentibus. o
a ¶Infernus b ¶Malitia.
Inebriabitur terra eorum ſangui- p
a ¶Idem. b ¶Superbia.
ne, & humus eorum adipe pin- q
a ¶Veniet. b ¶Sanguinis Chriſti.
d guiũ. Quia dies vltionis domini an r
a ¶Tempus prædicationis Chriſti contempti a Iudæis, quod in Iudicio retribuet eis, & in tempore captiuitatis.
e nus retributionis iudicij Sion. Et s
conuertentur torrentes eius in pi-
cem, & humus eius in ſulphur, & t u
erit terra eius in picem ardentem,
¶Aſſidue.
nocte & die nõ extinguetur in ſem- x
a ¶Signum & memoria illius incendij.
piternum. Aſcendet fumus eius à
generatione in generationem, de-
¶A Iudæis.
ſolabitur in ſecula ſeculorum,
a ¶Decreuerunt Romani, vt nemo Iudæorum reuerteretur ad terram natiuitatis ſuæ. b ¶Iudæus libere ſicut ante.
non erit tranſiens per eam, & y z
¶Iudæam. ¶Solitarius.
poſſidebunt illam † Onocrota-

r Quia dies vltionis. *Sic enim fuerunt puniti Idumæi, eo quòd fuerunt moleſti, & aduerſarij Iudæis, quorum ciuitas Metropolis fuit Ieruſalem, in qua erat mons Sion.*

s Et conuer. *Hic conſequenter propheta comminatur eis terræ deſtructionem cum dicitur, Et conuertentur torren. eius in picem. ideſt in corruptionem, & amaritudinem ex multitudine ſanguinis ibidem decurrentis, & cadauerum ibidem proiectorum.*

t Et humus eius in ſul. *hoc eſt in fętorem ex cadaueribus exhalantem.*

u Et erit terra eius in picem ardentem nocte & die. *quia habitacula illius terræ fuerunt combuſta ab aduerſarijs ita faciliter, ac ſi eſſent linita pice.*

x Non extin. *opere humano: Ignis enim ille non fuit extinctus ab incolis qui erant pro maiori parte interfecti & reſidui fugitiui, vel capti. nec ab aduerſarijs qui ignem accenderant, ſed ſolum ceſſauit per defectum materiæ combuſtibilis. Vel poteſt dici, quod in aliqua parte illius terræ in ſignum diuinæ vindictæ apparuit ignis exiens de venis ſulphureis terræ, qui adhuc perſeuerat, ſicut eſt in Sicilia in monte Aethna, ideo ſubditur: Aſcedet fumus eius.*

y Non erit tranſiens per eam. *quia euacuabitur ab incolis.*

z Et poſſidebit eam Onocrotalus. *auis eſt immunda: Et dicitur ab onos quod eſt aſinus eò quod habeat faciem aliquo modo ſimilem aſino, vt habetur in libro, qui dicitur catholicon. Hebræi tamen dicunt hic Noctua, quæ eſt auis volans de nocte.*

¶ a Et — H

## NICOL. DE LY.

F ¶ a Et tabeſcet omnis militia cœlorum. *quod exponit Rab. Sa. de angelis præfectis ad cuſtodiam dictarum Gentium, quos dicit ſimul puniri & contriſtari cum Gentibus quibus præſunt: quod eſt erroneum: Illi enim ſunt angeli beati: & ideo non poteſt eis aliquid contingere quod ſit contrarium voluntati ipſorum: & ideo in nullo triſtantur, nec grauantur de punitione temporali, ſeu æterna Gentium quas cuſtodiunt: quia talia procedunt ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ, cui per omnia & ſimpliciter aſſentiunt: & ideo aliqui expoſitores hoc exponunt de dæmonibus. Sed non videtur rationabiliter dictum, quia de talibus occiſionibus non triſtantur, ſed magis delectantur, ideo per militiam cœli ſol & luna, & alia aſtra notabilia intelliguntur, quæ frequenter in ſacra ſcriptura militia cæli dicuntur. Huiuſmodi verò aſtra multi Gentiles antiquitus colebant ſicut deos: & ideo metaphorice dicuntur tabeſcere in deſtructione Gentium ea adorantium, eo quod apparet manifeſtè, quod non poterant eas ſaluare.*

b Et complicabuntur quaſi liber cœli. *In libro enim plicato quæq; ſcripta ſunt non poſſunt legi: & eodem modo dicitur hic quòd Gentiles ex conſtellationibus futura prænoſticantes non poterant ibi videre infortunia ſuperuentura per Nabuchodonoſor.*

c Et omnis militia eorum defluet. *ideſt influentia ſtellarum eis non proficiet.*

d Quoniam inebriatus eſt in cęlo gladius meus. *ideſt gladius vindictæ meæ ex ordinatione cęleſti ſeu diuina extentus eſt ad afflictionem Gentium, & effuſionem multi ſanguinis eorum.*

Diuiſio.

e Ecce ſuper Idu. aſcen. *Hic conſequenter propheta inuehitur contra Idumæos ſpecialiter. Et diuiditur in tres partes, quia primò comminatur eis hominum occiſionem. Secundò terræ deſtructionem, ibi: Et conuertentur: & tertiò ponit vtriuſq; dicti confirmationem, ibi: Requirite diligenter. Circa primum dicit in perſona domini: Ecce ſuper Idu. & patet litera vſque ibi,*

i De ſan.ag. *ideſt minorum.*

K Et hir. *ideſt mediocrium.*

l De ſan.me.arie. *ideſt maiorum in potentia & diuitijs.*

m Victi.e.do. *ideſt interfectio peccatorum ex ſententia domini.*

n In

## MORALITER.

* ſignantur, dolent de damnatione hominum.

b *Et complicabuntur ſicut liber cęli*. ideſt viri perfecti, quorum conuerſatio cœlis eſt. Qui dicuntur hic complicari ex timore propriæ fragilitatis & diuinæ ſeueritatis.

c *Ecce ſuper Idu.* Hic ponitur perſecutio ſpecialis Idumææ, quæ ſanguinea interpretatur, & ſic dicitur: Ecce ſuper Idumæam deſcendet. ſcilicet ira Dei inquantum permittit eam peccatis enormibus maculari.

f *Et ſuper populum interfectionis*. ideſt ſuper clerum qui dicitur populus interfectionis.

g *Ad iudicium*. quia iuſto Dei iudicio ſic permittitur ſpiritualiter iugulari, & ſic iuſtius punientur, vnde ſubditur,

h *Gladius domini repletus eſt ſang.* Per ſanguinem ſignantur peccata iracundiæ, inuidiæ, & huiuſmodi. Per adipem verò peccata carnalis concupiſcentiæ, quæ vigent in clericis & in obſtinatis, qui punientur pęna Gehennæ.

o *Et deſcen. vni. cum eis*. Per vnicornes & tauros ſignantur dæmones cum eis puniendi.

q *Inebriabitur &c.* Per terram intelliguntur laici terrenis actibus implicati, qui peccatis inficiuntur clericorum dicentes: Quare nó faceremus, quia clerici & religioſi talia faciunt, qui ſunt doctores noſtri?

s *Et conuertentur torren. eius in picem*. ideſt doctrinæ eccleſiæ in contemptum & vilitatem. Greg. Homil. 37. Cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur.

t *Et humus &c.* i. corpus quod de humo, poſt eius reſurrectionem ardebit igne gehennæ fętido & æterno.

y *Non erit tran.* quia nullus euadere poterit de gehenna.

z *Et poſſidebunt eam Onocrota*, per hæc animalia ſignantur diuerſa dæmonia.

* t



A a *Et He. Greg.* Per Hericium, impuræ mentis ſeſeq; callidè defendentis duplicitas deſignatur. Hericius cum apprehenditur, caput & pedes conſpiciuntur, ſed apprehenſus in ſperã colligitur. Caput cernitur, & pedes, cum quo initio peccator ad culpam venerit, vel quibus veſtigijs culpa perpetrata ſit, cognoſcitur. Sed adductis excuſationibus & initia iniquitatis, & veſtigia abſconduntur, cum is qui corrigit cuncta quæ prius nouerat amittens, tergiuerſatione prauæ defenſionis inuolutum intra conſcientiam peccatorem † comperit. Malitioſæ enim mentis duplicitas ſeſe intra ſe colligens, abſconditur in tenebris defenſionis.

b *Ibis.* Auis aquatica ſerpẽtibus inimica: Has aues dicit Ioſephus à Moyſe delatas in bellum contra Aethiopes: quia ſerpẽtes abũdant in terra illa: per quam aditus erat.

c *Nobi. e.* Apoſtoli n. iam tranſierãt ad Gentes: alij fideles admonitione ſpiritusſancti, imminente captiuitate tranſierũt Iordanem in regnum Agrippæ, qui pacem habebat cum Romanis.

d *Spinæ & vr. Mor. Greg.* Quid per ſpinas, niſi punitiones vitiorum? Quid per vrticas, niſi peccatorum prurigines? In domibus Babylonis ſpinę & vrticæ pullulant: quia in cõfuſione mentis reprobæ & deſideria cogitationum ſurgunt quæ exaſperãt, & peccata operũ quæ pungunt. Paliurus tanta ſpinarũ circundatione denſeſcit, vt pro aſperitate vix tangi poſſit. Intus vrtica & ſpina naſcitur, ſed vtrunq; exterius per Paliurum munitur, quia minores iniqui mala quælibet faciunt, ſi ea nequiſſimi maiores tuentur.

B e *Et erit. Greg.* in Mora. Contra peruerſam mentem ſub Iudææ ſpecie dicitur. Erit cubile draco. Quid per dracones niſi malitia? Quid verò Struthionis nomine, niſi hypocriſis deſignatur? Struthio nanq; ſpeciem volandi habet: quia & hypocriſis cunctis intuẽtibus imaginem de ſe ſanctitatis inſinuat, ſed vitã ſanctitatis ignorat. In peruerſa ergo mẽte draco cubat, & Struthio paſcit, quia & latens malitia callidè tegitur, & intuentiũ oculis ſimulatio bonitatis antefertur. Quid verò onocẽtauri nomine niſi & lubrici vita ſignatur & elati? Græco quippe eloquio ὄνος dicitur aſinus, & appellatione aſini, luxuria deſignatur. Onocentauri ergo ſubiecti ſunt luxuriæ & vitijs. In decceruicẽ erigunt, vnde humiliari debuerunt. Vnde bene ſubiungitur: Et piloſus cla.al. ad al. Qui alii piloſi nomine figurantur niſi hi quos græci πλάνος latini verò incubos vocant? Quorũ nimirũ forma ab humana effigie incipitur, ſed beſtiali extremitate terminatur. Piloſi ergo nomine cuiuslibet aſperitas deſignatur: quæ & ſi quando ab obtẽtu rationis incipitur, ſemper tñ ad irrationabiles motus tẽdit. Quaſi homo in beſtiam deſinit, cum culpam per imaginem rationis inchoans, vſq; ad irrationabilem effectum trahit. Piloſus alter ad alterum clamat, cum perpetrandam malitiam prouocat.

f *Illuc.* Trop. Expulſo populo Iudæorum, ſub beſtiarum & portentorum nominibus idololatras, & ſuperſtitioſos in Ieruſalem habitaturos ſignificat: & hos onocratalos, Hericios † ibim & coruum, dracones & ſtruthiones onocentaurosq; & dęmonia lamiam appellat, quam quidam Hebræorũ furiã ſuſpicantur. Et reuera ſi conſideremus de diuerſis Gẽtibus adductas Ieruſalem colonias, & ſecundum ritũ prouinciarũ ſuarũ ſingulas prouincias familiasq; propriorũ dæmonũ coluiſſe portẽta. Hæc oĩa habitaſſe firmabimus in Ieruſalẽ.

a b lus, & Hericius & † ibis, & coruus ha- a b
a ¶Vbi templum prius, & ſedes regia.
bitabunt in ea. Et extendetur ſuper c
a ¶Pœna ſecundum menſuram culpæ.
eam menſura, vt redigatur ad nihilũ,
a ¶Diuinæ iuſtitiæ, quæ non poteſt immutari. ¶Cementarij regula.
& perpendiculum in deſolationem. d e
a ¶Chriſtum. ¶Cæli.
c Nobiles eius † nõ erunt ibi, regem po f g
a ¶Scribæ, Phariſæi, & Sacerdotes.
tius inuocabunt, & omnes principes h
d eius erunt in nihilum. Et orientur in i k
a ¶Quondam ornatiſſimis. b ¶Pro diuitijs.
domibus eius ſpinæ, & vrticæ, & Pa- l
a ¶In templo, in domo regia. b ¶Ibi.
liurus in munitionibus eius, & erit cu m
a ¶Signa extremæ ſolitudinis.
bile draconum, & † paſcua ſtruthionũ
a ¶Inu cem. b ¶Monſtra dæmonum. c ¶Ex aſino, per quem ſtulti & libidinoſi, & tauro per quem notantur ſuperbi, his dæmones occurrunt, ſuggerendo, adiuuando.
& occurrent † dæmonia onocentau- n
a ¶Secundum aliquos ſimia. ſecundum alios ſylueſtres homines, vel incubones.
e rus, & piloſus clamabit alter ad alte- o
a ¶Cætera habet fœminea pedes equinos.
f rum. Ibi cubauit Lamia, & inuenit ſi- p
bi requiem. Ibi habuit foueam Heri-
a ¶Spinoſus.
cius, & enutriuit catulos, & circunfo-
dit & fouit in vmbra eius. Illuc cõgre
a ¶Auis rapax. b ¶Clamauit.
gati ſunt milui alter ad alterum. Re- q
a ¶O venturi. b ¶Hoc ſcilicet quem a domino didici.
quirite diligenter in libro domini, & r
a ¶Monſtris. b ¶Par parem, quia dominus adduxit vtrunq;.
legite, vnũ ex eis non defuit, † alter al- s t
terum non quæſiuit, quia † quod ex u x
a ¶Audiam quid loquatur dominus Deus b ¶Chriſtus.
ore meo procedit ille mãdauit, & ſpi y z
a ¶Monſtra.
ritus eius ipſe congregauit ea, & ipſe a b
a ¶Quia ibi maneret. ¶Quaſi: Eius decreto omnia complebuntur & ordinem ſuum non relinquent. b ¶Potentia.
miſit eis ſortem, & manus eius diuiſit c
a ¶Poſſeſſionis.
eam illis in menſuram, vſque in æter- d
a ¶Non monſtra, ſed eorum ſignificata.
num poſſidebunt eã, in generatione
a ¶Omnes beſtiales monſtruoſi.
& generationem habitabunt in ea.

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Et Hericius. *animal eſt paruum ſpinoſum.*

b Et ibis. *ideſt Ciconia: Hebræi dicunt monedula: per iſta deſignatur vaſtatio terræ, quia iſta habitant in locis deſertis.*

C

c Et extendetur ſuper eam men. *Ideſt deſtructio erit & vaſtatio ſecundum menſuram peccatorum, ideo ſequitur,*

f Nobiles eius non erunt ibi. *Quia erunt interfecti vel capti, ideo ſubditur,*

g Regem potius in. *Ideſt regem Babylonis cui erunt ſubiecti inuocabunt, vt eorum miſereatur: quia tamen non inuenięt apud eum miſericordiam, ſubditur: Et erunt &c.*

† vlula

K Et ori. in do. e. *ruinoſis & derelictis.*

l Spinæ & vr. *Carduus eſt ſpinoſus, cum quo parantur panni.*

m Et erit cu. dra. *Per omnia iſta intelligitur quod terra ad ſolitudinem redigetur.*

n Et oc. dę. ono. *Secundum expoſitores noſtros dicuntur hic dęmonia dæmones incubi, vel homines ſilueſtres. Onocentauri autem animalia monſtruoſa, in parte ſuperiori ſimilitudinem hominis habentia, in inferiori aſini: ideo dicitur ab onos quod eſt aſinus: Hebræi ſic dicunt: Et occurrent Martine cattis ſilueſtribus. Et dicuntur Martine apud eos animalia ſimilitudinem habentia cum ſimiis, ſunt tamen caudata.*

o Et Piloſus clama. &c. *id vlulabit: Et dicuntur hic piloſi ſecundum Hebræos animalia ferociora, & piloſa, ſicut lupi & huiuſmodi.*

p Ibi cuba. la. *eſt animal monſtruoſum habens in ſuperiori parte ſimilitudinem mulieris & in inferiori pedes equinos. Cætera patent ex dictis.*

q Requirite di. *Hic conſequenter ponitur prædictorum confirmatio, cum dicitur. Requirite dili. in li. do. i. in hoc libro Iſaię, qui ſcripſit ipſum Spirituſancto dictãte, prout dictum fuit in principio huius libri.*

r Et legite. *ſ. futuris temporibus, & inuenietis quod.*

s Vnum ex eis. *quæ prædixi ventura ſupra Edom.*

D

t Non defuit. *quin ſit adimpletum.*

u Alter alte. ſi quæſi. *hoc eſt dictum, hoc non contigit ex caſu nec ex humana induſtria, ſed ex ordinatione diuina, ideo ſub.*

x Quia qu. ex ore meo pro. *prophetãdo.*

y Ille. *ſcilicet Deus.*

z Mandauit. *mihi inſpirando.*

† vnũquodq; cum ſocio ſuo nõ defuit.
† os ipſius mandauit.

a Et ſpiritus eius ipſe con. ea. *ſ. animalia monſtruoſa prædicta.*

b Et ip. mi. eis ſor. *ſ. ad locũ habitandum.*

c Et ma. eius &c. *ideſt ſingulis ſecundum ſuæ naturæ conuenientiam.*

d Vſq; in æter. *In Hebræo habetur: Vſq; in ſeculum. quod propriè ſignificat tempus quinquaginta annorũ. Aliquñ tñ accipitur in ſcriptura pro maiori parte: aliquando pro minori: vnde non accipitur hic pro duratione perpetua: quia Idumæa poſt deſtructionẽ dictã per Nabuchodonoſor fuit poſtea habitata ab hominibus & prædicta animalia inde eiecta.*

## MORALITER.

* c *Et exten. ſuper eam.* ſ. diuinæ iuſtitiæ.

d *In deſolationem.* ſ. finalem & cõſummatam, ſicut per oppoſitum gloria ſanctorum eſt gratia conſummata, ideo ſubditur,

e *Nobi. eius.* ideſt virtuoſi de eccleſia.

f *Non erunt ibi.* ſed in gloria cæleſti.

g *Regem potius inuo.* ideſt Deum continuè laudabunt.

h *Et om. prin. &c.* i. omnes in eccleſia ſuperbè dominantes.

i *In nihilum.* ideſt totaliter deiecti.

K *Et orientur in do. eius ſpi.* per quæ deſignantur diuerſæ pęnæ quę ſunt in gehenna.

m *Et erit cubile dra.* i. dęmonum diuerſorum. Et quoniam hæc ſcripta ſunt in nouo ac veteri teſtamento, ſubditur,

q *Requirite diligenter.* vt per bonam conſiderationem iſtorum poſſitis pęnam euadere tormentorum.

*In cap. 34. Accedite Gentes.*

## ADDITIO.

¶ Iſtud cap. (in quo propheta inuitat omnes Gentes ad audiendũ, & indignationem domini ſuper omnes Gentes comminatur, & cõſequenter reſtringit ſe ad Idumæam tantum, de cuius vaſtatione plura

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E plura & principalia quæ in hoc cap. continentur, denunciantur) ſecundum poſtil. in poſtilla ſua principaliter exponitur de Idumæis ab Eſau deſcendentibus, eo ꝙ fuerunt contrarij Iudæis, cum tamẽ debuiſſent eos iuuare, eo ꝙ à duobus gemellis fratribus deſcenderant, prout in poſtilla largius continetur, quod non videtur rationabiliter dictum. Tum quia per præambulum huius prophetiæ datur intelligi, ꝙ indignatio Dei de qua hic agitur, ſit maxima reſpectu prædictarum quę in prophetijs præcedentibus fuerunt tradita. Dicit enim. Accedite gentes &c. Audiat terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & omne germen eius. Quæ verba, quæ tam maximam attentionem denunciant, & totum orbem terrarum ad audiendum excitant, non leguntur in alijs prophetijs Iſaiæ, in quibus de deſtructione Babyloniorum, Aſſyriorum, & Aegyptiorum, & aliorũ agit. Ex quo videtur, ꝙ in hoc cap. de acerbiori & duriori indignatione Dei tractet. Tum quia fraternitas gemella Eſau & Iacob, quam allegat ad hoc, ꝙ debuiſſent Idumæi adiuuare Iudæos, nunquam fuit cauſatiua amicitiæ, ſed potius cauſauit inter eos magnam inimicitiam tam in ſuis primordijs, vt patet Gen. 25. c. vbi de ipſis gemellis in vtero exiſtentibus dicitur. Collidebãtur in vtero eius paruuli. quàm in proceſſu in ſuis poſteris. vnde Exo. 17. Primus aduerſarius qui exiuit obuiam populo Iſrael ad pugnandum cum eis, cũ exirẽt de Aegypto, fuit Amalech filius Eliphaz primogeniti Eſau. vnde 2. Reg. 8. b. dicitur de Dauid: Poſuit in Idumæa cuſtodes, ſtatuitq; præſidium, & facta eſt vniuerſa Idumæa ſeruiens Dauid. Ex quo patet, ꝙ iſtæ duæ Gentes, Iſrael. ſ. & Idumæa non habebant ſe ad inuicem vt fratres, ſed potius vt aduerſarij, prout fuit prophetatũ de eis, Gen. vbi ſupra. Duo populi ex vẽtro tuo diuidentur, populusq; populũ ſuperabit. Non ergo ex tali fraternitate videt̃ ſequi, ꝙ Idumæi tam acerbiſſimè debuiſſent puniri, eò ꝙ non adiuuiſſent Iſraelem. Vnde aliqui expoſitores noſtri hoc cap. videt̃ exponere principaliter de finali iudicio, in quo omnes reprobi punientur ex omnibus nationibus. Et licèt huic expoſitioni plurima quę in hoc cap. continentur concordẽt, tamen non conſonat ei hoc quod dicitur inf. Regem potius inuocabunt, cum in iudicio nec poſt iudicium non ſit aliud regnum, niſi regnum Chriſti, quem non poſſunt inuocare damnati, in quibus malignitas odij ſemper permanet, vt in 4. ſententiarum. di. 47. Ra. Sa. verò & communiter omnes Hebræorũ expoſitores, hoc cap. exponunt de Romano imperio ſeu regno.

*Eccleſiæ Romanæ deſtructionem eſſe futuram per Meſſiam, ꝙ Iudæorum opinio*

Vnde glo. noſtra, per Boſra & Edom, Hebræorum magiſtri Romá volunt intelligi, & omnia de ipſa dici quæ continentur in ſequenti cap. Hæc gl. Circa quam attendendum, ꝙ per Romam intelligũt eccleſiam Romanam, cuius caput in terris eſt Roma, quam dicunt eſſe deſtruẽdam per Meſſiam ab eis expectatum. Quod quidem regnũ eccleſiæ dicunt eſſe præfiguratum per quartam beſtiam, Dan. F 4. cap. quæ deſtruenda eſt per vnum regnum incorruptibile à Deo ſuſcitandum. prout ibidem habetur. In qua expoſitione duo falſa præſupponunt. Primum. ſ. ꝙ regnum Chriſti ſeu eccleſiæ ſit figuratum per quartam beſtiam in viſione Danielis contentam. Quod eſt manifeſtè falſum, prout plenè fuit expoſitũ in additionibus ſuper Dan. cap. ſupradicto. Secundum præſupponunt, ꝙ populus Chriſtianus eſt Idumæus, & ſic tenent in omnibus ſuis libris tam Thalmudicis quam alijs. vnde in hoc ca. Ra. Canhi. ſic dicit, ꝙ regnum Romanum, & omnes qui tenent legem Nazareni, pro maiori parte ſunt Idumæi, licèt eis fuerunt aliquæ nationes admixtæ. Similiter dicit, ꝙ Cæſar & omnes reges qui fuerunt ante eum in Roma ſunt Idumæi. Ad quod probandum nihil allegat, ſed ſolum ſuam fabuloſam narrationẽ præſupponit tanquam veram, cuius falſitas tamẽ eſt manifeſtiſſima. Chriſtiani enim ſi dicantur deſcendere ſecundum fidem, tunc principaliter deſcendunt à Chriſto, cuius fidem & denominationem tenent, qui de Dauid, & per conſequens de Iacob deſcendit, nõ autem de Eſau. Si autem loquentur de deſcenſu ſecundum carnem: tunc de omnibus nationibus ſunt indifferenter. vnde Petrus apoſtolus, Act. 10. e. In veritate comperi, ꝙ non eſt acceptor perſonarum Deus: ſed in omni gente &c. Paulus etiam ad Ro. 10. c. inquit: Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Dicere ergo, ꝙ per Idumęam ĩtelligatur Chriſtianitas ſeu eccleſia Romana, non ſolum non habet fundamentũ, ſed etiam manifeſtè eſt falſum. Et notandum ꝙ in hoc loco ſicut in aliquibus alijs verificatur de eis illud pſalmiſtæ: Gladius eorum intret in corda ipſorum. Nam ſi bene conſiderentur ſcripturæ, Idumæa in hoc loco, & in alijs ſimilibus, ſignificat ad literam Synagogam Iudæorum, quæ per peccatũ negationis & occiſionis Chriſti facta eſt eccleſiæ Dei inimica: ſicut Idumæa ab Eſau deſcendens, aduerſatrix fuit ipſi Ieruſalem. *Pſal. 36. c*

Ad cuius declarationem oſtendendũ eſt, quomodo Idumæa, qñq; ſub Metaphora literaliter ſignificet prædictam Synagogam Iudæorum. Secundò, qualiter litera huius cap. applicetur Idumææ in hoc ſenſu ſumptæ. Circa primum ſciendum, ꝙ ſecundum Iſido. 7. ety. Eſau primogenita ſua propter eſcam fratri ſuo minori vendidit, ac poſtmodũ paterna benedictione ſibi promiſſa priuatus eſt: ſignat eundem populum Iſraeliticum, qui à Deo vt Exo. narrat liber, primogenitus filius nuncupatus eſt: Qui etiam propter præſentis ſeculi lucra, non ſolum primatus ſui honorem amiſit, verum etiam & regni cęleſtis præmium præparatum adipiſci non meruit, domino exprobrante cum dicit: Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti volũtatem eius. Hæc ille. Ex quo per locum ab oppoſitis per quem, ſicut propoſitum de propoſito, ſic & oppoſitũ de oppoſito verificatur, ꝙ ſicut primogenitura & benedictio Eſau G primogeniti ſecundum carnem tranſiuit in Iacob minorem, ſic primogenitura & benedictio Synagogæ Sathanæ primogeniti ſecundum carnem, tranſiuit in eccleſiam ętate minorem: & ſic in Iſraeliticam dignitatem Gentium tranſiuit plenitudo. intantum ꝙ Gẽtes veram fidem ipſius Iacob recipiẽtes populus Iſraelis dicatur, vnde infra 44. a. de Gentili ad fidem accedenti legitur: Et in nomine Iſraelis aſſimilabitur. Sic eadem ratione deſcendentes à Iacob ſecundum carnem, & ab eius fide recedentes, ſicut eſt Synagoga Iudæorum Chriſtum negantium & crucifigentium, in abiectionem tranſeunt Idumæticam: vnde & nomen Idumææ ſibi vendicauerunt, quæ ab exordio fuit Iſraeli inimica, & ideo Apo. 2. c. de ipſis dicitur: Qui dicunt ſe Iudæos & non ſunt, ſed ſunt Synagoga Sathanæ. Et notandum, ꝙ exordium huius diſtinctionis. ſ. Synagogæ, & eccleſiæ propriè figuratur in exordio horum duorum fratrũ. ſ. Eſau & Iacob Gen. 25. ſi diligenter attendatur: omnia. n. horum fratrũ geſta principaliter fuerunt figuratiua, vt ibidem in additione dictũ fuit. Sicut enim ibidem collidebantur in vtero paruuli, ſic hic in vtero materno. ſ. in gremio ſacræ ſcripturæ, quæ eſt mater vtriuſque, cum ex ipſa ſcriptura ſacra materiam vitæ ſpiritualis ſumit. In quo quidem vtero tam Synagoga quam eccleſia continuè colliduntur, repugnãtes ſibi inuicem in eius intellectu. Sicut etiam primò egreſſus eſt Eſau, ſecundò verò Iacob, ſic & hic Synagoga patrum. ſ. eccleſia antiqui teſtamenti primò egreſſa eſt. Conſequenter verò eccleſia Chriſti. ſ. noui teſta. Sicut etiam ibi Iacob egrediens, plantam fratris tenebat manu, ſic eccleſia in primo ſuo exordio quæ incepit à paſſione Chriſti, quodammodo ritum Synagogæ tenebat in obſeruantiis legalibus. Nam à tempore paſſionis Chriſti vſq; ad diuulgationem Euangelij ſecundum Aug. licèt legalia mortua erãt, non tamen mortifera. Vnde & Paulus circuncidit Timoth. Sicut autem ibi poſt egreſſum totaliter ſunt diuiſi. vnde dicit: Duo populi ex ventre tuo diuidentur: Sic & hic eccleſia & Synagoga omnino ſunt diuiſæ in fide & moribus. Sicut etiam ibidem dicitur, populus populum ſuperabit, & maior minori ſeruiet: ſic Synagoga quæ eſt maior natu, eccleſiæ quæ minor eſt natu ſeruit. Ex quibus patet intentum. ſ. ꝙ ſicut vniuerſalis eccleſia Gentium in vnitate fidei Chriſti adunata, verè & propriè dicitur Iſrael & domus Iacob (de qua angelus ad virginem: Regnabit in domo Iacob in æternũ. Luc. 1. c.) ſic & Synagoga Sathanæ. ſ. Iudæorum, quæ domui Iacob. ſ. veræ eccleſiæ eſt inimica, Idumæa dici debet. Item ad hanc veritalem cõfirmandam facit quoddam valde notabile, quod habetur ex codicibus eorum valde autenticis. Tradunt enim & firmiter credunt, ꝙ doctrina Thamuldica nefanda eorum, fuit data Moyſi à Deo in monte Synai oretenus, Quæ quidem doctrina falſa & Phariſaica redacta fuit in ſcriptis per quendam, qui dicitur apud eos Ra. Iudanaſci, qui totam illam doctrinam accepit à quodam qui dicebatur Ra. Mayr. à cuius autoritate dependet illa doctrina: ſed cõſtat per eos ꝙ Ra. Mayr. ille qui fuit principalis autor, erat Idumęus natione, & recepit fidem & ritum Iudæorum per tempus poſt paſſionem Chriſti: vnde & proſelytus Idumæus apud eos dicitur, quæ omnia habentur in diuerſis locis in Thalmud, & epiloganrur per ordinem in ſumma Rabbi Moy. Aegyptij: quæ apud eos eſt ſolenniſſima, in prologo ſuo, vbi agit de autoritate Thalmudicæ doctrinæ. Ex quo patet ꝙ ſicut eccleſia Chriſti dicitur eccleſia apoſtolica, eo ꝙ doctrinam Euangelicæ legis recepit à Chriſto mediantibus apoſtolis: ſic Synagoga Iudæorum qui doctrinam Thalmudicam habent pro lege, dicenda eſt Idumæica, eo ꝙ recipit doctrinam illam mediante illo Rabbi Mayr. Idumæo: & ſic habetur primum intentum. Circa ſecundum dicitur in litera. Accedite gentes & audite, populi attendite: audiat terra & plenitudo eius. in quo inuitat propheta omnes gentes ad audiendum ſententiam latam contra Idumæam. ſ. Synagogam. Nam ſicut paſſio Chriſti per Synagogam malitioſè procurata, fuit diuulgata per orbem per prædicationem apoſtolorum, & ſic condecens eſt vt pœna Idumææ. ſ. Synagogę, omnibus Gentibus inſinuaretur ad laudem diuinę iuſtitię: & ſequitur: Quia indignatio domini ſuper omnes Gentes. Ad quod ſciendum, ꝙ ſicut cum Iſraele de Aegypto exeunte, multum vulgus promiſcuum exiuit, vt habetur Exo. 12. ſic cum ipſis aſcendentibus de Babylonia multi ſe miſcuerunt, vt patet Eſdrę 5. idcirco tempore paſſionis Chriſti dicuntur fuiſſe in Ieruſalem de cunctis nationibus, vt habetur Act. 2. Et quia de ipſis multi adhęſerũt Synagogę: vnde in lapidatione Stephani, Act. 6. c. Surrexerunt quidam de Synagoga quæ appellabatur libertinorum: ideo dicit: Indignatio domini eſt ſuper omnes gentes, vt intelligatur diſtributio pro generibus ſingulorum, non pro ſingulis generum. Fuit etiam Synagoga poſtmodum per orbem terrarum ignominioſè diſperſa, prout fuit pronoſticatum per Moyſen, Deut. 28. & ſic vindicta de ipſis inflicta publicatur per omnes Gentes. Qualis autem fuerit hæc vindicta declarat dicens. Interfecit eos &c. Quod primum impletum fuit per Romanos, qui capta ciuitate Ieruſalem innumerabiles occiderunt. Conſequenter poſt modicum tempus in ciuitate quæ dicitur Bieher, vbi falſum Meſſiam ſuper ſe poſuerunt, & poſtea à Romanis obſeſſi & capti, multa milia ex eis cum ſuo Meſſia fuerunt occiſi, prout in hyſtoria Ioſephi, & in alijs Thalmudicis hiſtorijs narratur. Et quia talium cadauera propter eorum multitudinẽ inſepulta remanebãt. ideo ſubdit; Interfecti eorũ proijciẽtur, & de

*Idumæi de temporis propriè accipiuntur*

H



E & de cadaueribus eorũ aſcẽdet fętor: Quæ quidem interfectio ſeu occiſio non ceſſat, ſed quodammodo continuè durat, cum per interualla temporũ quandoq; in Gallia, quandoq; in Anglia, aliquando in Hiſpania, & ſic de aliis nationibus multa millia occiduntur à regibus, ſeu à populis. Nam vt hæc vindicta eſſet in memoria hominum, & non traderetur obliuioni, diſpoſuit Deus, ꝙ in proceſſu temporum, & in diuerſis nationibus ſeu regionibus exerceretur, & non ſimul de terra delerentur, prout propheta orauit in pſal. dicẽs: Ne occidas eos. ſ. ſimul, ne fortè obliuiſcantur populi mei, prout fuit ibi expoſitum in additione. Sequitur in litera. Et tabeſcet omnis militia cęlorum. ſ. dæmonum aereorum ſecundum glo. quia deficientibus membris eorum quodammodo videntur tabeſcere, vel annihilari, de quo dicit: Et complicabuntur ſicut liber cœli, quia ſicut in libro complicato nihil apparet legendũ, ſic non apparebũt huiuſmodi aereæ poteſtates, ac ſi eſſent vetuſtate ad conſumptionẽ tendentes, de quo dicit: Et omnis militia eorum defluet &c. & ſequitur: Quoniam inebriatus eſt in cælo gladius meus: quia. ſ. per cęleſtem ſententiam inebriatus eſt ſanguine interfectorum gladius diuinæ vindictæ modo prædicto. Et ſequitur: Et deſcendet. ſ. gladius meus de cęlo ſuper Idumæam. ſ. ſynagogam prædictam. Et ſuper populum interfectionis meæ. ſ. qui me interfecerunt, ad iudicium. ſ. diuinum manifeſtandum. Et quia hæc vltio ſe habebat extendere ad omnes tam maiores quam minores, ideo ſequitur: Gladius domini repletus eſt ſanguine &c. vſq; ibi: Victima enim domini in Boſra. Ad quod ſciendum, quòd Boſra eſt ciuitas regia in terra Idumææ, vt habetur Gen. 36. Et ſicut hic, Idumæa accipitur pro ſynagoga rationibus iam dictis, ſic Boſra pro eodem accipitur, ſub alia tamen ratione. Boſra enim interpretatur vindemiata. Nam Vatir in Hebræo ſignificat vindemiam. Synagoga enim ante aduentum Chriſti dicebatur vinea domini, ſupra 5. cap. Vinea domini domus Iſrael eſt. Quæ quidem vinea licèt ante habuiſſet palmites cũ racemis ſeu fructum, tamen poſt paſſionem Chriſti nihil in ea remanſit boni fructus, ſicut in vinea poſt vindemiam nihil fructus remanet, qua conſideratione propriè dicitur Boſra, ſcilicet vindemiata. Cætera patent ex dictis vſq; ibi: Quia dies vltionis domini. ſ. ſanguinis Chriſti, prout in glo. Annus, id eſt tempus retributionum iudicij Sion, quia non ſolum Idumæa. i. ſynagoga perſecuta eſt Chriſtum caput, ſed etiam membra ſuæ Eccleſiæ, quæ per Sion deſignantur. Vnde Matt. 23. d. Cum reprobaſſet ſynagogam Iudæorum ex perſecutione prophetarum & huiuſmodi, dicens: Ecce ego mitto ad vos prophetas &c. Et ex illis occidetis in ſynagogis veſtris. ſubdit: Vt veniat ſuper generationem iſtam omnis ſanguis innoxius, qui effuſus eſt à ſanguine Abel iuſti &c. Ex quo patet, quod vindicta omnis ſanguinis effuſi iuſtorũ Eccleſiæ ab Abel F incipientis, deſcendere debet ſuper Synagogam, quæ per Idumæã hic intelligitur, & ſequitur: Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in ſulphur &c. Et aſcendet fumus eius in generatione & generationem. Per torrentes enim intelliguntur doctrinæ, quæ à ſacra ſcriptura fluunt per veros doctores, ſicut ſupra cap. 33. de ſimili dicitur: Locus fluuiorum riui latiſſimi. & in ſequenti cap. dicitur. Et torrentes in ſolitudine. Vnde torrentes Synagogæ, qui in antiquis fluebant à ſanctis prophetis & doctoribus in aquas ſaluberrimas, poſtea conuerſi ſunt per doctrinam Phariſaicam & Thalmudicam in picem & ſulphurem, quæ generant fętorem. Ad cuius intellectum notanda ſunt aliqua de multis, & innumerabilibus quæ in eorum doctrinis abſurda & nefanda leguntur. Ad quod ſciendum, ꝙ Synagoga Iudæorum poſt paſſionem Chriſti intantum fuit excæcata, quòd in ſua Thalmudica doctrina (quam falsè Dei legem vocant) multa tradiderunt maximè abſurda de Deo: vnde in libro qui dicitur Baratoch Rabbini eorum planè dicunt, quòd Deus in qualibet vigilia noctis dolens de deſtructione templi ſui, & in captiuitate Iudæorum rugit vt leo, & dicit de ipſo: Væ mihi qui deſtruxi domum meam, & combuſſi templum meum, & captiuaui filios meos inter Gentes ſeculi. Et hanc ſententiam multis & varijs modis replicant. In principio etiam libri Abodozera, quærunt quid facit Deus in duodecim horis diei? Ad quod reſpondent, quòd in tribus horis primis ſedens ſtudet in lege, & in tribus ſecundis iudicat vniuerſum mundum, in tribus tertijs paſcit totum mundum, in tribus quartis ludit cum Leuiathan, iuxta illud Iob: Leuiathan iſtum quem formaſti ad illudendum ei. Dicunt tamen, quòd à die qua templum eſt deſtructum, non fuit ludus nec riſus coram Deo, ſed fletus & planctus, iuxta illud Iſaiæ: Vocabit dominus exercituum in die illo ad fletum, & ad planctum &c. Conſequenter ibidem quærunt: Quid facit in duodecim horis nocturnis? Et reſpondent alia ſimilia in fatuitate: vnde quilibet habens vſum rationis admirari debet de tanta cæcitate, quomodo illi qui gloriantur ſe habere legem Dei, attribuant vero Deo, qui nec in dijs habet ſimilem, paſſionem fletus & planctus & huiuſmodi: quas peſſimi idololatræ ſuis dijs non attribuunt. Et quod deterius eſt, ꝙ Rabbini eorum determinant in libro qui dicitur Hulin, ꝙ Deus peccauit faciendo lunam minorem ſole in quantitate, pro cuius peccato, ſcilicet Dei expiando, dicunt ꝙ offerebatur 3. kalendas: hircus caprarum, de quo habetur Nume. 28. O mira & brutalis inſania, quæ Deo audet attribuere quod etiam beatis minimè competit, prout eſt væ, quod miſeriam ſignificat: quæ aliena eſt à quolibet beato. Similiter & peccare, & expiatione pro peccato indigere, & huiuſmodi, quæ horrenda ſunt & G ſtupenda. Sed ſunt nonnulli modernorum, qui ad has inſanias colorandas, dicunt quòd prædicta & multa ſimilia quæ in Thalmud, de Deo dicuntur ſunt Metaphoricè intelligenda, eo modo quo ſacra ſcriptura Deo attribuit pœnitere, vt Gen. 6. & iraſci, vt Numeri 22. & in alijs quam plurimis locis, quæ & ſimilia intelligenda ſunt ſimilitudinariè, ſcilicet quòd ſe habet in effectibus ſuis de quibus in illis locis agitur, ad modum tales paſſiones habentis. Quæ quidem cauillatio non valet. Tum quia licèt in ſacra ſcriptura prout prophetæ quandoque more humano loquuntur, talia quandoque tradantur, in dictis tamen expoſitorum ſacræ ſcripturæ talia non ſunt admittenda, cum ad expoſitores pertineant, vt ſacram literam exponant, non autem quòd talia tradant in actis ſuis, quæ ſunt errorum inductiua ſicut prædicta. Tum quia pęnitere, vel iraſci, aut moueri, & huiuſmodi, quę in ſacra ſcriptura Deo attribuuntur, important aliqui quod in hominibus eſſet laudabile. Pœnitere enim in homine, qui peccatum commiſit laudabile eſt. Iraſci etiam ſecundum moderationem rationis, vt iuſtitia exerceatur, eſt laudabile. Moueri etiam ad bona proſequenda, & mala fugienda laudabile eſt: & talia Deo attribuenda, vt bonum quod important, homines conentur imitari. Sed miſerum eſſe, vel peccare, nihil boni importat, ad quod imitandum homines prouocari debeãt & ſic talia Deo attribuere ſtultiſſimum eſt. Sunt etiam in prædicta Thalmudica doctrina nefanda quædam fœtida, quæ aures cuiuſcunque modeſti offendunt: quorum multa epilogat magiſter Raymundus in pugione. 3. parte. diſtin. 3. cap. 20. Et quia talia non ſunt digna repetitione, ſeu relatione, ideo illa omitto. Sed ſolum ex his infero, quòd talis doctrina manifeſtè eſt abſurda & fœtida: de qua propriè dicitur hic: Et aſcendet fumus eius, ſcilicet horridus & fœtidus modo prædicto. Sunt etiam in iuribus eorum Thalmudicis multa iniquiſſima, & naturalis dictaminis rationi omnino inconſona, vt plenius declarabitur Deo duce ſuper Zachar. capit. 5. vbi propriè agitur de hac materia: ideo ad præſens omitto. Et ſequitur: Et deſolabitur in ſecula ſeculorum, ſcilicet Ieruſalem illa materialis à Iudæis ſecundum gloſſ. Non erit tranſiens per eam. quia Romani decreuerunt, vt nemo ex Iudæis reuerteretur in terram ſuam, prout in gloſ. Et poſſidebit illam Onocrotalus & Hericius. Per aues & animalia quæ in hoc cap. ponuntur, intelliguntur vitioſi homines, ſicut communiter exponitur Deuteron. 14. vbi horum, & ſimilium eſus prohibebatur. Sicut per coruum, intelliguntur illi qui ſunt voluptatibus denigrati, vel qui ſunt expertes bonæ affectionis, quia coruus ſemel emiſſus ab arca non eſt reuerſus: Et in miluo qui maxime vtitur inſidijs, deſignantur fraudulenti. Iſta enim vitia ſimilia frequenter in Synagoga Iudæorum inueniuntur, quæ poſtquam à Chriſto receſſit, nunquam ad eum reuerſa eſt, ſaltem vniuerſaliter: & quæ fraudulentijs frequenter vtitur, & ſic de alijs animalibus hic expreſſis, intelligenda ſunt vitia quæ in ipſis remanſerunt poſtquam Chriſtum non receperunt. Et non ſolum vitia, quæ vt per ſua animalia hic expreſſa deſignantur, ſed etiam alia quæ hic non exponuntur intelligantur ineſſe eis, ideo ſubdit: Requirite diligenter in li. domini, ſcilicet Moſaicæ legis. Et legite: vnum ex eis non defuit, ſcilicet ex auibus & animalibus immundis contentis in lege: quia omnia ſecundum eorum ſignificata modo prædicto ibi manent. Quæ omnia dicuntur in eis durare in ſecula ſeculorum, ſcilicet durante eorum perfidia, ſicut Prouerb. 31. dicitur de bibente vinum, quòd doloris eius non recordatur amplius, ſcilicet ebrietate durante. Et ſecundum hoc exponi poteſt reſiduum huius cap. conformiter ad prædicta, exceptis duobus paſſibus qui ſpecialiter ſunt exponendi. H

Primus enim dicit: Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & erunt omnes principes eius in nihilum. Ad quod ſciendum, quòd Iudæi ſcientes ſe confuſos in negatione Chriſti per prophetiam patriarchæ Iacob dicentis. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius, donec veniat qui mittendus eſt, ſcilicet Chriſtus: prout in eorum Thargum, ſcilicet in translatione Chaldaica exponitur, eo quòd iam à magnis temporibus ablatum eſt ab eis ſceptrum, & ducatus, & tamen Meſſiam non habent, ideo fingunt quòd illi qui regunt eos in hac captiuitate, per Thalmudicam doctrinam dicuntur habere ſceptrum & ducatum, prout tradunt in libro qui dicitur Canhedrin, quod tamen euacuat propheta di. Nobiles eius non erunt ibi. quaſi dicat. Ad ducem ſeu ſceptrum habentem, nobilitas pertinet: quam tamen ipſi non habent, ſed regem potius inuocabunt. Manifeſtè enim confeſſi ſunt coram Pilato. Non habemus regem niſi Cæſarem, & etiam extunc vbicunque ſint, ſunt ſub poteſtate regia alicuius dominantis ſeu regentis. Et ſic patet, quòd falſum eſt dicere ſe habere ſceptrum & ducatum, præſertim cum etiam Scribæ & Phariſæi, ſub cuius doctrina ſunt, iam à longo tempore defuerunt. Et de hoc ſubdit. Et erunt omnes principes eius in nihilum, Glo. Scribæ & Sacerdotes & Phariſæi.

*Iudæorum vana iactantia ſe adhuc regẽ habere gloriantes*

*Gen. 49. b*

Secundus paſſus eſt cum dicit. Et piloſus clamabit alter ad alterum. Circa quod ſciendum, quòd Piloſus in hoc loco intelligendus eſt dæmon. Eadem enim dictio ponitur hic et Leu. 17. vbi dicitur. Non immolabunt vltra victimas dæmonibus; et eſt ſenſus: nam fabricatores Thalmudicæ facultatis, vel potius falſitatis, habebant

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E habebant duos dæmones maximè ſibi familiares, quorum vnus vocabatur Bentham aleon, & alius Ioſepheda, & cum iſtis maximè cõuerſabantur, prout in multis locis ipſius Thalmud habetur: & etiã narratur ab eis, q ſemel fuerat à Cæſare prohibitum, ne illam Thalmudicam doctrinam diuulgarent, & tamen ad conſilium, & procurationem prædictorum dæmonum huiuſmodi prohibitio fuit reuocata, & ſic Thalmudica doctrina recuperata fuit dæmonum procuratione. Quæ quidem hiſtoria narratur per extenſum in libro textuali ipſius Thalmud qui dicitur Mehila, qui eſt autẽticus apud eos, ſecundum q propriè dicitur q in Idumæa. ſ. ſynagoga Sathanę. Et piloſus clamat alter ad alterum. ſ. vnus dæmon ad alium conſocium ad opus ſuum explendum ſeu recuperandum. Poſſet etiam hoc intelligi de duobus diabolicis hominibus, qui inter cęteros perſecutores Chriſti, & eccleſiæ pernicioſiores cenſentur. Primus ſeu principalior in primitiua ſynagoga Sathanæ fuit Scharioches, de quo Chriſtus. Qui tradid. me ti. &c. vnde à Chriſto diabolus nominatur. Ioh. 6. g. Nõne duodecim elegi & vnus ex vo. &c. Alter verò piloſus põt intelligi Antichriſtus, qui principalior erit in perſecutione vltima Eccleſię, & virtute dęmonum miracula faciet ſaltem apparentia, de quo Apoſtolus. 2. ad Teſſ. 2. b. q ſecundum operationem Sathanę &c. & ſic piloſi clamabant alter ad alterum, licèt valde remoti in tempore: quia affectiones eorum diabolicæ adinuicẽ correſpondent, nitentes. ſ. Chriſtum & Eccleſiam ſubuertere. alter. ſ. in capite, alter verò in omnibus membris vniuerſaliter ſibi contẽporaneis. (Iob 19.b)

G raneis. Si autem obijciatur contra expoſitionem prædictam, q videtur eſſe myſtica non literalis, eo q Idumæa propriè ſignificat illam terram Seir quam Eſau poſſedit: ſimiliter Boſra ciuitas principalis in ea exiſtens, vnde q per iſta intelligitur Synagoga, videtur pertinere ad ſenſum myſticum ſeu ſpiritualem: & ſic de multis in hoc cap. contentis ſecundum prędictam expoſitionem. Dicẽdum igitur, q in dictis prophetarum multa traduntur parabolicè ſeu metaphoricè, ſicut ſup. 5. Vinea domini accipitur pro domo Iſrael, & 25. per Moab intelligitur Antichriſtus ad literam, vt ibidem habetur in poſtilla; vnde & in hoc loco. quia litera huius cap. non bene adaptatur nec proprie Idumęæ nec Romę, nec alijs de quibus dictum eſt, ſed Synagogæ Sathanę modo prędicto. Idcirco de illa exponitur ad literam: quia in locutione parabolica, vt dictum fuit ſupra in quæſtione ſupra prologum Gen. ſenſus literalis eſt non ille, qui ſignificatur primò per uocem, ſed ille qui p partes intenditur ſignificari, pręſertim cum in hoc loco multa inueniuntur huic ueritati conſona: unde & in alijs locis frequenter accipitur Idumęa pro Synagoga prędicta, ut infra 63. a. Quis eſt iſte qui uenit de Edom tinctis ueſtibus de Boſra? et in alijs locis, ut ibidem Deo dante uidebitur. et eadẽ eſt rõ de alijs in hoc cap. parabolicè cõtentis.

REPLICA.

SEd in cap. 34. recedit à poſtil. qui exponit hoc cap. ad literam, Bur. ipſe autem per allegoriam ſatis extenſam ponit propoſitiones Thalmudicas, et alia mira, de quibus non iudico.

---

## GLO. ORD. CAP. XXXV.

a LÆtabitur. Expoſita captiuitate Iudæorum agit de conuerſione gentium.

(Iſa. 32. d) b Saron. Populi Iudæorum. vnde: Erit Saron ſicut deſertũ

viror

## CAP. XXXV.

¶Gentilitas. a ¶A Deo. b ¶Sine Chriſto qui dicit: Ego ſum via, veritas, & vita. ¶Sine doctoribus veritatis. c ¶Idem.

a LÆtabit deſerta & inuia, & exul- a b c

a ¶Cum odore opinionis bonæ Chriſti bonus odor ſumus. Deo. b ¶Sicut lilium inter ſpi. ſic ami. mea inter fi.

tabit ſolitudo, & florebit quaſi liliũ. d

a ¶Fidem, ſpem, operationem. b ¶Spe. ¶Adepta ſalutis cognitione.

Germinās germinabit, & exultabit lę- e f

a ¶Deum. b ¶Templi legis. c ¶Gratis.

tabũda & laudās. †Gloria Libani da- g h

a ¶Fertilitas terræ promiſſionis. ¶Erit deſertum in Carmelo. ¶Veræ circuncifionis. ¶Apoſtoli & alij ſpirituales.

b ta eſt ei, decor Carmeli & Sarõ. Ipſi vi- i

## NICOL. DE LY. CAP. XXXV.

F LÆtabitur. *Andreas & aliqui expoſitores catholici in hoc ipſum ſequentes exponunt iſtud cap. ad literam nimis Iudaice, ſ. de proſperitate Iudæorum poſt reditum de Babylone: ſed hoc non videtur rationabiliter dictum, quia ab illo tempore vſq; ad Chriſtum fuerunt in ſeruitute quamuis in terra ſua, ſicut dictum fuit ſupra 22. Fuerunt etiam in multis afflictionibus & anguſtijs, vt patet in libris Eſdræ & Neemiæ & Dan. & ideo proſperitas & iucunditas, quæ in hoc cap. deſcribuntur, ad tempus illud nullo modo referri videntur. Si autem dicatur q imo, quia hic eſt hyperbolica locutio, ſicut dicitur de alba muliere, q eſt albior niue, quamuis multum deficiat à niuis albedine, hic non videtur conuenienter dictum in propoſito, quia magnificum & pium decet plus conferre quam promittere, vel ſaltem non minus, & minus punire quam comminari: Deus autem magnificentiſſimus & piiſſimus eſt: ideo eius promiſſiones de bonis non videntur rationabiliter exponi per reſtrictionem impletionis, niſi aliquando appareat manifeſtè, q ſic debeant exponi, vt propter demeritum manifeſtè ſuperueniens: propter quod bonum promiſſum reſcinditur vel totaliter aufertur: comminationes tamen de malis rationabiliter aliquando per exceſſum, ſiue reſtrictionem exponuntur ſecundum qualitatem, & menſuram peccatorum ipſorum delinquentium: propter quod Ra. Sa. hoc cap. exponit de felici ſtatu quem expectant Iudæi in aduentu Meſſiæ. Igitur dimittendo quod falſum eſt in dictis eius, ſcilicet q Chriſtus ſit adhuc venturus in mundum, & accipiendo quod verum eſt. ſ. q hoc cap. ſit ad tempus Chriſti referendum, poteſt ſic continuari cap. præcedenti, in quo propheta denunciauit deſtructionem Idumææ ad conſolationem Iudæorum. Hic conſequenter denunciat eis conſolationem perfectam Chriſti tempore credentibus affuturam. Et diuiditur in tres partes: quia primò conſolatur eos de futura multiplicatione: ſecundò de credentium roboratione, ibi: Confortate manus. tertiò de dæmonum deiectione. ibi. In cubilibus. Ad euidentiam primi ſciendum, q in Zenbedrin Ieroſolymitano (qui apud Hebræos eſt liber autenticus) dicitur, q quinq; res notabiles defuerunt in ſecundo templo per Zorobabel ædificato, quæ fuerant in templo Salomonis. Primum eſt ignis continuus in altari holocauſtorum: qui tunc per pluuiam vel ventum non extinguebatur, quamuis eſſet ſub dio. Secundum eſt, arca teſtamenti. vnde dicitur Ier. 4. e. In illis diebus non dicetur vltra, arca teſtamenti domini, nec aſcendet ſuper cor, nec recordabuntur illius &c. Tertium eſt vnctio regum, & pontificum: quia pontifices qui fuerunt poſt captiuitatem Babylonicam, non fuerunt inſtituti per vnctionem ſacram, ſed inſtituebantur frequenter per reges, quibus Iudæi erant tributarij, qui frequenter vendebant ſummum Sacerdotium. Similiter toto illo tempore Iudæi reges non habuerunt, niſi aliquos paucos parum ante tempus Chriſti: & illi non fuerunt per vnctionem inſtituti. Quartum eſt ſpirituſſanctus ſeu diuinitas, quæ pro tanto dicebatur in templo Salomonis habitare: quia ibi à ſummo ſacerdote audiebantur diuina reſponſa: non autem in ſecundo templo. Quintum eſt אורים ותמים Vrim & Thummim pro quo ponitur in latino doctrina & veritas, Exo. 28. & ſecundum Ioſephum erat quidã fulgor ſubito proſiliens de lapidibus rationalis & ſuperhumeralis, quando Deus acceptabat preces ſummi Sacerdotis, de quo dicit Ioſephus 3. lib. antiquitatis Iudaicæ, q defecit per ducentos annos antequam inciperet ſcribere librum illum, quem incepit ſcribere anno quadrageſimo ſecundo à paſſione Chriſti vel circiter, quia librum illum obtulit Veſpaſiano imperatori: qui cępit imperare anno dominicæ incarnationis lxxi. & ſic ſecundum ipſum ceſſauit per magnũ tempus ante Chriſtum. & adhuc per maius tempus ante ceſſauit ſecundum librũ prædlegatum: & ſecundum hoc dicitur,*

(†Inf. 26. c; Diuiſio.; Primũ templũ in quinque præſtat ſecundo; Ioſephus)

*a* Læta. deſer. *Ideſt Iudæa, quæ fuit deſerta à Deo quantum ad quinq; prædicta.*

H *b* Et inuia. *Tempore enim primi templi prophetæ diſcurrebant per Iudæam, populum à malis retrahẽdo, & ad bonum exhortando. Tempore vero ſecundi templi non leguntur habuiſſe niſi Aggeum, Zachariã, & Malachiam, qui prophetauerunt tempore reædificationis templi ſecundi: ſed poſtea populus Iudaicus caruit prophetis talibus per ccc. annos & amplius: vſq; ad tempus Iohannis baptiſtæ, qui cępit pœnitentiam prædicare, & aduentum Chriſti nunciare: Lęta. deſer. ideſt Iudæa, quæ fuerat prædicto modo deſerta. Et in aduentu Chriſti habebit materiam gaudij quantum ad defunctos, quos Chriſtus de limbo patrum tranſtulit ad gloriam, & quantum ad viuos credentes in eum, q potiſſimè fuit impletum quando recepto ſpirituſancto in die Pentecoſtes, confidenter, & magna voce laudabant dominum, Act. 2.*

*c* Et exultabit ſolitudo. *Ideſt gentilitas, quæ ad modum ſolitudinis caruerat cultu legis & prophetarum, cum gaudio ſuſcepit fidem Chriſti ad prædicationem apoſtolorum.*

*d* Et flore. quaſi li. *decore ſanctitatis & odore bonæ famæ.*

*e* Germinans ger. *per talem replicationem & reduplicationem intelligitur multitudo Gentilium recipiens Chriſti fidem.*

*f* Et exultabit lęta. *corde.*

*g* Et laudans. *ore.*

*h* Gloria li. etc. *per iſta tria loca, quę p alijs in Iudęa fuerunt amęna & fertilia, intelligitur q quidquid erat pulchritudinis & amęnitatis in ſanctitate & honeſtate in Synagoga, translatum eſt ad eccleſiam ex Iudęis & Gentibus congregatam.*

*i* Ipſi uidebunt glo. do. *i. ipſius Chriſti, quem viderunt apoſtoli aliiq; diſcipuli*

## MORALITER.

✻ a *Lętabi. de.* Iſtud capitulum literaliter expoſui de eccleſia tempore Chriſti ex Iudæis & Gentibus collecta: & ſic ſenſus literalis eſt etiam ſpiritualis. Poteſt tamen cum hoc exponi moraliter de quolibet peccatore ad Deum cum magna pęnitentia reuertente: et ſic aliquando plus in merito proficit, quam ille qui innocentiam ſeruauit, vt dictum eſt ſupra 30. c. propter quod dicitur Rom. 5. d. Vbi abundauit delictum, ſuperabũdat & gratia. Et de tali conuenienter poteſt dici: Lætabitur deſerta et inuia. etc. quia perſona prius à Deo deſerta lętabitur in domino, et germinat in bono: propter quod ſubditur de talium præmio.

i *Ipſi videbunt gloriam domini & cętera.* facie ad faciem. Et

✻ quoniam



a *Viror cala.* Impletio ſcripturæ, quæ per calamum, & intentionis adiutorium, quæ per iuncum. Calamus enim & iuncus iuxta aquas oriuntur & virent.

A

GLOS.

---

## NICOL. DE LYRA.

*diſcipuli oculis corporeis quantum ad humanitatem, & oculis mentis quantum ad deitatem. Iohan. 1. b. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti a patre, &c. Viderunt etiam gloriam eius in miraculorum operatione & reſurrectione eius & aſcenſione. Gentiles etiam poſtea ad fidem conuerſi viderunt gloriam eius in miraculis factis per Apoſtolos in nomine Chriſti.*

*a* Confortate manus diſ. *Hic conſequenter denunciatur materia gaudij ex roboratione credentium, cum dicitur: Confortate. Et eſt verbum prophetæ ad Apoſtolos: Confortate ma. diſ. id eſt Gentilium, qui ante erant tardi & pigri ad opus bonum.*

*b* Et genua debil. *Gentilium.*

*c* Roborate. *verbo & exemplo ad quæcunque aſpera pro Chriſto ſuſtinendum.*

*d* Dicite. *id eſt communiter prædicate.*

*e* Puſillanimes. *tempore præcedenti.*

*f* Confortamini. *in virtute Chriſti.*

*g* Et no. time. *ſcilicet tormenta tyrannorum. Cuius cauſa ſubditur:*

*h* Ecce Deus no. ultionem adducet reti. *ſuper veſtros perſecutores.*

*i* Ipſe ue. & ſaluabit nos. *per paſſiones modicas ad gloriam deducendo: & ſic factum fuit in primitiua eccleſia, & per longum tẽpus poſtea: quia multi Gentiles ad Chriſtum conuerſi, ita erant in domino confortati, quòd non timebant tormenta, ſed magis appetebãt, vt patet in legendis multorum ſanctorum.* B

*x* Tunc aperientur oculi cęcorum, & aures ſurdorum patebunt. *Iſta enim miracula fuerunt facta per Chriſtum, & poſtea per Apoſtolos & alios credentes in nomine Chriſti, vt patet in Euangelijs & Actibus Apoſtolorum. Et fuerunt facta ſpiritualiter in illuminatione infidelium fidem recipiendo. Et aures eorum fuerunt apertæ mandatis Chriſti obediendo: Et claudi ſanati per viam morum incedendo: & muti loquelam receperunt, fidem liberè confitendo. Cuius cauſa ſubditur:*

*o* Quia ſciſſæ ſunt in deſer. *Iudęæ & Gẽtilitatis, vt patet ex ſupradictis.*

*p* Aquę. *ſcilicet ſacramenti baptiſmi.*

*q* Et torrentes in ſolitudine. *id eſt variæ gratiæ ſpirituſſancti. de quibus dicitur. 1. Corinth. 12. a. Alij datur ſermo ſapientiæ, &c.*

*r* Et quæ erat arida in ſta. & ſi. in fon. aqua. *Per hoc notatur plenitudo gratiæ datæ tempore eccleſiæ primitiuæ.*

*s* In cubili. *Hic conſequenter denunciatur materia gaudij ex dęmonum deiectione, cum dicitur: In cubili, id eſt in phanis & templis idolorum.*

*t* In quibus prius habitabãt d. *id eſt dęmones in idolis reſponſa dãtes, & aliquando in talibus locis apparuerunt dæmones in ſpecie draconum.*

*u* Orietur uiror calami & iun. *Quia idolis inde abiectis talia loca frequenter per Apoſtolos alioſque diſcipulos diuino cultui applicabantur.*

*y* Et e. ibi ſe. *quantum ad obſeruationem conſiliorum.*

*z* Et uia. *quantum ad obſeruationem mãdatorum.*

*b* Et hæc erit uobis directa uia. *perueniendi ad beatitudinem.*

*c* Ita ut ſtulti. *id eſt ſimplices & illiterati etiam.*

*d* Non errent per eam. *Frequenter enim contingit, quòd ſimplices directius incedũt per hanc viam. vnde cum Auguſtinus legiſſet vitã Pauli monachi ſimplicis, dixit: Simplices & illiterati rapiunt cælum, & nos cum literis noſtris trahimur ad infernum. Et non traſibit per eam pollutus. Ex hoc patet, quod propheta non loquitur hic de via materiali, per quam indifferẽter tranſit pollutus & mundus. Et ſic metaphoricè loquitur propheta in præcedentibus & ſequentibus, cum dicit.* (Paulo ſimplici.)

*e* Non erit ibi leo & mala be. non aſc. per eam. *Per hoc intelliguntur dæmones, qui in primitiua eccleſia fugabantur p credentes. Mar. vlt. d. Signa eos qui crediderint hæc ſequentur, In nomine meo dęmonia eijcient, &c.*

*f* Et ambulabunt. *Per viam iuſtitiæ. qui libe. fue. à dęmonis ſeruitute.*

*g* Et redem. à do. *Ieſu Chriſto ſuo ſanguine precioſo.*

*h* Conuerten. & ue. in Sion. *id eſt ad eccleſiam militantem primò, poſtea ad triumphantem, ſecũdum quod dicitur Heb. 12. f. Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cæleſtem, &c.*

*i* Et lætitia ſempitern. ſu. cap. eo. *Ex hoc & pluribus alijs in hoc capitulo poſitis videtur, quod hoc capitulum referri non poſſit ad tempus Iudæorum de captiuitate Babylonica redeuntium.*

a ¶Vnam ſubſtantiam patris & filij & ſpirituſſancti. ¶Quomodo pater in filio, & filius in patre, ſpirituſſanctus in vtroque.

debunt gloriam domini & decorem

a ¶O Apoſtoli & alij ſancti. b ¶Gentilium. ¶Vnde: Extende manum tuam.

Dei noſtri. Confortate manus diſſo- a

a ¶Atentes à bono opere. b ¶Greſſu claudicantes inter idola diuerſis erroribus. c ¶In fide & veritate.

lutās, & genua debilia roborate. Di- b c

a ¶O doctores. ¶hoc ſcilicet. b ¶In fide. c ¶Spe. d

citę † puſillanimes, confortamini & e f

a ¶Inſidias diaboli, aduerſa mundi: quia timor vnius Dei alios expellit. b ¶Cauſa ſecuritatis. ¶Quia. c ¶Chriſtus, cui pater dedit iudicium. d ¶In iudicio.

nolite timere. Ecce Deus noſter ultio g h

a ¶Malorum. b ¶Cauſa ſecuritatis.

nem adducet †retributionis, Deus ip- i

a ¶Bonos. b ¶Ad literam. ¶In primo aduentu: vt lumen veritatis aſpiciant.

ſe veniet, & ſaluabit nos. Tunc aperiē- k

a ¶Exteriores & interiores. b ¶Sine lumine veritatis. c ¶Vtræque.

tur oculi cæcorum, & aures ſur- l

a ¶Ad verba Dei. b ¶De vitijs ad virtutes, de mundo ad cœlum.

dorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut m

a ¶Sine greſſu fidei & operis. b ¶In laude Dei.

ceruus claudus, & † aperta erit lin- n

a ¶Quorum Sathanas ora concluſerat. b ¶Emanantes.

gua mutorum, quia ſciſſæ ſunt in de- o

a ¶Gentium. b ¶Baptiſmi. c ¶Abundantes doctrinæ veteris & noui teſtamenti. ¶Gratiæ ſpiritualis.

ſertò aquæ, & torrentes in ſolitudi- p q

a ¶Sine rore gratiæ. b ¶In plenitudine ſcientiæ.

ne, & quæ erat arida in ſtagnum, & r

¶Idem. a ¶In cordibus.

ſitiens in fontes aquarum. In cubi- s

a ¶Dæmones.

libus in quibus prius dracones ha- t

a ¶Quoust ſcribatur fides domini. & feſſa prius membra quieſcent.

a bitabant, orietur viror calami & iun- u x

a ¶In ſolitudine Gentium. b ¶Chriſtus. ¶Ego ſum via, veritas & vita. c ¶Illa.

ci, & erit ibi ſemita & via, & via ſan- y z

a ¶Sancta. b ¶A Gentibus.

ctorum vocabitur. Non tranſibit a

a ¶Eccleſiam. b ¶Beati immaculati in via. ¶Diabolus homicida ab initio: c ¶Fides Chriſti.

per eam pollutus, & † hęc erit vobis b

a ¶Ad Deum. b ¶Gentes, ante idola pro creatore colentes. Stulta mundi elegit Deus, vt confundat &c.

directa uia, ita vt ſtulti non errẽt per c d

a ¶Princeps demonum: qui circumit quærens quem deuoret. b ¶Satellites diaboli.

eam. Non erit ibi leo, & mala beſtia e

a ¶Veſtigium colubri non inuenietur in petra. ¶Per Fidem expulſus.

non aſcendet per eam, nec inuenie-

a ¶De virtute in virtutem. b ¶A vinculis peccati & erroris.

tur ibi. Et ambulabunt qui liberati f

a ¶Sanguine agni.

fuerint & redempti à domino, con- g h

a ¶Per Pœnitentiam. b ¶Sic. c ¶Eccleſiam. d ¶Dei.

uertentur, et venient in Siõ cum lau

a ¶Spe æterni boni. b ¶Mentem.

de, & lætitia ſempiterna ſuper caput i

a ¶Curſum conſum. Fidem ſer. &c.

eorum. Gaudium & lætitiam obti-

a ¶Aeternaliter. ¶Cum venerit in cęleſtem gloriam vel Ieruſalem. b ¶Ab eis. ¶Succedente gaudio nunc in ſpe, in futuro in re.

nebit, & fugiet dolor & gemitus.

## MORALITER.

✻ quoniam tales non ſibi tantum proficiunt per uitæ meritum, ſed etiam alijs per exemplum. Ideo ſubditur:

a *Confor. ma. diſ.* ad bene operandum. Et ſubditur præmium, cum cum dicit:

i *Deus ipſe veniet & ſalu. n. Tunc ap. o.* Qui prius erant clauſi ad uidendum ea quę ſunt ſalutis. († laudabit)

l *Et au. ſ. p.* ad audiendum Dei uerbum cum effectu impletionis.

m *Tunc ſa. ſi. ceruus clau.* ad ambulationem uelociter in uia morum.

n *Et aperta erit lin. mutor.* ad Deum magnificè laudandum.

o *Quia ſciſſæ ſunt in deſer. aq.* i. dona gratię diuinę. D

s *In cubili. in quibus prius d. habitabant.* id eſt mentibus humanis in quibus habitabant dęmones per culpam.

x *Viror calami & iun.* Pulchritudinem mentis & exterioris honeſtatis, ut ſit locus aptus diuinę habitationi.

a *Non tranſibit per eã pollu.* i. diabolus.

b *Et hæc erit vo. di. via.* i. exemplum directiuum ad bonũ. Nam in moralibus magis mouent operum exempla quam uerba. Ideo ſubditur:

c *Ita vt ſtul. non. er. per eam.* Simplices enim qui non poſſunt capere uerba prędicatorũ, bene capiũt opa bona ipſorũ.

e *Non erit ibi leo.* i. dęmon ad nocendum, licèt ſit ad exercitium. († & ipſe in eis ambulãs per eã viam, etiã ſtulti non errabunt.)

f *Et ambulabunt.* ſ. de uirtute in uirtutẽ.

h *Et venient in Sion cum l.* Finaliter ad uidendum Deum Deorum in Sion. cuius uiſio hẽt annexã lętitiã ſempiternã.

---

*In c. 35. vbi dicitur in poſtil. Igitur dimittendo quod falſum eſt in eius dictis.*

## ADDITIO.

¶ Pręſens capitulũ bene & pprìè uř exponi à poſtil. ſed circa eius cõtinuationẽ ad pterita attendendũ eſt, q in c. 33. pcedenti ab illo loco in quo dř: Audite q lõge eſtis, &c. ut dictũ eſt, incipit capitulum ſcdm Hebręos uſq; ad finẽ illius cap. ppheta tractauit de deiectione & reprobatione Phariſęorũ, doctrinã Chriſti reſpuentiũ, & de pſperita adhęrẽtiũ Chriſto, & de qbuſdã ad hoc ptinentibus, ut ibidẽ fuit oſtenſum. In cap. uerò pcedenti. l. 34. ſpecialius agit de deſtructione ſynagogę Iudęorũ, q p Idumęã ibi deſignať, & de pluribus ad hoc ptinẽtibus, ut ibidẽ fuit largè oſtenſum. In pñti uerò cap. tractat de cõſolõne & ſtatu credẽtiũ i Chriſto. Vt ſic oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcãt. Et exponať totũ pręſens capitulum ſicut in poſtilla.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLOS. ORDINARIA. CAP. XXXVI.

4.Reg.14.e. ET fa.eſt. Libri Regum & Paralip. conſentiunt ſexto anno regni Ezechiæ veniſſe Salmanaſar regem Aſſyriorum, & ex parte maxima decem tribus tranſtuliſſe vltra montes Medorum & Perſarum,
Tob.1.a. cum quibus & Tobias captiuatus, ſicut habetur in libro eius: Poſt Salmanaſar, Phul, qui & ipſe populum ex parte captiuauit, poſt Theglatphalaſar & Sargon ſucceſſerunt vſque ad Sennacherib, qui quartodecimo anno regni Ezechiæ aſcendit. Sed quomodo tot reges tantillo ſpacio? Sed tradunt Hebræi, quod tot nominibus dictus ſit vnus Sēnacherib, nec eſt diſſimile veri. Sa-
4.Reg.15.d cra narrat hiſtoria primum Phul Aſſyriorū regem ſub Manahem rege Iſrael vaſtaſſe decem tribus.
Ibidem f. Secūdum Theglatphalaſar, ſub Phacee filio Romeliæ veniſſe in
4.Reg.17.a Samariam. Tertium Salmanaſar ſub Hoſee rege Iſrael totam cepiſſe Samariam. Quartū fuiſſe Sargon qui expugnauit Azo-
Iſaię.20.a. tum. Quintum Aſaraddon, qui
4.Reg.18.a tranſlato Iſrael Samaritanos cultores miſit in Iudæam. Sextum
4.Reg.18.c Sennacherib, qui ſub Ezechia rege Iuda capta Lachis & multis alijs Ieruſalem obſedit.

b *Sobna.* Sobna Scriba, alius, nō ſuperbus, qui vt tradunt Hebræi comminatione Rabſacis perterritus, inferiorem partem ciuitatis tradidit, arce remanente & templo.

c *Hæc dicit.* Sicut forſan à patre audierat, hæc dicit dominus: & vt verba eius habeant maius pōdus. Notat arrogantiam. Hæc dicit rex magnus quaſi contraria fortitudo.

d *Ecce confidis.* Mentitur planè. Nuſquam enim legitur Ezechiā in Aegypto ſpem poſuiſſe.

e *Necpo.* Non ex imbecillitate, ſed pręceptorum domini obſeruatione

† dixi, vel puto: conſilium & vis tua ad bellum tantūmodo eſt in labijs tuis.

F

† innixus

## NICO. DE LYRA. CAP. XXXVI.

† fideiuſſorē da, vel, da vadem.

† ſiquidem

ET factum eſt. *Superius Iſaias deſcripſit liberationem Ezechiæ & populi eius per modum prophetiæ. Hic conſequenter eam deſcribit per modum hiſtoriæ. Circa quod ſciendum, quod Ezechias miſit magnas pecunias regi Aſſyriorum tali pacto quòd à terra eius recederet, & ipſum in pace dimitteret, vt dictum fuit quarto Regum decimooctauo, ſed accepta pecunia pactum fregit, nitens Ieruſalem deſtruere, & populum in Aſſyrios transferre, & ad terrendum Ezechiam & populum ſuum verbis comminatorijs miſit Rabſacem cum magno exercitu antè Ieruſalem. Circa hoc igitur ſic proceditur, quia primò ponitur dicta comminatio, ſecundò Ezechiæ liberatio cap. ſe. Prima diuiditur in tres, quia primò ponitur dicta comminatio, ſecundò comminati poſtulatio, ibi: Et dixit Eliachim. Tertiò petitionis refutatio, ibi: Et dixit ad eos. Prima in duas, quia primò præmittuntur quædam præambula. ſecundò, comminatio dicta, ibi: Et dixit ad eos Rabſaces.*

Diuiſio

*Circa primum præmittitur tempus, cùm dicitur:*

a Et factum eſt in quarto, anno. *Secundò: locus, ibi:*

b Super omnes ciuitates Iuda. *excepta Ieruſalem & paucis fortalitijs.*

c Et miſit rex Aſſyriorum. *vbi remanſit cum parte exercitus ad expugnandum locum iſtum.*

d In manu graui. *id eſt in tanta poteſtate, quod Ezechias ſe non poterat in campo ſuſtinere: ideo tenebat ſe inter muros Ieruſalem.*

e Et ſtetit in aquædu. *Illum enim aquæductum qui exibat extra ciuitatem diuerterat Ezechias, vt dictum eſt ſupra 33. tamen locus retinebat nomen aquæductus.*

f In uia agri ful. *ſic nominati, eò quod fullones extendebant ibi veſtes ad deſiccandum*

g Et egreſſus eſt ad eum. *ad tractandum de pace de conſenſu vtriuſque partis.*

h Qui erat ſuper domum. *ſcilicet domini, quia erat ſummus Sacerdos, vt dictum eſt ſuprà 33.*

i Et Sobna Scriba. *id eſt ſcriptor animalium, & iſte eſt alius ab illo, de quo habetur ſuprà trigeſimoſecundò, qui ante Eliachim fuit ſummus Sacerdos.*

k Et Ioahe fi. Aſaph à commentarijs. *id eſt Cancellarius regis. Et eſt à commentarijs vnum nomen indeclinabile & communis generis. In Heb. tamen habetur, recordator. Et vt dicit Ra. Sa. habebat officium reducendi ad memoriam caſus tractandos coram rege, & ſecundum debitum ordinem prout caſus debebant prius vel poſterius expediri.*

l Et dixit. *Poſitis quibuſdam præambulis. Hic conſequenter deſcribitur comminatio Rabſacis ex parte regis Aſſyriorum loquentis.*

H

m Quæ eſt iſta fid. qua confidis. *ſcilicet te poſſe reſiſtere, quaſi dicat nulla eſt: quia ſi confidis de auxilio humano per regem Aegypti, illud nullum eſt, ideo ſubditur: Ecce confidis ſuper baculum arun. & patet litera vſque ibi:*

n Quod ſi reſponderis mi. *vbi excludit ab Ezechia auxilium diuinum, dicens:*

o Nonne ipſe eſt cuius. *quaſi dicat non debes à Deo ſperare auxilium, cuius dimiſiſti cultum. iſte tamen Rabſaces dicebat falſum, quia poſt ædificationem templi per Salomonem non fuit Iudæis licitum alibi offerre ſacrificia, niſi in caſu ex diſpenſatione diuina, ſicut Elias obtulit in monte Carmeli. 3. Regum. 18.*

p Et nunc t. *id eſt obliga te per cautionem ſufficientem.*

q Et da. *Vnde in Heb. habetur: Sis vadiatus. ſ. pro duobus milibus equorum quos tradam tibi.*

r Nec p. *quaſi dicat in toto populo tuo non inuenies tot homines, qui ſciant & poſſint equitare.*

s Et q. ſuſti. *q. d. nullo modo, quia quilibet eorum habet ſatis plures equites in acie ſua.*

t Quod: ſi con. *id eſt in adiutorio Dei & regis Aegypti, ſimul excluditur hoc dicens:*

u Domi. di. *hoc falſo dicebat ad terrendum Ezechiam.*

x Et d. Eliac. *Hic conſequenter ponitur Ezechiæ petitio per nuncios ſuos facta, cum dicitur:*

y Loque. ad ſ. *quæ non erat intelligibilis*

## CAP. XXXVI

¶Decem tribubus captiuitatis, & ciuitatibus Iudæ vaſtatis ad Ieruſalem peruenitur.

ET factum eſt in quartodecimo anno regis Ezechiæ, aſcendit Sennacherib rex Aſſyriorū ſuper omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et mi
a ¶Quam tunc expugnabat.
ſit rex Aſſyriorum Rabſaceu de Lachis in
¶Multitudine.
Ieruſalem ad regē Ezechiam in manu gra
a ¶Erat enim & inferior
ui, & ſtetit ī aquęductu piſcinæ ſuperioris
¶Vbi Fullo manebat.
in via agri Fullonis. Et egreſſus eſt ad eum
a ¶Summus pontifex, qui Sobnæ ſuperbo ſucceſſit.
Eliachim filius Helchię, qui erat ſuper do
¶LXX. grammaticus.
mū, & Sobna Scriba, & Ioahe fili⁹ Aſaph
a Cancellarius regis. b ¶Hunc alij filium Iſaiæ autumant. alij Samaritem fuiſſe, & ideo loqui Hebraice.
à commentarijs. Et dixit ad eos Rabſaces:
¶Timorem incutit.
dicite Ezechię: Hæc dicit rex magnus rex
¶Verba regis.
Aſſyriorū: Quæ eſt iſta fiducia, qua confi-
a ¶Cum prius tributa reddideris. vnde modo ſeueritatis mex merito motus incutis.
dis, † aut quo conſilio vel fortitudine rebellare diſponis? Super quē habes fiduciā,
a ¶Negando tributa. b ¶Falſum:
quia receſiſti à me? Ecce confidis ſuper
a ¶Ex copia aquarum Nili, multæ arundines ſunt ibi, per quas ſubſannando deſignatur fortitudo Ægypti.
baculum arundineum cōfractū iſtum ſuper Ægyptū, cui ſi † innīſus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eā,
¶Eſt. a ¶Non potens ſuſtinere.
ſic Pharao rex Ægypti omnibus qui cōfi
a ¶O Ezechia.
dūt in eo. Quòd ſi reſpōderis mihi, in do-
¶Hoc verum. a ¶Dominus ¶Hoc falſum.
mino Deo nr̄o cōfidimus, nònne ipſe eſt
a ¶Quę Achaz pater eius conſtruxit, & Ezechias deſtruxit abiectis idolis, ſed quod fecit cauſa religionis. Iſte in ſacrilegiū peruertit.
cuius abſtulit Ezechias excelſa & altaria,
¶Solo.
& dixit Iudæ & Ieruſalem: corā altari iſto adorabitis? Et nūc † trade te domino meo
a ¶In perſona regis.
regi Aſſyriorum, & dabo tibi duo milia
a ¶Paucitatem ſignificat obſeſſorum.
equorū, † nec poteris ex te præbere aſcen-
a ¶Quaſi: Me famulum Sennacherib minimum, non poteris ſuſtinere, quomodo ſuſtinebis ipſum?
ſores eorum. Et quomodo † ſuſtinebis faciem iudicis vnius loci ex ſeruis dn̄i mei minoribus? Quòd ſi cōfidis in Ægypto,
a ¶Quaſi: Fruſtra. q ¶Reſpicit ad hoc, ſi reſponderis mihi, in domino Deo confidimus. c ¶Satis aſtute.
in quadriga & in equitibus, & nunc nunquid ſine domino aſcendi ad terram iſtā,
¶Non. ¶Quia.
vt diſperderem eam? Dn̄s dixit ad me: Aſcende ſuper terram iſtam, & diſperde eā. Et dixit Eliachim & Sobna & Ioahe ad
a ¶Quaſi: Quid neceſſe eſt populum falſis commouere terroribus, & vanam iactare virtutem?
b ¶Chaldęa.
Rabſacē. Loquere ad ſeruos tuos Syra lin
a ¶Eam quę vtriſque communis eſt. b ¶Hebraice loquebatur. vt aſtanti populo terror incuteretur.
gua, intelligimus enim, ne loquaris ad nos

## MORALITER.

✻ a *Et factum eſt in.* Huius ✻ hiſtoriæ

G



uatione qui per Moyſen de rege Iſrael præcepit, dicens: Nō multiplicabis tibi equos & currus, nec vxores plurimas.

a *Faci. mecum.* Laudate me, benedicite me. Vel ſicut habet alia editio: Facite quod vobis vtile eſt, vt me recipiatis, & pax maneat vobiſcum.

A

## GLOS. ORDIN. CAP. XXXVII.

ET *factum eſt cum aud. &c.*
b *Scidit veſtim. ſua.* Scindunt veſtes, quia audierant Rabſacem blaſphemantē. Scidit rex credens ex peccatis ſuis & populi hoc prouenīſſe.

4.Reg.19.a c *Iſaiam fi. Amos.* In libro Regū legitur, quòd miſit ad Iſaiam prophetā. Sed hic, quia de ſe Iſaias texit hiſtoriam, non prophetam, ſed filium prophetæ ſe nominat.

a *Pro reli*

## NICO. DE LYRA.

*bilis populo communi. Et erat petitio rationabilis, quia talis tractatus debet eſſe ſecretus, quouſq; ſit perfectus & firmatus.*

a Et di. ad eos Ra. *Hic conſequenter ponitur dictæ petitionis refutatio, cum ſubditur:*

b Nunquid ad do. t. *ſcilicet Ezechiam.*

c Et ad t. *eius nuncium.*

d Miſit me d. m. *q. d. non, ſed magis ad populum.*

B

e Vt comedant ſterco. ſua. *id eſt niſi reddant ſe voluntariè, ita diu erunt obſeſſi. quòd non habebunt aliquid ad comedendum & bibendum.*

f Et bib. urinam pedum ſuorum. *i. fluentem ad pedes ſuos. Hominibus enim in timore & anguſtia magna poſitis ſolet fluere vrina verſus pedes, et per hoc inuit famem & anxietatem eis futuram in obſidione, niſi reddiderint ſe.*

g Et clamauit uo. m. Iudaicè. *Ex hoc dicunt doctores, quòd iſte erat apoſtata à Iudaiſmo.*

h Non uos ſeducat Ezechias. *Promittendo vobis auxilium à domino futurum.*

i Facite mecum benedi. *ad reddendum vos mihi voluntariè.*

k Et comedi. *id eſt habitate pacificè & quietè in terra iſta.*

l Don. ueniam & tollam uos. *quaſi dicat hic eſt modus regum Aſſyriorum, ſcilicet transferre Gē tem ſibi ſubiectam de terra ſua natiua ad aliam, vt de eius obedientia ſit magis ſecurus. iam enim ante fecerat hoc rex Aſſyriorum de Hoſee rege Iſrael & eius populo, vt habetur quarto Regum decimo octauo.*

m Ad terram quæ eſt vt terra ueſtra. *id eſt ſimilis in fertilitate & amœnitate: propter quod talis trāſlatio non debet vobis eſſe grauis.*

*Nec conturbet vos Ezechias. retrahendo vos ab iſto, quòd vobis offero.*

n Dicens dominus lib. nos. *quaſi dicat non poterit: quod nititur probare cum dicitur:*

Iudaicè in auribus populi, qui eſt ſuper murum.
a ¶Arroganter. b ¶Elatus in ſuperbiam. ex nunciorum humilitate, omnes quaſi vnum alloquitur.
Et dixit ad eos Rabſaces: Nunquid ad dominum tuum & ad te miſit me dominus meus, vt loquerer omnia verba iſta, & non potius ad vi-
a ¶Obſeſſi. b ¶Fame.
ros qui ſedent in muro, vt cōmedant ſtercora
a ¶Siti compulſi. b Quæ fluit ad pedes.
ſua, & bibant † vrinam pedum ſuorum vobiſcum? Et ſtetit Rabſaces, & clamauit voce ma-
a ¶Vt populus intelligeret & timeret.
gna Iudaicè, & dixit: Audite verba regis magni,
a ¶Vt fortitudo contraria ei de qua dicitur: Hæc dicit dominus Deus Iſrael. b ¶Confortando. ¶Accuſatio Rabſacis teſtimonium eſt Ezechiæ, quod in domino confiſus populum confortauerit.
regis Aſſyriorum. Hæc dixit rex: Non vos ſedu-
a ¶Quamuis promittat.
cat Ezechias, quia non poterit eruere vos, & non
a ¶Suo.
vobis tribuat fiduciam Ezechias ſuper domino,
a ¶Conijciebat, vel audierat ab aliquo Ezechiam ſic perſuadere populo.
dicens: Eruens liberabit nos dominus, non dabitur ciuitas iſta in manu regis Aſſyriorum. Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Aſſy-
a ¶Minis miſcet blanditias, vt quos non vincit terrore, vincat promiſſione. b ¶Quæ in benedictionem veſtram proficiat.
riorum: Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnuſquiſque vineam ſuam, & vnuſquiſque ficum ſuam, & bibite vnuſ-
a ¶Ab Aegypto. Illuc enim ire decreuerat capta Lobna.
quiſque aquam ciſternæ ſuæ, donec veniam &
a ¶Quiſque deſiderat terram in qua natus eſt. b ¶Terram Mœdorum promittit, quæ eſt cultu & ſitu terræ Iudæorum ſimilis: ęqualis enim inueniri non poteſt.
tollam vos ad terram, quæ eſt vt terra veſtra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum. Nec † conturbet vos Ezechias, dicens: Do-
¶Qui multi quanto minus vnus.
minus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij Gentium vnuſquiſque terram ſuam de manu re
a ¶Antiochiæ & aliarum ciuitatum.
gis Aſſyriorum? Vbi eſt Deus Emath & Arphat?
a ¶Multi dij etiam quos ante captiuitatem decem tribus coluerunt, & ideo perierunt.
Vbi eſt Deus Sepharuaim? Nunquid liberaue-
a ¶Cum eos coluerit.
runt Samariam de manu mea? Quis eſt ex omnibus dijs terrarum iſtarum, qui eruerit terrā ſuā
a ¶Similiter. b ¶Vnus, cum multi non potuerunt decem tribus liberare.
de manu mea, vt eruat dominus Ieruſalem de
a ¶Ne ſtulto reſpondeas iuxta ſtultitiam ſuam, ne videaris ei ſi. Non ſuccendas carbones.
manu mea? Et ſiluerunt, & non reſponderunt ei
a ¶Ne alternando plura populum ſeduceret, vel maiores blaſphemias inferret, vnde: Non ſuccendas carbo. ign.
verbum. Mandauerat enim eis rex, dicens: Ne
a ¶Hiero. Perſpicua relinquentes, latentia diſſeramus.
reſpondeatis ei verbum. Et ingreſſus eſt Heliachim filius Helchiæ, qui erat ſuper domum, & Sobna Scriba, & Ioahe filius Aſaph à commenta
a ¶More ſuæ Gentis audita blaſphemia.
rijs, ad Ezechiam ſciſcis veſtibus, & nunciauerunt ei verba Rabſacis.

## CAP. XXXVII.

a ¶Blaſphemiam Rabſacis.
ET factum eſt cùm audiſſet rex Ezechias
a ¶Peccato ſuo iraſcens, quo putabat affligi ciuitatem. b ¶Poſita regali veſte & purpura
ſcidit veſtimenta ſua, & obuolutus eſt ſac-
a ¶Ad auxilium orationis fugit.
co, & intrauit in domū dn̄i. Et miſit Eliachim qui erat ſuper domū, & Sobnam Scribā, & ſeniores
a ¶Non ſtolis. ¶Habitu miſerabili.
de ſacerdotibus opertos ſaccis, ad Iſaiam filium Amos † prophetam, & dixerunt ad eum: Hęc di-

o Nunquid liberauerunt dij Gē ti. *q. d. cum eſſent multi dij, non potuerunt defendere cultores ſuos cōtra regem Aſſyriorum: ergo Deus veſter qui vnicus eſt, vt dicitis, nō poterit vos defendere: ſed iſtud argumentum nullum eſt, quia illi nō erant dij veri, ſed falſi & nullius virtutis: Deus autem verus vnicus eſt & potentiæ infinitæ.*

C

p Et ſiluerunt de manda regis Ezechiæ. *Timebant enim ne ſi reſponderent, quod Rabſaces multiplicaret verba blaſphemiæ contra Deum.*

q Et ingreſſus eſt Heliachim filius. *vt referret Ezechiæ Rabſacis verba.*

r Sciſſis veſtibus. *Hic erat modus Iudæorum, quòd ſcindebant veſtimenta ſua in ſignum doloris, quando contra Deum blaſphemiam audiebant. Vnde & ſummus ſacerdos imponens Chriſto, quod blaſphemaſſet, ſcidit veſtimenta ſua, vt habetur Mar. 14. g.*

Scindere veſtes.

## MORALITER.

✻ hiſtoriæ quæ ponitur in hoc ca. & duobus alijs immediatè ſequentibus ſenſus myſticus poſitus eſt. 4. Reg. 18. ca. & 19. & 20. propter quod hic pertranſeo.

*In c. 36. vbi dicitur in poſtil. Et nūc tradite domino meo, &c*

## ADDITIO.

¶ Dictio Hebra. quæ hic ponitur, ubi nos habemus: Nunc trade te, propriè ſignificat mixtionem. Et eſt ſenſus: Et nunc admiſce te domino meo. i. ſis de ſocietate eius, & ipſe dabit tibi plus de equis, quàm tu poteris habere de aſcenſoribus: & patet litera.

D

## NICO. DE LYRA. CAP. XXXVII.

ET factum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Ezechiæ liberatio: & primò ponitur eius liberatio ab hoſte, ſecundò ab infirmitate cap. ſequen. Prima in duas, quia primò circa hoc ponitur prophetica denunciatio, ſecundò angelica executio, ibi: Egreſſus eſt. Prima in duas ſecūdum duplicem denunciationem, ſecunda ibi: Reuerſus eſt. Prima in duas, quia primò ponitur Ezechiæ humilis petitio, ſecundò, Iſaiæ conſolabilis reſponſio, ibi: Et dixit. Circa primum dicitur:*

s Et factum eſt cum audiuiſſet rex Ezec. *Eadem cauſa qua & nuncij ſui, vt dictum eſt.*

t Et obuolutus eſt ſacco. *id eſt veſte cilicina, humiliando ſe coram domino. Ideo ſubditur:*

u Et intrauit domum domini. *Ad ipſum deprecandum humiliter & deuotè.*

x Et miſit Heliachim qui erat. *quia magis confidebat de meritis Iſaiæ quam de ſuis.*

y Filium Amos prophetæ. *Ita habent aliqui libri: quod factum eſt ab aliquibus correctoribus, eò quod iſte Amos fuit propheta, ſicut dictum fuit in principio huius. ſed melius dicitur hic prophetam,*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Pro reliquijs*. Iam enim decẽ tribus abductæ, ciuitates Iudę & Beniamin vaſtate, pars etiã inferior ciuitatis in manus hoſtium tradita ab impio & ſuperbo pontificè Sobna.

b *Et dixit*. Orationem eorum præueniens, in ſpiritu cuncta præſciens.

c *Ecce ego*. Q. Non dicam vniuerſa quæ Aſſyrio faciam, ne meam videar iactare potentiam: Sed hoc vnum: Ecce ego dabo.

† agẽdum, corripiẽdum.

d *Et inuenit*. Pugnaſſe Sennacherib regem Aſſyriorum cõtra Aegyptios, & obſediſſe Peluſium, iamque extructis aggeribus pro vrbe capienda, veniſſe Taracham regem Æthiopiæ in auxilium, & vna † nocte in Ieruſalem clxxxv. milia de Aſſyrio exercitu corruiſſe, narrat Herodotus & Beroſus Chaldaicæ ſcriptores hiſtoriæ.

† vice

e *Orauit*. Iam ſecurior de liberatione. Ante enim aſcendit, ſed non legitur oraſſe: quia pro peccatis ſuis metuebat hæc fore.

a *Vere*

## NICO. DE LYRA.

F ¶ *tam, vt referatur ad Iſaiam, ſicut & 4. Regum. 19. in principio, vbi tractatur iſta hiſtoria.*

*a* Dies tribulationis & correptionis *ſcilicet mei & totius populi.*

*b* Et blaſphemię. *contra Deum.*

*c* Dies hęc. *ſcilicet in qua Rabſaces dixerat prędicta, quæ erant ad afflictionem regis Ezechiæ & populi, & vituperium Dei.*

*d* Quia uenerunt filij uſque ad partum. *in tanta afflictione ſumus poſiti, vt mulier exiſtens in afflictione partus, cui deficiunt vires pariendi.*

*e* Si quo modo audiat dominus, & cęt. *Sic legenda eſt iſta litera ibi incipiendo: Leua ergo ad dominum orationem pro re. quæ repertæ ſunt, id eſt pro Iudæis qui remanſerunt in regno Iudæ, qui ſunt valde pauci comparatiuè ad tempora præterita: quia iam decem tribus erant captiuatæ. Si quo modo audiat dominus Deus tuus. id eſt quem tu colis ſollicitẽ.*

*f* Verba Rabſacis. *vt ſic moueatur contra Aſſyrios pro verbis blaſphematorijs: & liberet nos ab eis.*

† literas.

*g* Et dixit ad eos Iſaias. *Hic conſequenter ponitur Iſaiæ conſolabilis reſponſio, cùm ſubditur:*

*h* Ne timeas à facie uerborum quę audiſti. *id eſt propter verba Rabſacis.*

*i* Quibus blaſphemauerunt pueri regis Aſſyriorum me. *quia verba illa exprimebant Deum Iſrael eſſe impotentem, eò quòd non poſſet ſaluare Ezechiam de manu regis Aſſyriorum: & ſic ſequebatur quod eſſet impotentior homine mortali.*

*k* Ecce ego dabo ei ſpiritum, *id eſt per-*

a ¶Conqueſtio, b ¶Noſtræ. c ¶Diuinæ.

cit Ezechias. Dies tribulationis † & correptio- a

a ¶Hoſtium. b ¶Per ſimilitudinem parturientis dolores ſignificant ſuos ¶Quaſi: Non poſſumus dicere: A timore tuo concepimus domine, & reperimus ſpiritum ſalutis. c ¶Conſilia noſtra.

nis & blaſphemię dies hæc: Quia venerunt fi- b c d

a ¶Explendi. ¶Quaſi: Fortaſis audiet.

lij vſque ad partum, & virtus non eſt parien-

di. Si quo modo audiat dominus Deus tuus e

a ¶Non audemus dicere noſtrum, quem iratum ſentimus.

verba Rabſacis, quem miſit rex Aſſyriorum f

a ¶Qui vindicare poteſt.

dominus ſuus ad blaſphemandum Deum vi-

¶Ad.

uentem, & † exprobrandum ſermonibus quos

a ¶Noſtram latentem.

audiuit dominus De⁹ meus. Leua ergo oratio

a nem pro reliquijs quæ repertæ ſunt. Et vene-

a ¶Omnes duces regis, ſerui conſiliarij, amici. Vnde ab Abſalone dicitur Chuſi: Quare non iuiſti cum amico tuo?

b ¶Nota humilitatem, non ſe prophetam dicit.

b runt ſerui regis Ezechiæ ad Iſaiam. Et dixit ad g

a ¶Non meo. ¶Meus & eius.

eos Iſaias: Hæc dicetis domino ueſtro. Hæc

a ¶Comminationem.

dicit dominus: Ne timeas à facie verborum h

a ¶Famuli

quæ audiſti, quibus blaſphemauerunt pueri i

a ¶Non te.

c regis Aſſyriorum me. Ecce ego dabo ei ſpiri- k

a ¶De Tharacha, vt patebit in ſequenti.

b ¶Chaldæorum.

tum, & audiet nuncium, & reuertetur in ter- l m

a ¶Duo dicit, quod deſiderabat audire, ipſum ſcilicet à periculo liberandum, & hoſtem in terra ſua moriturum.

ram ſuam, & corruere eum faciam gladio in n

a ¶Domino permittente venit, ipſo præcipiente receſſit.

d terra ſua. Reuerſus eſt autem Rabſaces, & in- o p

a ¶Præliantem.

uenit regem Aſſyriorum aduerſus Lobnam.

a ¶Iam ſuperata Lachis vbi eum dimiſerat. ¶Vbi putabat eum eſſe. ¶Iam capta vel deſerta.

Audierat enim, quia profectus eſſet de La- q

a ¶Sennacherib.

chis, & audiuit de Tharacha rege Æthiopię, di- r s

a ¶Nuncios. ¶Hoc ſcilicet.

centes: Egreſſus eſt, vt pugnet contra te. Quod t

a ¶Vt quos non ceperat viribus, ſermone terreret.

cùm audiſſet, miſit nuncios ad Ezechiam, di-

cens: Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ † lo-

quentes: Non te decipiat Deus tuus, in quo tu u

confidis dicẽs: Non dabitur Ieruſalem in ma-

nu regis Aſſyriorum. Ecce tu audiſti omnia x

a ¶Patres mei.

quæ fecerunt omnes reges Aſſyriorum omni

a ¶Solus. ¶Ab vno.

bus terris quas ſubuerterũt: & tu poteris libe-

a ¶Cultores ſuos. b ¶Multi.

rari? Nunquid eruerunt eos dij Gentium

a ¶Reges Aſſyriorum. ¶Scilicet.

quos ſubuerterunt patres mei, Gozan & A-

a ¶Subuerterunt.

b ¶Orientalis regionis.

ran & Reſeph & filios Eden, qui erant in Tha

laſar? Vbi eſt rex Emath, & rex Arphat, & rex

¶Gentes vel ſecundum alios ciuitate.

vrbis Sepharuain, Ana & Aua? Et tulit Eze- y

a ¶Epiſtolas.

chias † libros de manu nunciorum, & legit eos, z

a ¶Contra Sennacherib blaſphemias, ſolita arma arripuit.

& aſcendit in domũ domini, & expandit eos a b

a ¶Confortatus, Iſaia dicente: Ne timeas.

e coram domino, & orauit ad dominum, di-

a ¶Hominum & angelorum.

cens: Domine exercituum Deus Iſrael, qui ſe- c d

des ſuper Cherubim, tu es Deus ſolus omniũ

regnorum terræ: tu feciſti cœlum & terram.

a ¶Ergo b ¶Exaudiendo.

c ¶Miſerando.

Inclina domine aurem tuam, & audi. Aperi e

a ¶Vindicando.

oculos tuos, & vide: & audi omnia verba ſen-

*eſt perturbationem mentis.* G

† angu...

*l* Et audiet nuncium. *de Taracha rege Aethiopũ inuadente regnum ſuum, vt habetur parte ſequenti.*

*m* Et reuertetur in terram ſuam, *ad eam defendendam.*

*n* Et corruere eum faciam gladio in terra ſua. *Hoc non fuit in iſta reuerſione, qua redijt pro defenſione terræ ſuæ, ſed in alia, quia debellato rege Aethiopũ, poſtea venit in Iudæam ad deſtruendam Ieruſalem. Et percuſſo ſuo exercitu ab Angelo fugiens, redijt in terram ſuam, & tunc filij huius interfecerunt eũ gladio, vt habetur in fine huius capituli.*

*o* Reuerſus eſt autem Rabſaces. *Hic ponitur ſecũda denunciatio prophetica de liberatione Ezechiæ & populi ſui. Et primò circa hoc ponitur comminatio Ezechiæ per regem Aſſyriorum. Secundò eius deuota oratio coram rege cœlorum, ibi: Et tulit Ezechias. Tertiò conſolatio eius per prophetam conſcium ſecretorum diuinorũ, ibi: Et miſit Iſaias. Circa primum notatur locus cum dicit: Reuerſus eſt autem Rabſaces per actio ſuo nuncio.*

*p* Et inuenit regem Aſſyriorum aduerſus Lobnam. *vbi erat fortalitium.*

*q* Audierat enim quia profectus eſſet. *ipſa expugnata.*

*r* Et audiuit. *ſcilicet Sennacherib.*

*s* De Taracha rege Aethiopię. *ſcilicet nuncios, qui ad hoc venerãt ad eum, dicentes quod ſequitur:*

*t* Egreſſus eſt ut pugnet contra te. *Quod cùm audiſſet miſit nuncios ad Ezechiam, ne gloriaretur aut aſſecuraretur in aliquo propter receſſum Sennacherib de Iudæa, aſſerens pro certo, quòd rediret contra eum & populum ſuum in tanta fortitudine, quòd non poſſet ei reſiſtere, non ſolùm uirtute humana, ſed nec etiam diuina: ideo ſubditur:* H

*u* Non te decipiat Deus tuus. *Et ſic blaſphemauit Deum tanquam falſiloquum & impotentem: & ad hoc inducit rationem, cum ſubditur:*

† dicens

*x* Ecce tu audiuiſti. *aliàs noſti: & eſt eadem ratio, quæ poſita eſt capitulo præcedenti à Rabſace dicta.*

*y* Et tulit Ezechias libros. *Hic conſequenter ponitur ipſius Ezechiæ deuota deprecatio cùm dicitur: Et tulit Ezechias. id eſt accepit.*

*z* Libros. *id eſt literas regis Aſſyriorum, qui ei comminabatur literis & verbis ad maiorem aſſertionem.*

*a* Et aſcendit in domum domini. *ad deuotius deprecandum ex ſanctitate loci.*

*b* Et expandit eos coram domino: & orauit ad dominum dic. *ſcilicet Ezechias, quia continebant blaſphemias contra ipſum, vt ſic indignaretur contra regem Aſſyriorum.*

*c* Domine exercituum. *id eſt Angelorum.*

*d* Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim tu es Deus. *Propiciatorium enim, quod ſedes Dei dicebatur, ſuper alas Cherubim ponebatur, vt dictum fuit Exod. vigeſimoquinto. & per hoc deſignabatur quod præerat omni angelicæ creaturæ.*

*e* Inclina domine aurem. *i. effe-* ¶ *ctum tuæ*





a *Vere enim domine de*. Multis probatur hiſtorijs veniſſe reges Perſarum in Grẽciam, & ſubuertiſſe & ſpoliaſſe templa. A

† in gloria ...

b *Et miſit*. Hiſtoria libri Regum & Paralipomenon admiſcetur prophetiæ, quia & prophetia de liberatione vrbis, de interitu Aſſyrij, de reuerſione ſolis, & de annis Ezechiæ additis.

c *Filia Ieruſalem*. Quæ prius reſponderat iam certa de vltione, ſecura de pœna.

d *Et exicca*. Tantus fuit exercitus, vt fluenta exiccarent, & ideo puteos, aquæ inopia facerent.

a *Superbia.*

## NICO. DE LYRA.

¶ *ctum tuæ iuſtitiæ oſtende contra Sennacherib te blaſphemantem. Cætera patent vſque ibi:*

*a* Cognoſ. omnia regna. *Conterendo Sennacherib, qui Deos aliarũ Gentium deſtruxit.*

*b* Et miſit. *Hic conſequenter ponitur Ezechiæ conſolatio per Iſaiam, ruinam Sennacherib de propinquo futuram denunciando. Et primò dicta ruina prædicitur, ſecundò ad hoc ſignum mirabile inducitur, ibi: Tibi autem. Circa primum dirigitur primò verbum ad Ezechiam, cum ſubditur:*

*c* Hęc dicit dominus. *Cuius verbum non poteſt eſſe falſum.*

*d* Pro quibus rogaſti me de Sennacherib rege Aſ. *Sunt exaudita.*

*e* Deſpexit te. *In corde ſuo virtutem tuam pro nihilo reputando.* B

*f* Et ſubſannauit te. *ſenſibili ſigno. Subſannatio enim proprie dicitur contemptus, qui fit per rugationem naſi.*

*g* Virgo filia Sion. *id eſt habitatio tẽpli in monte Sion, mihi dicta ſicut filia. Et dicitur virgo propter integritatem fidei, quæ ſemper remanſit ibi in aliquibus, & maximè etiam tunc vigebat tempore Ezechiæ.*

*h* Poſt te caput mouit. *Comminando à longè.*

*i* Filia Ieruſalem. *Quæ dicitur virgo & filia ratione iam dilecta, quia Ieruſalem fuit ciuitas electa ad Dei cultum, vt habetur. 2. Paralipo. 6. Conſequenter Iſaias dirigit ſermonẽ ad Sennacherib, dicens:*

*k* Cui exprobraſti, et quem &c. *Comminando & blaſphemando ex nimia ſuperbia: Et reſpondet propheta.*

*l* Ad ſanctum Iſra. *id eſt ad Deum ſanctificantem Iſrael. Vel ſic: Ad illum quem Iſrael adorat vt ſanctumſanctorum: & ſic ſuperbiſti contra Deum, & non contra hominem tantum.*

*m* In manu ſeruorum tuorum. *vt patet de Rabſace præcedenti capitulo, & de alijs nuncijs à Sennacherib miſſis, vt habetur in iſto capitulo. Et iſte fuit maior contemptus, quàm ſi Sennacherib hoc feciſſet in propria perſona, ſicut dare alapam alicui per perſonam vilem, quàm ſi aliquis notabilis hoc faceret manu propria.*

*n* Et dixiſti. *Preſumptuosè attribuendo tibi victorias, quas diuina virtute habuiſti. Ideo ſubditur: In multitudine quadrigarum mearum.*

*o* Ego aſcen. altitudines montium.

nacherib quę miſit † ad blaſphemandum

a ¶Non idola, non imagines mortuorum.

a Deum viuentem. Verè enim dñe deſertas

¶Idem conijciunt de bonis.

fecerunt reges Aſſyriorum terras & regio-

¶Idola.

nes earum, & dederunt Deos earũ igni. Nõ

¶Et merito. a ¶Idola & imagines mortuorum.

enim erant dij, ſed opera manuum homi-

¶Scilicet. ¶Alia ¶les. ¶deo.

num, lignum & lapis, & comminuerũt eos.

¶Sic.

Et nunc dñe Deus noſter ſalua nos de ma-

¶Sic. ¶Nomini tuo da gloriam.

nu eius, & cognoſcant omnia regna terræ, a

a ¶Non iuit, quia tam audacter orauerat, nec ad ſe vt prius miſerat.

b quia tu es Deus ſolus. Et miſit Iſaias filius b

¶Per nuncios.

Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit do- c

minus Deus Iſrael. Pro quibus rogaſti me d

de Sennacherib rege Aſſyriorum, hoc eſt

¶Sententia.

verbum quod loquutus eſt dominus ſuper

a ¶O Sennacherib. ¶Quando nuncij Ezechiæ non reſponderunt nuncijs tuis.

b ¶Non corrupta cultu idolorum.

eum. Deſpexit te, ſubſannauit te virgo filia e f

a ¶Fugientem. clxxxv. millibus interfectis.

c Sion: poſt te caput † mouit virgo filia Ieruſa g h

a ¶Ezechias ad Sennacherib. ¶Non mihi, ſed Deo. i

¶Per ſeruos tuos.

lem. Cui exprobraſti, & quem blaſphema- k

ſti, & ſuper quem exaltaſti vocem tuam, &

¶Proprium ſuperbiæ eſt ſupercilia erigere.

† leuaſti altitudinem oculorum tuorum?

a ¶Non ad me. b ¶Non tua propria, vt maior eſſet arrogantia.

Ad ſanctum Iſrael. In manu ſeruorum tuo- l m

¶Non mihi.

rum exprobraſti domino, & dixiſti: In mul- n

titudine quadrigarum mearum ego aſcen- o

¶Ieruſalem. ¶Id eſt templum.

di altitudinem montium, † iuga Libani, & p q

¶Regna.

ſuccidam excelſa cedrorum eius, & electas

a ¶Potentes reges Iudæis parentes. ¶Domum domini.

abietes illius, & introibo altitudinem ſum-

a ¶Populum. ¶Metaphoricos. Quaſi: In tranſitu reges & regiones ſubegi cum habitatoribus ſuis.

mitatis eius, ſaltum Carmeli eius. Ego fodi r s

d & bibi aquã, & exiccaui veſtigio pedis mei t

¶Populos. a ¶Dominus ad Iſaiam.

b ¶In ſpiritu.

omnes riuos † Aggerum. Nunquid non † au u

a ¶Ab æterno. b ¶Prædeſtinaueram.

c ¶Ab initio.

diſti quæ olim fecerim ei? Ex diebus anti- x y

a ¶Malum, quod per Sennacherib infertur: Non in hoc quod malum, ſed quod iuſtum, & omne iuſtum bonum.

b ¶Idem ſuper eum.

quis ego † plaſmaui illud, & nunc adduxi, & z a

a ¶Hoc malum. b ¶Meritis exigentibus. c ¶Principum.

factum eſt in eradicationem collium com- b

a ¶Intra ſe.

pugnantium, & ciuitatum munitarum. Ha c

a ¶Retracta ab auxilio earum. b ¶Mea.

c ¶Sub aduentu eius.

bitatores earũ breuiata † manu contremue-

a ¶Tremore. b ¶Cito conſumpti, peccatis impedientibus.

c ¶Non oliuæ non vineæ, nec fructuoſis arboribus comparantur.

runt. & confuſi ſunt, facti ſunt ſicut fœnum d

a ¶Termia (alias, Temna) quæ meſſem impedit.

agri & grãmen paſcuę, & herba tectorũ quę e

a ¶In manu Sennacherib. b ¶Ante mortis tempus.

c ¶Babylonis.

exaruit antequã matureſceret. Habitationẽ f

a ¶O Sennacherib.

b ¶Inde.

c ¶In terram Iudæorum.

tuam, & egreſſum tuũ, & introitum tuum g h

a ¶Prophetas cognoſcere feci & annunciare.

b ¶Quia dixiſti: Quis Deus poterit liberare vos de manu mea?

ego cognoui, & inſaniam tuam contra me. i k

*id eſt Iudææ, quæ eſt terra montuoſa.* C

*p* Iuga Libani. *id eſt montem Sion vbi erat templum, quod dicitur hic Libanus, eò quòd erat ædificatum de lignis Libani, vt habetur tertio Regum quinto. Et loquitur de futuro per modum præteriti, quia præ ſuperbia credebat certitudinaliter hoc futurum eſſe, ac ſi iam feciſſet: verumtamen quia realiter non erat factum, ideo ſubditur per modum futuri:*

*q* Et ſuccidam excelſa cedrorum eius, & electas abietes illius, et introibo altitudinem ſumitatis eius. *Templum enim erat ædificatum, partim de lignis cedrinis, & partim de abiegnis.*

*r* Saltum Carmeli eius. *ad deprędandum animalia quæ ibi depaſceban tur in magna copia.*

*s* Ego fodi & bibi aquam. *ſcilicet puteos & ciſternas de nouo. Et cauſa ſubditur:*

*t* Et exiccaui veſtigio pedis mei omnes riuos aggerum. *quaſi dicat. Tanta eſt multitudo exercitus mei in hominibus & animalibus, quòd aquæ præexiſtentes ibi non ſufficerent.*

*u* Nunquid non audiuiſti. *tu Sennacherib.*

*x* Quæ olim fecerim. *Creando mundum de nihilo. Vel aliter & melius, vt videtur: Quæ olim fecerim. transferendo regna de Gente in Gentem pro voluntate mea? quaſi diceret, ſic, vt ex annalibus & chronicis in conſpectu tuo lectis, ſicut & de Aſſuero legitur Eſther ſexto. In aliquibus libris additur ei. Sed non eſt in Hebræo, nec quarto Regum decimonono vbi ponitur iſta hiſtoria: ſi tamen additur non eſt referendum ad regem Aſſyriorum, vt aliqui expoſitores dicunt, ſed ad genus humanum cuius Deus tranſtulit poteſtates & regna, vt dictum eſt.* D

† latera

*y* Ex diebus antiquis. *id eſt ab æterno.*

*z* Ego plaſmaui illud. *id eſt diſpoſui fiendum quidquid fit ſucceſſione temporum.*

*a* Et nunc adduxi. *ſcilicet victorias quas per patres tuos & te feci propter peccata hominum punienda, ſecundum quod dicitur ſupra decimo. b. Væ Aſſur, virga furoris mei, & baculus ipſe eſt.*

† audiſtis

*b* Et factum eſt in eradicationem collium compugnantium & ciuitatum munitarum. *id eſt principum ad inuicem diſcordantium: quia aliqui volebant ſe reddere, alij verò contradicebant.*

*c* Habitatores earum breuiata manu contremuerunt, & confuſi ſunt. *poteſtate eorum diminuta.*

† ſine viribus

*d* Facti ſunt ſicut fœnum agri, & gramen. *in quo non eſt potentia reſiſtendi.*

*e* Et herba tectorum quæ exaruit antequam matur. *Quæ defecit antequam veniret ad perfectionem.*

*f* Habitationem tuam. *id eſt regnum tuum.*

*g* Et egreſſum tuum. *ad veniendum contra populum meum.*

*h* Et introitum tuum. *intra Iudæam.*

*i* Ego cognoui. *id eſt antè diſpoſui.*

*k* Et inſaniam tuam contra me. *Vt permitterem hoc te facere: quia Deus non eſt auctor mali culpæ, niſi tantum permiſſiuè.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Superbia.* Nõ vltra ſuſtinebo, vt ſcias te non viribus tuis hæc potuiſſe, ſed arbitrio meo. Merebantur enim impiæ Gentes & infructuoſæ arbores vt per te, quaſi ſecuri ſucciderentur.

b *Po. e.* Quaſi diceret cogitando inſidias ſuſpiras, ſed explere quæ appetis non valendo, omnipotentiæ meæ circulum in naribus portas, vt cũ bonorum mortem ardentius anhelas, ab eorum vita vacuus redeas.

c *Tibi autem.* Omnia hæc per nuncios ꝓpheta ad Ezechiam loquitur quid Sẽnacherib dixerit, quid ei dominus reſponderit. Nunc ad ipſum verba cõuertit, ne dubitet ventura quæ prædixit. In hoc eñ maximè prophetis credebatur: quia non ſolum longè poſt futura, ſed in proximo complenda teſtabantur.

d *Et in anno.* ſ. imminẽte meſſe irruerũt Aſſyrij, & vaſtauerũt meſſes, & vineta, & olineta: & obnimiã obſidionẽ, qđ ex granis repertũ eſt, habuerũt ĩ victũ primo anno & ſcđo: qa eñ in anno obſidionis ſerere non potuerunt, quę repererunt ex pomis & frugibus ſumpſerunt.

† mittet

e *Propterea.* Reuertitur ad propoſitũ, & poſt futurorum ſpem metum excutit præſentem. Nec enim tanta erit lętitia de his quæ promittebat futura, quanta de imminentibus cura.

f *Propter me.* Significat, quia nõ ex merito ſuo, ſed Dei clementia conſeruãtur, imo & patris eorum Dauid memoria. In quo admonentur ſuę negligentiæ, & fidei illius atq; iuſtitiæ quã tantum diligit Deus, vt poſteros ſanctorum merito eorum tueatur.

g *Et reuerſus.* Ideo reſeruatus, vt ſciat potentiam Dei & blaſphemantia cõ-

F primat ora: & prædicit maieſtatem illius quem ante deſpexerat.

h *Filij eius.* Inuidentes (ſecundum traditionem Iudæorum) Aſaraddon fratri ſuo, & ex altera matre, quẽ ob amorem matris ſibi decreuerat in regnũ ſuccedere. Et quia ille iam cęperat regnare, fugerunt occiſo patre. In hoc nequior populo ſuo oſtẽſus, quia nõ in terra ſua ab ipſo percuſſus: ſed ad gloriam Dei (ſicut Pharao inter multas plagas) reſeruatus à filijs in tẽplo Dei ſui occidendus.

*Filij Sennacherib quare fugerunt.*

i *Ararath.* Regio Armenię cãpeſtris, per quã fluit Araxes incredibilis vbertatis ad radicem Tauri montis, qui illuc vſque tenditur. Arca verò Noe nõ ad montes generalis Armeniæ dilata eſt, quæ appellata eſt Ararath, ſed ad montes Tauri altiſſimos qui imminẽt campis Ararath.

*Ararath*

† ſurrexit

† omnia

GLOS.

a ¶Quando dixi .ſ. In cęlum aſcendam, ſupra ſidera cęli ponam ſedem meam.

a Cùm fureres aduerſum me, ſuperbia tua aſcẽdit in aures meas. a b c

a ¶Potentia diuinitatis te refrenando.

b Ponã ergo circulũ in naribus d

a ¶Quibus blaſphemaſti me. b ¶A Ieruſalem in terram tuam.

tuis, & frenũ in labijs tuis, & reducam te in viam per quã veniſti. e f g

a ¶Propheta ad Ezechiam per nuncios. b ¶Salutis & eorum quæ futura prænuncio.

c Tibi autem hoc erit ſignum. Co h i

a ¶Quæ ſeuerant ſcilicet antequam veniret Aſſyrius.

mede hoc anno † quę ſponte na-

d ſcuntur, & in anno ſecundo po- k

¶Fugato Aſſyrio.

mis veſcere. In anno autẽ tertio l ſeminate, & metite, & plantate

¶Quæ vaſtatæ ſunt.

vineas, & comedite fructum ea-

a ¶Reliquiæ Iudæorum quæ ſe euaſuras non credunt ſed antam recipient abundantiam, vt quaſi arborum fertiliſſima pomis repleantur.

rũ. Et mittet id quod ſaluatum

¶Idem eſt.

fuerit de domo Iuda, & quod † re-

a ¶A ſimili arboris fructuoſę.

liquum eſt, mittet radices deorſum, & faciet fructum ſurſum. m n

a ¶Quia & decem tribus, & ciuitates Iudę vaſtatę.

Quia de Ieruſalem exibunt reli- o

a ¶Saluari.

quiæ, & ſaluatio de monte Sion. p

a ¶Dilectio & miſericordia, non eorum merita b ¶Quia contra aduerſarios zelatus eſt populũ tuum.

Zelus domini exercituum faciet q

e iſtud. Propterea hæc dicit domi- r

¶Quamuis obſideas.

nus de rege Aſſyriorum. Non † in s troibit ciuitatem hanc, & non ia- t

a ¶Vnde quenquam occidat.

ciet ibi ſagittã, & non occupabit u eam clypeus, & non mittet in cir x cumitu eius aggerem. In via y qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit dominus. Et protegã ciuita-

f tem iſtam, vt ſaluem eã propter

a ¶Non merito veſtro. ¶Nota ibi aliquos eſſe & fide & opere heredes Dauid. b ¶Pro bonis patribus etiam malis filijs miſeretur Deus.

me, & propter Dauid ſeruum z meũ. Egreſſus eſt aũt angelus do- a

a ¶Dei potentia ſine vulnere occidit, & in cinerem redegit.

mini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorũ, centum octogintaquinq;

a ¶Sennacherib. & pauci cum eo decem tantum, vt tradunt Hebręi & Iſraelitę.

milia. Et † ſurrexerũt mane, & ecce † omnes cadauera mortuorũ.

a ¶Mortui erant.

¶A Iudęa.

g Et egreſſus eſt & abijt. Et reuerſus b eſt Sennacherib rex Aſſyriorum, & habitauit in Niniue. Et factũ c

a ¶Contemptor veri Dei quaſi victor.

eſt cùm adoraret in templo Neſrach Deũ ſuum, Adramelech &

a ¶Non angelus, a quo percuſſis alijs, parricidio filiorum reſeruatus eſt.

h Saraſar filij eius percuſſerũt eum

i gladio, fugeruntq; in terram Ara d

a ¶Qui miſit Samariæ cultores ne inculta remaneret.

rath: & regnauit Aſaraddon filius eius pro eo.

## NICOL. DE LYRA.

a Cum fureres aduer. me. *meam maieſtatem blaſphemando.*

b Superbia tua. *qua facta prædicta attribuiſti tuæ virtuti.*

c Aſcendit in aures meas. *q. d. tempus eſt te reprimendi & puniendi. ideo ſubditur:*

d Ponam ergo c. in naribus tuis. *ſicut fit bubalis, vt iugo ſupponantur.*

e Et frenum in la. tuis. *ſicut equis indomitis.*

f Et reducam te. *malis gratibus tuis.*

g In uia per quam ueniſti. *vt habetur infra eodem capitu.*

h Tibi autem hoc erit ſig. *Hic ad prædictorum confirmationem datur mirabile ſignum, cum ſubditur:*

i Comede hoc an. q̃ ſp. na. *i. ſine cultura hominis: & illa fuerunt quę germinauerũt ex granis contritis ab exercitu Sennacherib, qui vaſtauit & diripuit bona terræ, quando iuit ad pugnandum contra regem Aethiopiæ, vt dictum eſt, quia ſicut dicunt Hebræi, ex illis granis tot bona creuerũt, ꝙ totus populus Ezechiæ potuit vno anno ex illis viuere.* G

k Et in a. ſ. p. u. *dicit Ra. Sa. ꝙ exercitus Sennacherib preciderat arbores fructuoſas, & ipſę, Ezechiæ promittitur, ꝙ miraculosè facerent ramos ita magnos, quod de fructibus ibi naſcentibus populus anno ſecundo poterit ſuſtentari.*

Dimiſſa

l In anno autem ter. ſemina. *q. d. O tu Ezechia cùm videris iſta duo ſigna, ſcias ruinam Sennacherib futuram in principio anni tertij, quando reuertetur ad obſidendum Ieruſalem, ita quòd ipſo deiecto poteris tute ſeminare & metere & viuere quietè, ideo ſequitur: Et mittet, Subditur:*

† decidua & anno ſecundo ſponte naſcentia.

m Radices deorſum. *i. ſtabilietur in terra.*

n Et faciet fructum ſurſum. *i. opera ſancta.*

o Quia de Ieruſalem exibunt reli. *i. duæ tribus quæ remanſerant, alijs decem captiuatis, & iſtæ duæ tribus timore Sennacherib intrauerunt Ieruſalẽ fugiendo de circunſtãtibus locis timore Sennacherib: ſed exercitu eius percuſſo exierunt inde ſecurè ad loca ſua redeuntes.*

p Et ſaluatio de monte Sion. *quia orationes Ezechiæ ibidem in templo ſtantis & ſacrificia Sacerdotum cum precibus Iſaiæ meruerunt illam ſaluationem populi de manu Sennacherib.*

† reliquiæ

q Zelus domi. *vindicans blaſphemiam Sennacherib.*

r Propterea hæc dicit dominus. *cuius verbum non poteſt eſſe falſum.*

s Non intrabit ciuitatem hanc. *vt credit.*

t Et non iaciet ibi ſagittam. *quia non permittetur tantùm appropinquare, vt hoc poſſit facere.*

u Et non occupabit eam clypeus. *i. bellatores clypeati ad inuadendum ciuitatem parati. vnde 4. Regum 19. g. dicitur: Et nõ occupabit eam munitio, quia ſicut dicit Ra. Sa. adhuc exercitus Sennacherib non erat antè Ieruſalem: quia fuit percuſſus in Nobe, quę nõ multum diſtat à Ieruſalem: & huic cõſonat quod dictum eſt ſuprà decimo. g. Adhuc dies eſt, vt in Nobe ſtetur: Et dicitur ibi: Nob locus ille quem Rab. Sal. vocat Nobe.*

† intrabit

H

x Et non mit. in circumi. eius ag. *ad implẽdum foſſata.*

y In via qua venit, *quia compulſus fuit fugiendo redire in terram ſuam, vt habetur parte ſeq.*

z Propter me. *i. propter meam iuſtitiam demonſtrandam in Sẽnacherib deſtructione, & gloriam meam in templi protectione.*

a Egreſſus eſt autem. *Pręmiſſa denunciatione prophetica de ruina Sennacherib: Hic conſequenter ponitur executio angelica, vbi primo ponitur percuſſio exercitus, cùm dicitur: Egreſſus eſt autem. Secundò percuſſio regis, cùm dicitur:*

b Et egreſſus eſt. *de Iudæa confuſibiliter fugiens.*

c Et factum eſt cum adoraret. *Dicunt aliqui, ꝙ hoc fuit quia ordinauerat Aſaraddon regnaturũ poſt ſe, iſtis duobus ſcilicet Adramelech & Saraſar filijs ſuis poſtpoſitis: & ſic interfecerunt eum deſiderio regnandi. Sed huic videtur obuiare quod ſubditur:*

d Fugeruntq; in terram Ararath. *id eſt Armeniæ, & ſic videtur quòd non interfecerunt eum cupiditate regnandi: propter quod Rab. Sa. aliam cauſam aſſignat dicens, quòd principes regni ſui erant turbati contra eum, eò quod filij eorum & amici fuerant mortui propter eius ſuperbiam & blaſphemiam contra Deum Iſraęl, vt dictum eſt: propter quod tractabant de morte ipſius: Quod cùm ad aures eius perueniſſet intrauit templum Dei ſui, orans & promittens quòd ſi periculum hoc euaderet in eius honorem duos filios prædictos ſacrificaret: quod intelligentes filij eum interfecerunt, ne ab eo occiderentur, & huic conſonat quod dicitur: Cum adoraret.*

¶ a In



A

GLOSSA ORDIN. CAP. XXXVIII.

IN *diebus illis ægrotauit.* Quia de victoria dignas Deo grates non retulit, ſed in ſuperbia euanuit, ſicut Reg. & Paralip. liber aperit. vnde: Quem Deus diligit, corripit, ne eleuetur in ſuperbiam poſt incredibiles triumphos.

b *Morieris tu.* Cui ſimile: Niniue ſubuertetur, & multa ſub comminatione prædicta, nec impleta non Deo mutante ſententiam, ſed prouocante nos ad ſui notitiam. Dominus. n. patiens eſt ſuper malitia. Auguſt. In pſal. 50. Incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Super hoc incerto Niniuitæ pœnituerunt: dixerunt enim: Quis ſcit ſi conuer. & ig. Deus? Stetit ergo Niniue, an euerſa eſt? Aliter videtur hominibus, aliter Deo. Ego autẽ impletum eſſe quod ꝓpheta prædixit video. Reſpice quæ fuit Niniue, & vide, quia euerſa eſt in malo, ędificata eſt in bono. Sic dictum eſt Ieremiæ: Ecce dabo tibi eradicare, ſuffodere, & rurſus ędificare & plantare. Inde eſt etiam illa vox: Ego percutiam, et ego ſanabo. Greg. Cum prophetia rerum euentus immobili veritate pronunciet, falſum videtur quod Iſaias ait ad regem ęgrotãtem: Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. cum regi pœnitenti & oranti quindecim annos addiderit dominus ad vitam. Similiter de Iona dicitur quod prædicauit Niniuitis: Adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur, & tamẽ poſtea ante. 40. dies Niniuitæ miſericordiam Dei conſecuti ſunt. Sed dicendum eſt quòd prophetæ in libro ipſo præſcientiæ Dei vbi omnia ſcripta ſunt legentes, non omnia percipiebant, ſed quædam, & eodem modo quo Deus pmittebat. Legerat enim Iſaias in illo libro,

B quòd rex Ezechias ſecũdum opera quæ fecerat longiorem non merebatur vitam, & ſecundum rei phyſicam viuere non poterat. Sed non legerat, quòd per lachrymas & orationes eſſet impetraturus. Legerat ſimiliter Ionas in eodẽ libro quòd Niniuitarum nequitia ſecũdum hoc quod agebant quadrageſima die complenda erat, & ita ciuitas eorum deſtruenda. Sed illud non legerat quòd per ſuam commonitionem eſſent acturi pœnitentiam, & ita miſericordiam conſecuturi. Vterque igitur quod legerat prædicauit, & quantum ad eos pertinebat, incommutabilis erat veritas, quia neminem intendebant fallere. Dicit enim Aug. Quicunque ſic credit vt loquitur, & ſi non vera loquitur, tamen fideliter loquitur. Deus etiam ſecundũ quod Greg. dicit, ſententiam mutat, ſed non conſilium. Sententiã debemus intelligere ſenſum verborum, cõſilium vero ab ęterna diſpoſitione eſt. Sententiam verò ſeruis ſuis Deus reuelauerat. non tamen conſilium, ſed ut eorum comminationibus pœnitentiam incuteret populis ſuis, & ſic eorum miſereretur. Videtur tamẽ, quòd ea verba quæ dixerunt, in libro vitæ non legiſſent. Cùm enim Iſaias ſimpliciter diceret, morieris & non viues, & Ionas: Niniue ſubuertetur, & iſta non eſſent futura, non videntur illa eſſe in libro Dei quæ non erant futura. Sed ſciendum eſt, ꝙ Deus duobus modis aliquas res conſiderat, ſecundum merita & ſecundum rei naturam (quæ dicuntur cauſę inferiores eſſe) & ſecũdum ſuum conſilium. Vnde Ezechiã moriturum Deus præuiderat ſecũdum meritum vel ſecundum phyſicam, licèt non futurum & non moriturum ſecundum conſilium ſuum. Vtrunq; igitur ſcriptum erat in libro vitę, ſed alterũ ſuo prophetæ permiſit legendum, alterum verò non permiſſum eſt. Verum dixit. nec eſt deceptus, qa ſic legit, nec eſt mentitus quia ſic credidit, & ſecundũ illas inferiores cauſas locutus eſt, quamuis ſimpliciter & ſine additamento. Si quis videret cęcum & diceret: Iſte amplius nõ videbit, etiam ſi diuino cõſilio lumen reciperet: ille nõ mentiretur, quia rei phyſicam eſt ſecutus. Eodem modo & Ionas ſubuerſionem Niniuitarũ vidit in mente diuina, quæ tamen futura non erat, quia illud quod vidit, ſecũdum merita eorum vidit. Quòd verò conuerſi ſunt conſilio Dei fuit, quod ipſe non vidit. C

*Res aliqua a Deo duobus modis cõſideratur*

† Præcipe

c *Ad parietem.* Templi, ſcilicet iuxta quod Salomon extruxit palatium.

d *Obſecro domine.* Iturus ad dominum narrat opera ſua. Fœlix conſcientia, quæ in tempore malorum poteſt recordari bonorum. Obſecro domine. audiens ſe moriturũ, non annos plurimos petit, ſed Dei iudicio dimittit quid pręſtare velit. Nouerat Salomonem Deo placuiſſe, quia non petierat ampliores annos vitæ.

† lachrymã tuam

D

e *Et quod bonum.* Idola patris ſui deſtruxit, oſtia domus dñi quæ ille clauſerat aperuit: ſerpentem ęneum quem in Gabaon Iudæi adorabant comminuit, & in ventum ſparſit.

*3. Reg. 3. b* *2. Par. 28. d* *4. Reg. 18.*

f *Et fleuit.* Fleuit quia moriebatur ſine filijs, & promiſſionem patribus ſuis factam timebat perituram pro peccatis ſuis: de qua ad Dauid: Cum dormieris cum patribus tuis ſuſcitabo ſemen tuum quod egredietur de lumbis tuis, & ponam illud ſuper thronum Iſrael in ſempiternum, & erit mihi in filium, & ego ero illi in patrem. Alij aſſerunt etiam ſanctos morte terreri pro incertitudine iudicij. Notandum autem, quòd dies mortis non neceſſitate ſingulis præſcita ſit, ſed volũtate Dei & ignotis mortalibus cauſis, vel viuat aliquis vel moriatur, præſertim cùm nunc ſtatuta mortis neceſſitas differatur, & poſt mortem plurimos reſuſcitatos legamus.

*1. Par. 17. b*

g *Et factum eſt ver. do.* Prępoſtero ordine hic refertur hiſtoria, quæ in Regum volumine conſequentius legitur.

h *Ecce ego adijciam ſuper dies.* Secundum quod viſum eſt.

In

CAP. XXXVIII.

¶Id eſt quibus mortuus eſt Sennacherib.

a IN diebus illis ægrotauit Ezechias vſque ad mortem. Et introiuit ad eum Iſaias filius Amos † propheta, & dixit ei: Hæc dicit a

a ¶Quis in regno ſuccedat &c.

dominus: † Diſpone domui tuæ, b

b quia morieris tu, & nõ viues. Et con c

a ¶Quia ad templum ire non poterat. ¶Domus vel templi, ne gemitus audiatur vel lachrymæ videantur.

c uertit Ezechias faciem ſuam ad parietem, & orauit ad dominũ, & di-

d xit: Obſecro domine memẽto quęſo quomodo ambulauerim corã te d

a ¶Religionis. b ¶Non claudicans poſt idola. Quis enim gloriatur mundum ſe habere cor?

e in veritate, & in corde pfecto, & qđ

f bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et

¶Priuſquam exiret mediam partem atrij.

g fleuit Ezechias fletu magno. Et fa- e ctum eſt verbũ domini ad Iſaiam dicens: Vade & dic Ezechiæ: Hæc

a ¶Cuius promiſſionem deſideras opera ſectaris. Fecit enim rectum ſicut Dauid pater eius.

dicit dñs Deus Dauid patris tui:

a ¶Quia ambulaſti in veritate & in corde perfecto.

Audiui orationẽ tuam, & vidi † la-

a ¶Quia fleuiſti fletu magno.

h chrymas tuas. Ecce ego adijciam f

## NIC. DE LYRA. CAP. XXXVIII.

IN diebus illis. *Poſt liberationem Ezechiæ ab hoſte, hic conſequenter ponitur eius liberatio ab infirmitate. Circa quod primò ponitur eius mirabilis ſanatio, ſecundò reprimitur ex hoc reſurgens elatio, ca. ſe. Prima in tres, quia primò denũciatur ſanatio, ſecundò interponitur Ezechiæ oratio ibi: Scriptura. tertiò ſanationis executio, ibi: Et iuſſit. Prima in duas: quia primò ſanatio denunciatur, ſecundò, ad hoc ſignum mirabile datur. ibi: Hoc autem. Circa primum præmittitur infirmitas, ſecundò nunciatur ſanitas, ibi: Et factum eſt. Circa primum dicitur:*

a In diebus illis ægro. *id eſt taliter, quòd non poterat curari per naturam. Dicunt autem aliqui, quod hoc contigit ei eo quòd non reddiderat gratias domino ſufficienter de percuſſione exercitus Sennacherib. Sed hoc improbat Ra. Sa. per hoc quòd Iſaias dixit ſibi poſtea: Et de manu regis Aſſyriorum eruam te & ciuitatem iſtam. Ex quo videtur, quòd illa percuſſio exercitus fuit poſt infirmitatem Ezechiæ, & non ante, propter quod dicit hoc ei accidiſſe, eo quòd noluerat vxorem accipere, quod tñ facere tenebatur, vt linea Dauid in regno per ipſum continuaretur, propter qđ conualeſcens accepit vxorem de qua genuit Manaſſen. Et huic dicto concordare videtur quod habetur. 4. Reg. 21. vbi dicitur ꝙ Manaſſes erat duodecim annorum cùm regnare cępiſſet immediate poſt mortem Ezechiæ, qui vixit quindecim annis poſt ſanationem iſtam, ideo dicit Rab. Sa. quòd illud quod ſequitur:*

b Diſpone domui tuæ, quia mo. *i. fac teſtamentum tuum: Iſaias Ezechiæ tertia die ante percuſſionem exercitus Sennacherib, & tertia die ſequenti qua fuit illa percuſſio facta, Ezechias ſanatus aſcendit in domum domini, vt habetur. 4. Reg. 20.*

c Et conuertit Ezechias faciem ſuam ad parietem. *Vt oraret ſecretius & deuotius, & non impediretur ab aſſiſtentibus.*

d Obſecro do. memento quæſo quomodo ambu. &c. *Hoc non dixit ad iactantiam, ſed magis ad gratiarum actionem. recognoſcens quòd hoc proceſſiſſet ex bonitate diuina, vt ſic gratus de pręcedentibus, vlteriorem gratiam impetraret.*

e Et factum eſt verbum do. ad Iſaiam dicens. *Hic conſequenter denunciatur eius ſanitas. & patet litera vſque ibi:*

f Ecce ego adijciam ſuper dies tuos. *Quos iam perfeciſti.*

¶ a Quin.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E In ſciētia enim in qua & hi anni erant, nihil additum eſt. Præſciebat enim Deus, cum quidem vſq; ad mortem infirmitate animi affligendum, ſed oratione & pœnitentia conualiturum. Dicunt quidam quòd malè viuendo, non mereatur quis ad vitæ ſuæ terminum peruenire, vel benè agendo, ante tempus mereatur rapi ad præmia vitæ, vnde: Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. Et illud: Raptus eſt ne malitia mutaret cor illius. Hiſtoria libri Regum & Paral. prophetiæ mixta eſt, quia & prophetia hiſtoriæ copulata, de liberatione vrbis, de interitu Aſſyrij, de reuerſione ſolis, & de annis Ezechiæ additis.

Pſ. 54. d. Sap. 4. c

a *Hoc autem tibi erit ſignum à domino quia faciet dominus &c.* Præſentis ſcilicet temporis & futuri, vt quomodo ſol reuertitur ad exordium ſui, ita Ezechiæ vita ad euolutos redeat annos. Nobis quoque in Hebdoade & Ogdoade viuentibus poſt reſurrectionem Chriſti vitæ ſpacia protelentur.

†ſepulchri

b *Ego dixi.* Cùm Deus Ezechiæ ſine labore victoriam dediſſet, nec ille ei condignas gratias reddidiſſet, infirmitate coactus laudes perſoluit, quas in proſperitate neglexit, & poſtquàm conualuit, quæ in anguſtia cogitauerat, edicit: Ego dixi in dimidio. Sancti implent dies ſuos ſanctos: Abrahā mortuus eſt plenus dierum in ſenectute bona: peccatores in dimidio dierum moriuntur.

†domini

F

c *In dimidio dierum meorum & cęt.* Vnde: Viri impij & doloſi non dimidiabunt dies ſuos, quia non implent opera virtutum, nec pęnitendo emendant delicta.

d *Ad portas inferi.* Vbi conſtituta eſt domus omni viuenti ante aduentum Chriſti.

a *Quietis*

---

¶Quos non poſtulaſti.

ſuper dies tuos quindecim annos, & a

¶Inſuper regni ſecuritas promittitur.

de manu regis Aſſyriorum eruam te, & ciuitatem iſtam, & protegam eam.

¶Iudæi ſemper quærunt ſignum:

a Hoc autem tibi erit ſignum à domi- b

no quia faciet dominus verbum hoc

quod loquutus eſt: Ecce ego reuerti c

faciam vmbram linearum, per quas

deſcēderat in horologio Achaz in ſo-

a ¶A decima enim hora in primam, & penè duplicatus eſt dies.

le retrorſum decem lineis: & reuer-

ſus eſt ſol decē lineis per gradus quos

a ¶LXX. oratio: ſed hoc melius, quia præterita narrat de beneficio agens gratias.

deſcenderat. Scriptura Ezechiæ re- d

gis Iuda, cùm ęgrotaſſet & conualuiſ-

a ¶Deſperando.

¶In anguſtia.

b ſet de infirmitate ſua. Ego dixi: † In e

c

a ¶Quia non complebo numerum annorum meorum ſicut patres mei.

dimidio dierum meorum, vadam ad f

a ¶Id eſt vita quæ porta inferi.

b ¶A domino.

d portas † Inferi. † Quæſiui reſidu- g

a ¶Ob ſuperbiam mihi ablatum. b ¶Apud me.

c ¶Damnatur apud inferos.

ūm annorum meorum. Dixi: Non h i

a ¶Beatitudine.

b ¶Sanctorum.

videbo † Deum in terra viuenti- K

a ¶Timet, ne aſpiciat cum ſanctis Dei, & habitet in requie, & Deum videat.

b ¶Chriſtum nobis promiſſum, verum hominem & verum Deum.

um, non aſpiciam hominem vltrà,

*¶Vtrum autem iſtæ dies ſub Ezechia fuerit maior, quàm illa quæ prolongata fuerit tempore Ioſue dictum fuit Ioſue. x. cap.*




*¶Figura ſecundum ſecundam opinionem, in qua quælibet linea fecit vnam horam.*

## NICOLAVS DE LY.

a Quindecim annos, & de manu regis Aſſyriorum eruam te. & ciuitatem iſtam, & protegam eam. *Iſta fuit prophetia prædeſtinationis, quæ eſt, quando fit reuelatio prophetæ alicuius futuri: prout eſt in diſpoſitione diuina & eius præſcientia, & hæc infallibiliter impletur, quia diuina præſcientia eſt immutabilis. prophetia autem ſupra poſita quæ dixit: Morieris tu, & non viues, fuit prophetia comminationis, quæ eſt quando reuelatur aliquid futurum, non prout eſt in mente diuina, ſed prout eſt in cauſis inferioribus, & ſic erat de infirmitate Ezechiæ, quæ erat incurabilis per naturam, non tamen per hoc excludebatur quin diuina virtute curaretur: & ideo talis prophetia non ſemper impletur.*

b Hoc autem tibi erit ſignum à domino quia faci t dominus uerbum hoc quod loquutus eſt. *Hic conſequenter datur ſignum mirabile ad confirmationem dictæ prophetiæ, quæ erat prædeſtinationis, cùm dicitur in perſona domini.*

c Ecce ego reuerti faciam umbram linearum per quas deſcenderat in horologio Achaz in ſole retrorſum decem lineis, et reuerſus eſt ſol decem lineis per gr. &c. *Et hoc patet, quod illud horologium erat ad ſolem ad cognoſcendum horas diei per vmbram & dicunt aliqui, quod duæ lineæ faciebant vnam horam, & ſecundum hoc illa dies artificialis fuit augmentata decem horis tantum, ſcilicet quinque horis in regreſſu ſolis verſus orientem, & quinque horis redeundo ad locum vbi inceperat retroceſſio. Alij verò dicunt, & conueniens videtur, quod quælibet linea faciebat vnā horam: & ſic illa dies artificialis fuit augmentata viginti horis, decem retrocedendo ad orientem, & decem redeundo ad locum priſtinum, & ſic illa dies artificialis fuit trigintaduarum horarum. quia antequam ſol retrocederet, habuerat decem horas, & poſtea per retroceſſum & regreſſionem viginti, & tandem duas habuit ſole tendente ad occaſum. Et hæc videtur opinio Dioniſij in epiſtola ad Policarpum, vbi loquens de iſta retroceſſione ſolis, dicit ſic: Sol cùm decima hora eſſet Deo præcipiente repedauit ad orientem alijs decem horis deſignatis, deinde rurſus decem horis alijs ad occidentem currente ſole: ſed & reſiduis diei duabus horis &c.*

G

†in excisione dierum meorum. † Quæsiui residuum

d Scriptura Ezechiæ regis Iuda, cùm ęgrotaſſet & conualuiſſet de infirmitate ſua &c. *Hic interponitur oratio Ezechiæ pro gratiarum actione de ſua ſanatione. & primò præmittitur titulus cùm dicitur: Scriptura, & cætera. ſecundò tractatur, cùm dicitur: Ego dixi. Et diuiditur in duas partes, quia primò Ezechias recolit anxietatem animi in qua fuerat. ſecundò bonum quod Deus ſibi per Iſaiam promiſerat, ibi: Tu autem eruiſti. Circa primum dicit:*

Diuiſio

H

e In dimidio dierum meorum. *Tunc enim Ezechias erat in trigeſimonono anno vitæ ſuæ. Quod ſic patet, quia quarto Regum decimooctauo. a. dicitur quòd Ezechias erat vigintiquinque annorum, quando regnare cœpit, & vigintinouem annis regnauit, ſimul iuncti faciunt quinquagintaquatuor annos, à quibus ſi ſubtrahantur quindecim, quibus regnauit poſt infirmitatem iſtam, remanent trigintanouem, & ſic erat in trigeſimo nono anno, qū infirmatus fuit: quod eſt quaſi medium vitæ hominis ſecundum curſum naturæ.*

f Vadam ad portas inferi. *In Hebræo habetur* שאול *ſeol, quod aliquando accipitur pro foſſa vel ſepulchro, & ſic accipitur quantum ad corpus Ezechiæ. Aliquando autem accipitur pro inferno, & ſic accipitur quantum ad animam eius: Accipiendo tamen infernum pro limbo patrum, & ideo non dicitur hic ad infernum, ſed ad portas inferi, quia limbus ille à ſanctis dicitur eſſe in parte ſuperiori inferni.*

g Quæſiui reſiduum annorum meorum. & cætera. *id eſt mecum conſiderabam, quot annis poſſem viuere per naturam.*

h Dixi. *Audito verbo Iſaiæ: morieris tu, & cætera.*

i Non uidebo dominum. *id eſt templum domini.*

K In terra uiuentium. *Inter omnes viuentes*: non aſpiciam hominem vltrà & cætera. *In præſenti vita.*

a Et



¶ Licèt expoſitio poſtillatoris de hoc quod dr̃: Super montem excelſum,&c. ſit ſatis conſona literæ & veritati ſecundum tranſlationem noſtram, ſecundum tamen Heb.veritatem non totaliter conſonat literæ. Pro quo ſciendum quod Grammatica Hebraici ſermonis à multis deuiat a Grãmatica Latina, & ſpecialiter in hoc, quod ſecundum Grammaticam Hebraicam in verbis hr̃ differentia inter ſexum maſculinum,& femininum, ſicut nos habemus in nominibus,& hoc ſecundum quamlibet differentiam trium perſonarum. Verbi gratia, aliter dicitur à fœmina,ego comedo,quam à maſculo, & ſic in ſecunda & tertia perſona. Similiter in hoc pronomine tu tui,&c. eſt differentia inter ſexum maſculinum & fœmininum: Loquens enim cum maſculo aliter pronominat tu,quam ſi cum fœmina loqueretur: & hoc eſt valde manifeſtum cuicunq; habenti aliqualem notitiam in illa lingua. vnde in hoc loco vbi dicitur: Super montem excelſum aſcende,li aſcende,eſt fœminini generis,non maſculini. Similiter li tu,& li Euangelizas,& li exalta, & ſic de cæteris verbis & pronominibus hic contentis,quæ omnino pertinent ad fœmininum genus vſq; ibi: Ecce Deus veſter. & ideo vt magis propriè hæc verba ſecundum veram literam Hebraicam intelligantur,referenda ſunt ad beatam virginem & ad ſanctam Eliſabeth, ſecũdum ea quæ traduntur de eis Luc.1. vt ſit ſenſus, ꝙ Iſa.in perſona domini dicit beatæ virgini; Super montem excelſum aſcende tu quæ Euangelizas Sion.ſ.beata virgo: quod impletum eſt quando concepto filio Dei in vtero virginali Maria exurgens perrexit in montana,vbi manifeſtè patet quod aſcendit in montem excelſum: nam Iudea vbi Zacharias manebat,erat altior Galilæa,à qua receſſit Maria. Chriſtus,n.de Galilæa in Ieruſalem pergens dicebat: Ecce aſcendimus Ieroſolymam, & quia de Galilæa in Ieruſalem beata virgo non per planam viam,ſed per montana fuit,ideo propriè ei dicitur: Super montem excelſum aſcende. Et quia in ſua ſalutione ad Eliſabet non ſolum mater, ſed etiam infans in vtero eius Chriſtum inſtinctu ſpiritusſancti cognouit: quia vt dicitur Luc.1.d. Factum eſt cum audiuit ſalutationem Mariæ Eliſabet, exultauit infans cũ gaudio; in quo deſignatur gaudium de præſentia dñi, ideo de beata virgine in ipſa ſancta ſalutatione propriè intelligitur. Quæ Euangelizas Sion. ſ.quæ nuncias bona ſanctis animabus.ſ.Eliſabet & Iohãni. Conſequenter propheta in perſona domini alloquitur ipſam Eliſabet,di. Exalta vocem tuam quæ Euangelizas Ieruſalem: quod impletum eſt quando Eliſabet exclamauit voce magna Euangelizãdo ipſi Ieruſalem videlicet beatæ virgini dicendo: Beata quæ credi.quoniam perfi.in te quæ dicta ſunt tibi à domino. Luc. vbi ſup. Conſequenter propheta in perſona dñi alloquitur uirginem di. Exalta,noli timere. In quo innuit canticum eius altiori voce formãdum,quam cum primò ſolũ ſalutando Euangelizauit.q.d.Non tantum loquere uoce ſubmiſſa,prout ſufficit ad cognatæ tuę ſalutationem,ſed etiam exalta uocẽ. ſ.prout requiritur ad modum cantici: per qđ canticum ciuitatibus Iudæ.ideſt eccleſijs præſentibus & futuris annuncies præſentiã filij Dei in te incarnati. & hoc eſt qđ dicit: Dic ciuitatibus Iudæ: Ecce Deus ueſter,qđ continuè impletur in eccleſijs,cũ per canticũ prædictũ ſolẽniter memoratur ſeu annũciatur aduentus dñi in eadẽ uirgine: Interpoſuit tñ ibi propheta: Noli timere,quia uirginalis pudicitia pauida eſt & timida. unde angelus ei dixit: Ne timeas Maria. Et etiam ut innueret, qđ tanta erat humilitas uirginis, qđ non præſumebat canticũ publicè cantandũ formare, niſi ſpiritusſancti inſtinctus eã†tangeret ſeu moueret. De quibuſdã aũt in cantico uirginis contentis,quædam innuendo propheta hic ponit,ut cũ dicit: Ecce dñs in fortitudine ueniet,& brachiũ eius dominabitur. Quæ quidẽ uerba uñr correſpondere huic qđ dr̃ in cantico. Fecit potentiã in brachio ſuo. Vtrobiq;.n.datur intelligi ꝙ incarnatio filij Dei pertinet ad infinitatẽ diuinæ potentiæ. Et ſequitur: Ecce merces eius cum eo: In propheticis.n.locutionibus promittebatur incarnatio filij Dei quaſi merces à Deo dãda in futurum. ſicut Gen.22.d. Abrahæ dictũ fuit: Benedicentur in ſemine tuo oẽs Gentes,ſed in prædicto cantico hæc merces,ut iam data annunciatur. unde dicit: Suſcepit Iſrael puerum ſuum: cui correſpõdent uerba prophetæ,di. Ecce merces eius cum eo. Et quia ut dicit Greg.in benedictione cerei: Nihil nobis naſci profuit, niſi redimi profuiſſet, ideo ſubdit: Et opus illius coram illo. ſ.opus redemptionis, quod maximè pertinet ad diuinam miſericordiam: quæ inter diuina opera præeminet, unde Pſal.144.b. Miſerationes eius ſuper omnia opera eius: & ideo in cantico eum dixiſſet: Suſcepit Iſrael puerum ſuum. ſubdit: Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ. Sequitur: Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: In quo innuit propheta, ꝙ Chriſtus ſe haberet ut paſtor ad gregem ſuum: non ut ad gregem alienum ſicut mercenarius, cui non eſt cura de ouibus, Iohan.10.b. quod correſpondet huic quod dicitur in cantico. Sicut locutus eſt,etc. Ad patres enim ſemper ſe habuit Deus ut paſtor cum proprio grege. unde Pſal.94.b. Nos autem populus eius,etc. Cætera exponantur,ut in poſti. Quæ quidem expoſitio non ſolum uidetur conſona literæ,ſed in ſe rationabilis. Iſaias.n.qui Euangelicus propheta dicitur,vt in prologo et in proemio,ſicut de uoce Baptiſtæ in deſerto clamãtis hiſtoriã propheticè texuit, ut ſtatim ſupra. Sic nõ immeritò de uoce uirginis ſalutãtis et cantãtis ꝓpheticã hiſtoriam

H



A

ſtoriam prædicere debuit: præmittit tamen hiſtoriam de voce Baptiſtæ,quamuis ordine temporis poſterior fuit, eò ꝙ illa fuit omnibus notior: A notioribus enim incipit proceſſus diſciplinæ. prout in primo Phyſic.

*In eo.cap. vbi dicitur in poſtil. Præ multitudine fortitudinis & roboris.*

ADDITIO II.

¶ Vbi nos habemus: Præ multitudine fortitudinis, Hebraica litera ſic habet: Præ multitudine & fortitudine roboris & virtutis nec vnus defuit. Cuius ſenſus poteſt eſſe talis,quòd militia cœleſtis quæ in tanta multitudine eſt, conſiderari debet ꝙ quælibet ſtella habet fortitudinem. ſ.potentiam & virtutem actiuam ad influendum in iſtis inferioribus. vnde Gen.1. de ſole & luna,& ſtellis dicit: Poſuit ea in firma.cæ.&c. & in pſal. Solem in poteſtatem diei,&c. ſic diuinam potentiam, & ſcientiam commendat propheta non ſolum ex numeroſa multitudine cæleſtis militiæ, ſed etiam ex fortitudine & robore & virtute influxiua eis à Deo collata, à quibus nulla ſtella quantuncunq; modica deficit quin habeat aliqualem potentiam: ex quibus excitatur magis humana mens ad conſiderandum magnitudinem potentiæ creatoris.

C

GLO. ORD. CAP. XLI.

T*Aceant ad me &c.*

a *Inſulæ.* Quia in ſalo ponuntur Gentes.ſ.quæ ſalſis & amaris fluctibus ſeculi tunduntur.

b *Quis ſuſci.ab or.* Quidam Hebrçorum hoc ad Cyrum regẽ Perſarum referunt, qđ ſuſcitatus ſit aduerſus Babylonios ab oriente, qđ ei fecerat dñs parere plurimas Gẽtes,ſubijciẽs gladio & arcui eius. Sic quoq; cætera ad ipſum referũt, ꝙ.ſ.Babylonis idola nõ profuerunt humano ſtudio facta. Alij Hebræorũ hoc ad Abrahã referunt, qui vocatus ſit iuſtus ab oriẽte. i.de Chaldæis: qui ſolus iuſtus inuentus ſit: & ſecutus eſt Deũ, egrediens de terra ſua, & tradidit ei reges qui contra Sodomã & Gomorrã venerãt,& fecit eos ante gladiũ & arcũ eius quaſi puluerem & ſtipulã,& perſecutus eſt illos,reuerſus eſt in pace, nec longi itineris curſum ſenſit, & hoc nec ſuis viribus,ſed dñi miſericordia fecit,qui ab initio cognouit hæc.

c *Semi.in pe.* Laborem vel laſſitudinem huius vitæ non ſentiet. Exultauit vt gigas ad currendam viam.

d *Vide.inſul.* i.Gentes in circuitu: & illius virtute perterritæ ſunt, & extrema terrę. i.Sem filius Noe, qui in extremo terrarũ ipſe cũ patre,& fratribus diluuiũ euaſit, vſq; ad tp̃s illud reſeruatus,quẽ Melchiſedech intelligi volunt,& veniſſe obuiã Abrahæ de pr̃lio reuertenti, & eũ benedixiſſe & Dei benedictionibus roboraſſe. Ipſum quoq; fabrum eſſe ærarium,qui Abraham conflauerit, & malleo ſuæ artis ad meliora produxerit,& dixerit: Bonum eſt vt timori Dei glutineris, & ei iungaris, & confortauit eum clauis præceptorum, vt in timore dñi permaneret. a Et

B

CAP. XLI.

a ¶Audi Iſrael & tace. b ¶Ad audiendum per apoſtolos.

a TAceant ad me inſulæ, & a b

a ¶Qui erant fortes in mundo, ſint fortes in Deo. Fortitudo mundi, voluntatem implere. Dei mortificare.

Gentes mutent fortitudi- c d

a ¶Fide ad me. b ¶Alijs prædicent.

nem. Accedant & tunc loquantur:

a ¶Vt diſcernant inter Deum & idola, & vtrum Deus omnia iuſte diſponat.

ſimul ad iudicium propinquemus.

a ¶Niſi ego. b ¶In Iudæa(quæ eſt in orientali plaga) Chriſtum incarnari,mori,ſuſcitari voluit. c ¶Vel iuſtitiam.

b Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtum, e

a ¶Inſpirando, & de ſepulcho di. Exurge gloria mea, exurge. Et ſecurus reſpondet: Exurgam diluculo. b ¶Obediens vſq; ad mortem. c ¶Poſtula a me & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam,& poſſeſſionem tuam.

vocauit eum vt ſequeretur ſe? Da- f g

bit in conſpectu eius Gentes, & re-

a ¶Conuerſos. b ¶Vinculis fidei. c ¶Pater. d ¶Contrarias poteſtates.

ges obtinebit. Dabit quaſi puluerem h

a ¶Verbi.

gladio eius, ſicut ſtipulam vento ra-

a ¶Prædicationi. b ¶Filij. c ¶Filius. d ¶Aduerſarios. e ¶De mundo ad patrem.

ptã arcui eius. Perſequetur eos, trãn- i k

a ¶Pacem relinquo vobis. pacem meam do vobis.

c ſibit in pace: ſemite in pedibus eius l

a ¶Prædicta.

non apparebit. Quis hæc operatus m

a ¶Cret. b ¶Ad ſe. c ¶Omnes.

eſt & facit, vocans generationes ab n

a ¶Mundi. b ¶Feci quia primus &c. ¶Sine principio.

exordio. † Ego dominus, primus, o p

a ¶Sine fine.

d & nouiſſimus ego ſum. Viderunt q

f Vocauit eum. *Per viam fidei & obedientiæ. vnde & ex fide ſecundum mandatum Dei voluit filium immolare,Gen.22.& ad Heb.11. & ideo dominus ei aſtitit ipſum protegendo: propter quod ſubditur,*

g Dabit in con. *Et loquitur hic propheta de præterito per modum futuri,ſicut frequenter fit in prophetis: & hoc fuit impletum quando Abraham cũ 300. vernaculis ſuis quatuor reges fortes debellauit,Gen,14.a.*

h Dabit q.pul. *quia eos facillimè debellauit diuina virtute ſibi aſſiſtente.*

i Per.eos. *Quia perſecutus fuit fugientes vſq; Sobna & Phęnicem,Gen.14.*

k Tranſibit in pace. *Quia nullus de ſuis in bello illo cecidit*

l Semita in pe.eius. *Quia valde faciliter ab bellum iuit & rediit,ſicut de homine faciliter tranſeunte & leuiter, dicitur, quod non figit veſtigium in terra, vel non tangit terram.*

m Quis hæc operatus eſt. *q.d. Deus, & non homo. ideo ſubditur,*

n Vocans generationes. *ſcilicet ad fidem & amicitiam ſuam*

o Ab exordio. *ſcilicet temporis, quod patet in Abel iuſto,Seth,Noe,Abraham,& ſic de alijs.*

p. Ego do. *Et ideo poſſum vocare ad meã amicitiam quos volo ſine iniuria cuiuſcunque, cum nulli tenear, ſed omnes id quod ſunt tenent à me. ideo ſubditur: Primus & nouiſſimus ego ſum.*

q Viderunt. *Hic conſequenter per oppoſitum ponitur inuectio cõtra factores &* ¶ cultores

MORALITER.

D

✻ a *Taceant ad me.* Hic primò ponitur quædam excitatio audientium ad intellectum dicendorum,quæ ſunt duo ſecundum literalem huius cap. Primum eſt vocatio Abrahæ à domino, quæ habetur Gen.22. per quam myſticè ſignatur inſtitutio debita boni prælati, de qua dicitur,

e *Quis ſu.* Dicitur.n.bonus prælatus ſuſcitari ab oriente propter ſplendorem ſapientiæ, & iuſtus propter rectitudinẽ vitæ,q̃ debẽt attendi in inſtitutione prælati,quia ponitur in ſtatu perfectionis exercendæ. Quod quidem exercitiũ pręſupponit perfectionis habitũ acquiſitũ. ideo ſubditur,

*Apo.1.d*

NICOL. DE LY. CAP. XLI.

¶ TAceant ad me. *Poſtquam propheta induxit populum Iſrael ad certam expectationem promiſſorum ex diuina veritate,hic conſequenter idem facit ex eius charitate, quæ amicos non defraudat à promiſſi conſecutione. Et diuiditur in duas partes,quia primò oſtẽditur Dei dilectio ad dictum populum ex beneficijs quæ ei in patribus conceſſit. Secundò,ex proprio filio quem ei promiſit cap. ſequenti. Prima in tres ſecũdum tria beneficia. Secundum ponitur ibi: Et tu Iſrael. Tertium ibi: Prope facite. Circa primum ſciendum,quod primum beneficium fuit collatum in Abraham,quem Deus ſeparauit ab infidelibus educendo eum primò de Vr Chaldæorum,Gen.11.cap. Et ſecundo de Aram Gen.12. & per conſequens populum ab eo deſcendentem per Iſaac & Iacob ab infidelibus ſeparauit: propter quod & legem ei in monte Sinai ſpecialiter conceſſit: propter quod dicitur pſal.147.b. Non fecit taliter omni nationi,& iudicia ſua non manifeſtauit eis. Et diuiditur in duas,quia primò ponitur huiuſmodi ſeparatio,ſecundò contra idololatras inuectio, ibi: Viderunt. Circa primum primò ad huius conſideratione includit di.*

a Taceant ad me. *ideſt habitatores inſularum.*

b Et Gentes. *Terram aridam habitantes.*

c For.mu. *Vt qui erant fortes ad mala,ſint fortes ad bona.*

d Accedant,& tunc loquantur. *Si habent aliquid iuſtum pro ſe,ſecundò beneficium recolit di.*

e Quis ſuſci.ab oriente iu. *ideſt Abraham, vt exponunt communiter catholici & Hebræi, quem dominus vocauit primò à Chaldæa,vt dictũ eſt,& poſtea ab Aram: & vtraque regio vergit ad orientem reſpectu Iudææ,quam dominus ei repromiſit, Gen.15.*

f Vocauit

f *Voc.e.* ſ.Chriſtus,vt ſequeretur ſe. Ieſus enim non venit ad acquirendum in ſe perfectionem quam habuit ab inſtanti conceptionis, ſed ad perfectionem alijs communicandam.

g *Dabit in con.* Quia debet cognoſcere ſtatum ſibi ſubiectorum, paruorum,et magnorum.

h *Dabit q.* Per gladium qui propè percutit, ſignatur doctrina per verbum. per arcũ verò qui à lõge ferit,doctrina per ſcriptum. Vtroque nanq; modo ſancti prælati, vt Aug. Greg. et alij, hæreſes, et vitia deſtruxerunt, quibus alij prælati debent quantum bono modo poſſibile eſt conformari.

k *Tranſibit.* Nam de prælato dicitur. 2.Tim.2.d. Seruum Dei non oportet litigare,ſed manſuetum eſſe ad omnes,ſalua tamen iuſtitia: aliter non eſſet manſuetudo vera,ſed puſillanimitas deteſtanda.

l *Semita in de.* Per ſemitam quæ eſt parua via declinans à uia communi,ſignatur decliuatio aliqua à communi doctrina eccleſię,quę quantuncunq; parua in prælato non debet eſſe. Et quia promotio prælati talis eſt à Deo, ſubditur,

m *Quis ha.* et ſequitur,

p *Ego domi.* Vnuſquiſq; proximo ſuo,etc. hoc ad literam exponitur de fabricantibus idolum,per quod ſignatur malus prælatus,de quo dicitur. Zach.11.d. O paſtor et idolum relinquens gregẽ. Ideo per iſtos fabricantes idolum ſignantur illi qui laborant ad promouendum prælatum. Et ſubditur,modus.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et tu Iſrael ſer. meus.* Dominus ad apoſtolos affectuosè. Iudæi autem hoc ad ſe referunt. Nota, quòd prophetia ordinem hiſtoriæ non ſeruat. Poſt vocationem enim Gentium, prædicitur vocatio apoſtolorum. Et tu Iſ. Carnali Iſrael dictum eſt: Quare dicis Iacob & loqueris? Abſcondita eſt via mea à domino &c. Nunc ad ſpiritualem loquitur qui domini ſuſcepit aduentũ Hunc primò ſeruum: deinde electum: tandem ſemen Abraham vocat. Prius enim ſpiritũ ſeruitutis in timore accepimus, poſtea electi in amicitiã Dei iungimur.

Nota. Sup. 40.g

b *Et à lon.* Iã vſq; ad extrema Iudæi diſperſi, & inde ad fidẽ multi vocati. vñ: Vobis oportebat primum loqui verbum, &c.

Act. 13.g

c *Vermis I.* Vermes dicuntur apoſtoli tanquam eius imitatores, qui dicit: Ego ſum vermis, & non homo. Et ſicut vermis penetrat terram, ſic prædicatio eorum corda audientium.

Pſal. 21.b

d *Qui mortui eſtis ex Iſrael.* ſicut ille qui dicit: Quotidie morior propter veſtram gloriam fratres: Et alibi: Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Chriſtus.

† quia 1.Cor.15.d Gal. 2.d

a Ego

† Inf. 43.a

a ¶Gentes vel eccleſiæ. b ¶Initium ſapientiæ timor domini. c ¶In omnem terram exiuit ſonus eorum. d ¶Audita prædicatione apoſtolorum.

inſulæ & timuerunt, extrema terræ obſtupuerunt: appropinquauerunt & acceſſerunt. Vnuſquiſq; proximo ſuo auxiliabitur, & fratri ſuo

a ¶Fide ad eum. b ¶Fidelium. a ¶In fide. b ¶Verbo & facto. c ¶Infirmo. a ¶In domino Deo viuo & vero, quia idola dij non ſunt ſed opera hominum: & hoc eſt: Confortauit. b ¶Deum ſuum ſt[u]dioſe faciendo.

dicet, confortare. Confortauit † faber ærarius percutiens eum malleo, qui cudebat tunc temporis, dicens glutino bonum eſt: & confortauit eum clauis, vt non moueretur. Et tu Iſrael

a ¶Formam ſimulachri. b ¶Cum idola colebantur. a ¶Glutinum hoc. a ¶Deum. b ¶Quolibet impulſu. c ¶Vere. a ¶Pro ſpiritu timoris. b ¶Luctator contra dæmones. c ¶Non vos me elegiſtis ſed ego elegi vos &c. d ¶Carne & fide.

ſerue meus Iacob quem elegi, ſemen Abraham amici mei, † in quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi. Seruus meus es tu: elegi te, & non abieci te.

a ¶Spiritus Charitatis. b ¶In cuius fide. c ¶Et ſimiles. d ¶Vbi diſperſus eras. ¶Finibus. a ¶Spirituali er qui & alijs prædicatura. a ¶A facie perſecutorum. b ¶Ecce ego vobiſcum ſum vſq; ad conſumma. c ¶A me.

† Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne † declines, quia ego Deus tuus. Confortaui te, & auxiliatus ſum tibi, & † ſuſcepit te dextera iuſti mei. Ecce confundentur & erubeſcent omnes qui pugnant aduerſum te. Erunt quaſi non ſint, & peribunt † viri qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non inuenies, viros rebelles tuos, & erunt, quaſi non ſint, & veluti † conſumptio hominis bellantis aduerſum te: quia ego dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensque tibi. Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere vermis Iacob, † qui mortui eſtis ex

a ¶Via veritas & vita. b ¶Ne vincaris. c ¶Vt vincas. a ¶Potentia filij mei. a ¶Ideo. b ¶Intus. ¶Aduerſarij tui populus Iudæorum. c ¶Exterius. d ¶Iudæi & Gentes. ¶Cito deficient. ¶Qu. a. ¶Etiam fortes. a ¶Vidi impium ſuperexaltatum, & eleuatum ſicut cedros Libani. Et tranſiui, & ecce non erat & quæſiui eum, & non eſt inuentus. a ¶Quaſi. Non debes timere. b ¶Protector. a ¶Operationem. a ¶Ne timueris. b ¶Vel iuuabo. ¶Quamuis vilis. ¶Ego ſum vermis & non homo oppro. ho. & abiectio plebis. ¶Mundo.

† ſuſcepite dextera iuſtitiæ meæ

† omnes

tur hic glutinum pro illo metallo, quo conſolidantur partes ad inuicem. Et vocatur Gallicè ſoudure. vnde in Hebræo ſic habetur: Dicens conſolidatori: bonum hoc. ſ. quòd fortiter conſolides partes idoli ſic præparatas: ſic enim mutuò ſe exhortabantur artifices propter maius lucrum habendum, & propter gratiam dominorum.

G

b Et tu Iſrael. *Hic recolitur ſecundum beneficium exhibitum populo tempore Moyſi, ſcilicet eductio de ſeruitute Aegypti: Et diuiditur in tres partes: quia primò deſcribitur hic exitus. ſecundò aduerſariorum caſus, ibi: Ecce confundentur. Tertio, Hebræorum profectus, ibi: Egeni. Circa primum dicitur in perſona Dei: Et tu Iſrael ſerue meus. q.d. ex quo eduxi te de ſeruitute Aegypti, factus es ſpecialiter ſeruus mihi.*

Diuiſio.

i Iacob q. elegi. *Eſau reprobato, ſecundum quod dicitur Malac. 1.a. Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Et accipitur hic Iacob pro populo deſcendente ab eo.*

k Semen Abra. amici mei. *quia amore mei paratus fuit filium vnigenitum immolare.*

n In quo apprehendi te. *ideſt mihi appropriaui eius meritis.*

o Ab extremis terræ & à longinquis eius vocaui te. *quia Abraham fuit vocatus de Chaldæa, vt dictum eſt ſupra.*

p Ser. m. *exponatur vt ſupra.*

q Ne ti. *minas Pharaonis.*

r Quia e. tecum ſum. *te protegens & defendens.*

s Ne declines. *à verbis Moyſi ſerui mei.*

t Quia ego Deus tuus.

u Confortaui te. *ſcilicet per eum. ideo ſubditur,*

x Et ſuſcepit te dextera iu. mei. *ideſt Moyſi, ad extrahendum te de ſeruitute Aegypti.*

H

y Ecce confun. *Hic conſequenter ponitur aduerſariorum caſus, cũ dicitur. Ecce cõfor. quia Pharao cum ſuo exercitu perſequẽs Hebræos ſubmerſus fuit in mari rubro. Exo. 14.*

z Quæres eos. *quia ſicut dictum fuit Exo. 14. mare proiecit Aegyptios mortuos ad littus, ad quod tranſierant filij Iſrael, vt ſic eſſent certi de morte eorum, & vt haberent ſpolia. ideo dicitur: Quæres eos. inueſtigando precioſa quæ erant ſuper defunctorum corpora.*

a Et non in. vi. re. tuos, & erunt q. non ſint, & veluti con. *Non dicit: Non inuenies eos, abſolutè, ſed, non inuenies viros rebelles tuos, id eſt te perſequentes: quia iam erant mortui, & ſic non poterant amplius eos perſequi, & ſic patet litera vſque ibi:*

b Noli timere vermis Iacob. *qui fuiſti inter Aegyptios reputatus vilis ſicut vermis.*

c Qui mortui eſtis ex Iſrael. *ideſt reputati vt mortui in ſeruitute Aegypti, quia ſeruitus eſt mors ciuilis. Et quia non ſolum Aegyptij aduerſarij erant Hebræis, ſed etiam Chananæi, qui poſtea ab Hebræis fuerũt debellati, vt patet lib. ideo ſubditur,*

a Ego

NIC. DE LY.

¶ *cultores idolorum. Circa quod ſciendum, quòd ſicut di. Euſebius in chronica ſua, anno ſeptimo Abrahæ Ninus rex Aſſyriorum condidit Niniuem, & ipſe incepit idololatriam, quia fecit imaginem Belo patri ſuo defuncto, cui exhibebat tantam reuerentiam, quòd parcebat reis fugientibus ad ipſam, vt dicitur in Schola. hiſtoria: propter quod dicti confugientes inceperunt adorare illam imaginem, & ad imitationem huius facti alij fecerunt imagines charis ſuis defunctis. Et ſicut imago facta à Nino vocabatur Belus, & fuit primum idolum: ſic hoc nomẽ deriuatum eſt ad alia idola, vtpotè Bel, Baal, Baalim, Beelphegor, & Beelzebub, & huiuſmodi, ſecundum diuerſitates Gentium & linguarum: & quia hoc fuit multiplicatum tempore Abrahæ, vt dictum eſt, ideo iuxta ipſius fidelitatem arguitur hic idololatria iſtorum: & hoc eſt quod dicitur: Viderunt inſulæ & timuerunt, extrema terræ obſtupuerunt: appropinqua. ideſt habitatores inſularum & aliarum terrarum viderunt reuerentiam idolis à potentibus exhibitam: & ſic in timore poſiti confugerunt ad ipſa veneranda, vt ſic eis parceretur. ideo ſubditur: Appropinquauerunt & acceſſerunt, ſcilicet ad idola. Vnuſquiſq; proximo ſuo, &c. quia quando aliquis habebat amicum in periculo poſitum, conſulebat ſibi refugere ad idolum: Et quia exemplo Nini alij potentes fecerunt idola, per manus tamen artificum, ideo ſubditur,*

F

a Confortabit faber. *Ad cuius intellectum ſciendum, quod in fabricatione idoli de metallo per malleationem tres operarij ſunt neceſſarij. Primus eſt ille, qui materiam in igne calefactam cum martello ducit ad formam partium idoli. Secundus eſt qui partes ſic formatas cum martello, cum lima polit. Tertius eſt qui partes ſic præparatas ad inuicem conſolidat & coniungi: & hoc notatur cum dicitur: Confortabit fab. Et conſtruitur ſic litera: Faber ærarius, ideſt metallicus, Percutiens malleo, ideſt martello ſcilicet materiam ducendo ad idoli formam, Confortauit, ideſt efficaciter monuit.*

b Cum qui cudebat, *ideſt cum lima poliebat. Cudere enim in vna ſignificatione idem eſt quod polire, vt dicitur in libro qui vocatur catholicon.*

c Tunc temporis. *ideſt tempore Abrahæ, quo fabricatio idolorum cepit multiplicari, vt dictum eſt.*

d Dicens. *iſte qui poliebat, erat dicens ſupple conſolidatori.*

e Glutino bon. eſt. *ideſt bonum eſt partes idoli formatas & politas ad inuicem coniungere glutino, ideſt forti iunctura. Ita quòd accipitur hic*

MORALITER.

✻ d *Dicens glutino bonum eſt.* Tales enim faciunt colligationes, vt obtineant multitudine, quod non poſſunt ratione.

f *Confortauit eum clauis.* ſcilicet aureis & argenteis per dona ſuperioribus facta.

g *Vt non mo.* Ideo propter inſufficientiam iuſtè repelleretur vel promotus deponeretur: Sed quia bonus prælatus talibus cautelis, & fraudulentijs non fulcitur, indiget diuina conſolatione contra inſurgentes iniuſtè, ideo ſibi dicitur à domino.

h *Et tu Iſrael.* per veritatis notitiam.

i *Serue meus.* per debitam obedientiam.

k *Iacob.* per vitiorum ſupplantationem.

l *Quem elegi.* promouendo ad prælationem.

m *Semen Abra.* imitando ſuam perfectionem. & ſubditur,

q *Ne timeas.* te protegens contra inſurgentes tibi iniuſte.

✻ Egeni.





a *Ego poſ. te q. pla.* Vir eccleſiaſticus habet prædicationis roſtra ſerrantia in plauſtro nouo, quod non operatur in vetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus conterit incredulorum corda duriſſima, ſeparans triticum à palea, montes colleſq; comminuens, ideſt hæreticorum principes, qui comminuti, in puluerem rediguntur, & nihil eſſe dicuntur, vt male congregati bene diuidantur.

A

b *Dabo in ſo. ce.* Arborum varietas diuerſitatem ſpiritualis gratiæ ſignificat, ne ſaltem vna chorda de cithara domini, & aliqua virtus gratiarum eccleſiæ deeſſe videatur: quarum ſublimitatem ad cœleſtia feſtinantem illuminat lignum oliuæ, fomes lucis, requies laborantis vel laſſati.

c *Spi. & my. & li. o.* LXX. Sethim, quæ eſt arbor albæ ſpinæ ſimilis, miræ & lenitatis, & pulchritudinis, & imputribilis, de qua arca facta eſt. Ex hac etiam terra dicta eſt Sethim. Spina primò homini in pœnam fuit data. vnde: Cũ operatus fueris terram, non da. fru. ſi. ſed ſpi. & tri. ger. ti. Gentibus pro gloria prædicatores ſpinæ ſunt, qui ſubditorũ vitia non palpant, ſed pungunt. Myrtus Aromatica ſpecies imputribilis feſſa membra conſolidat & reparat. & ideo cõſolatores ſanctæ eccleſiæ ſignificat. vnde apoſtolus: Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui conſo. nos in omni tribulatione nr̃a.

d *Nunciate.* Significat, quia nec idola nec audiendi nec reſpõdendi habent facultatem. nunciate futura, vt rerum euentibus veſtrã monſtretis potentiam. Notandũ poſt aduentum Chriſti conticuiſſe idola, futurorum ſcientiã promittentia. De Chriſto quoq; & de apoſtolis, & de ſua abolitione nihil potuerunt prædicere, multò minus ergo aliena bona, vel mala nunciare potuerunt. Si qd autem prædixerunt, ſemper mendacium veritati adiunxerunt, & ſic ſententiam temperauerunt, vt quidquid eueniret, oraculo cõueniret, vt hoc: Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. Patet quòd idola poſt aduentum Chriſti vocem amiſerunt.

B

e *Si po.* Neq; dæmones poſſunt niſi Dei permiſſione quòd aſſident idolis, qui nec porcos, nec ſancti Iob iumenta potuerunt diſperdere ſine Dei permiſſione. Paulus quoq; tradidit Sathanæ quoſdam.

a Su-

a ¶Non alius. a ¶Sanguine filij. b ¶Qui eſt.

Iſrael. Ego auxiliatus ſum tui dicit dominus, & redemptor tuus ſanctus Iſrael. Ego poſui te † quaſi plauſtrũ triturans nouum habens roſtra ſerrantia. Triturabis montes & comminues, & colles quaſi † puluerem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet †, & turbo diſperget eos, & tu exultabis in domino, & in ſancto Iſrael lætaberis. Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt, lingua eorum ſiti aruit. Ego dominus exaudiam eos, Deus Iſrael nõ derelinquam eos. Aperiam in † ſupremis collibus flumina, & in medio camporũ fontes. Ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in ſolitudinem cedrum & † ſpinam & myrtum & † lignum oliuæ. Ponam in deſerto abietem, vlmum, & buxum ſimul, vt videant & ſciãt, & recogitent & intelligãt pariter, quia manus domini fecit hæc, & ſanctus Iſrael creauit illud. Prope facite iudicium veſtrũ, dicit dominus: afferte † ſi quid fortè habetis, dicit rex Iacob. Accedant & annuncient vobis quæcunq; ventura ſunt. † Priora quæ fuerunt nunciate, & ponemus cor noſtrum, & ſciemus nouiſſima eorum, & quæ ventura ſunt indicate nobis. Annunciate quæ futura ſunt in futurũ, & ſciemus quia dij eſtis vos. Bene quoq; aut malè ſi poteſtis facite, & loquamur, & videam⁹ ſimul. Ecce vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrũ ex eo quod

a ¶Vt conteras contrarias poteſtates. ¶Reges. a ¶Duces, comites. a ¶Separans triticum a palea. b ¶Superbia eorum. a ¶Fide bonorum: & potentia miraculorum: diſperſione malorum. a ¶Gentes, magiſtrum veritatis non habentes. b ¶A philoſophis. c ¶Doctrinæ. a ¶In philoſophis. b ¶Ideo. c ¶Sine lege & prophetis. d ¶Alius non poteſt. ¶Et. ¶Omnino. a ¶Gentibus ſuperbis. a ¶Prædicatores a Chriſto flumine. De quo: Flumen Dei repletum eſt aquis. ¶Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. b ¶Humilium c ¶Benedicite Deo domino de fontibus Iſrael. a ¶Gentes. b ¶Abundantiam cæleſtis ſapientiæ c ¶Qui ſitit, veniat, & bibat. a ¶Idem. b ¶Doctoribus. c ¶Qui biberit ex hac aqua non ſitiet in æternum. d ¶Irrigata terra oriuntur arbores. a ¶Gentium. b ¶Sanctos in æternum victuros, in quibus opinionis bonæ odor. c ¶Prædicatorum reprehenſionem. ¶Miſericordes. a ¶Gentium. b ¶Altiſſimos, quorum conuerſatio in cœlis eſt. c ¶Diuites ſeculi, qui ſi ſunt in ſe infructuoſi, ferunt tamen prædicatores ſicut vlmus vitem. d ¶Humiles fide vitentes. c ¶Minores exempla maiorum. b ¶Memoriter. c ¶Ideſt, intelligentes imitentur. a ¶Mirabilis Deus in ſanctis ſuis. a ¶Ipſe fecit nos, & non ipſi nos. b ¶Mirabile. c ¶Quaſi. Eamus in vijs, vt reſpondeamus, quare non intellexiſtis, quod manus domini fecit hoc? ¶O Gentes, quæ credere deſpicitis alijs credentibus, ſicut ſcriptum eſt: Iſrael eſſe credentem & non credentem. a ¶Quare non vultis credere? ¶Conſilia rationis quare veritatem non ſuſcipiatis. a ¶Indicent idola ſi debeant coli. an ille. b ¶Idola in quibus confiditis. ¶Os habent & non loquentur. c ¶Filij aduentum; Fidem Gentium; Introitum ſuum. a ¶Quomodo mundus factus ex nihilo. a ¶Idola. b ¶Si poteſtis. ¶Vt colamus vos. c ¶Vos Deos eſſe. a ¶Finem cuiuſque. ¶Sic. ¶Alio ſigno demonſtrat idola Deos non eſſe. a ¶Agenda vel futura prædicite ſicut ego. b ¶Quis debet coli. a ¶Idolum nihil eſt. ¶Quia dij putamini, quod nihil eſt.

m Dabo in ſolitudinem. *In deſerto enim illo vigebat ardor ſolis: ſed dominus prouidit de vmbraculo per columnam nubis. Exo. 13. d. Et ſecundum hoc dicitur: Dabo in ſolitudinem cedrum, ideſt vmbraculum in bonum, vel melius, quam facerent arbores iſtæ. Vmbraculum enim nubis erat excellentius, quia datum diuina virtute nõ naturæ, ideo ſubditur: Et intelligant pariter, quia manus domini fecit hæc.*

C

o Prope facite iu. ue. di. do. *Hic recolitur tertium beneficium populo exhibitum tempore Zorobabel. ſ. liberatio de captiuitate Babylonica. Et diuiditur in duas partes, quia primò contra idola quæ vigebant in Babylone ponitur inuectio. Secundò ſubditur populi liberatio ibi: Suſcitaui. Circa primum dicitur: Prope facite iudicium veſtrum, ideſt declarate iuſtitiam veſtram, ſi habetis ò Babylonij.*

Diuiſio.

† quiſquilias

p Afferte ſi quid habetis. *ſcilicet iuſtitiæ & veritatis.*

q Accedant & nun. vobis. *ſcilicet idola veſtra, de quibus confiditis.*

s Quæcunq; ven. ſunt. *Quod eſt proprium diuinitatis. ideo ſubditur,*

t Et ſciemus. *Quia dij vos ò idola.*

u Bene quoq; aut ma. *q.d. non poteſtis, quia ſenſu & intellectu caretis. ideo concluditur,*

x Ecce v. *Vos ſcilicet Babylonij.*

y Et opus veſtrum. *idola veſtra quæ feciſtis.*

z Ex eo. q. *i. nullum habens fundamentum ſeu firmamentum. Et conuertit ſermonem ad idola dicens:*

† ſupinis

a Abo-

NIC. DE LY.

¶ a Ego poſui te quaſi plauſtrum. *Sicut enim tale plauſtrum ductum ſuper ſegetes conterit eas, ſic populus Iſrael contriuit Chananæos, ideo ſubditur,*

b Triturabis mon. *i. maiores: Ioſue enim debellauit 31. reges, Ioſue 12.*

c Et colles. *ideſt minores principes.*

d Et tu exultabis. *Expulſis Chananæis de terra promiſſionis.*

e Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt. *Hic deſcribitur profectus filiorum Iſrael per deſertum, vbi filij Iſrael primò paſſi ſunt aquæ defectum, ſed dominus ſuppleuit non ſolum ſemel, ſed pluries, vt patet Exo. 15. & 17. & Num. 20. & hoc eſt quod dicitur. Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt. Et patet litera vſque ibi.*

m Dabo

u *Bene q. a. m.* q.d. eis non poteritis reſiſtere.

x *Ecce vos eſtis ex nihilo.* Fingebant enim bonitatem, quæ fictio nihil eſt.

MORALITER.

✻ e *Egeni.* Hic ſecundum ſenſum literalem deſcribitur exitus Iſrael de Aegypto, & progreſſus eius per deſertum: per quæ ſignatur exitus hominis de peccato, & progreſſus eius per deſertum pœnitentiæ, vt ſic perueniat ad gloriam per terram promiſſionis ſignatam, & ſic dicitur: Egeni. ideſt peccatores in ſpiritualibus egentes.

† arborem pinum.

D

f *Quærunt aquas.* ſcilicet gratiæ.

g *Et non ſunt.* Donec fuerunt debitè contriti: ſed tunc habebunt. ideo ſubditur,

h *Aperiam in ſupremis.* Per quod ſignatur effectus angelorum ad hoc quòd pœnitentes proficiant in gratia.

i *Et in medio camporum.* ideſt doctrinas prædicatorum ad promouẽdum bonum pœnitentium.

k *Ponam deſer.* ideſt cor pœnitentis, quod prius erat à me derelictum.

l *In ſtagna aquarum.* per abundantiã chariſmatum, ſecundum illud Rom. 5.d. Vbi abundauit delictum, ſuperabundat & gratia.

m *Dabo in ſolitudinem.* per iſtas arbores ſignantur diuerſæ virtutes, quæ cum gratia infunduntur.

n *Et ſanctus Iſrael cre. illud.* i. Deus ſanctificans populum ſuum.

o *Prope facite iudicium ve.* Hic ad literam deſcribitur deſtructio Babyloniorum per Cyrum, qui fuit figura Chriſti. ideo myſticè ſignatur hic cõfutatio Scribarum, & Phariſæorum per Chriſtum, vt patet in Euangelio. Sic ergo dicitur eis deridendo. Prope fa. iu. veſt. Nitebantur enim oſtendere iuſtitias ſuas coram hominibus ad quærendam vanam gloriam.

r *Annun. vo. & c. ven. ſunt.* q.d. nõ potuerunt prænunciare aduentum Romanorum ad deſtructionem ipſorũ.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Suſcitaui.* Adhuc contra idola loquitur, & contra cultores eorum poſt Chriſti aduentũ quibuſdam in errore manẽtibus ſuſcitatur populus nationũ. Hebræi ſuſcitari ab aquilone, & venire ab ortu ſolis Aſſyriũ & Perſam interpretãtur, qui Ieruſalẽ venerunt, & principes illius cõculcauerũt, nullumq; idolorũ q̃ colebant, hoc ſciuit eſſe vẽturũ, niſi ſolus Deus, qui vltus eſt eos pro peccatis ſuis. Suſ. ab aqui. & ve. ab or. ſo. Gẽtes q̃ frigidæ torpẽtes, ſine calore dilectionis, vt credãt ĩ eũ q venit ab ortu ſolis. vnde ſuprà. Quis ſuſcitauit ab oriente iuſtum?

Sup. 2. a

b *Quis an. ab exor. vt ſcia. & à prin. vt di. iu. es?* Q. Nullus Deus in Gẽtibus fuit, qui annunciauerit aduentum filij. Si eſt autem qui annunciauerit, dicemus, quia iuſtus eſt. In aduentu filij, dæmones qui in idolis ventura nunciabant obmutuerant.

† veniet ſuper princi pes

c *Audiens ſer. ve.* quia bruta Gentiliũ corda errorem ſuum intellexerunt, & vaticinia falſa reliquerunt.

d *Primus ad Sion di.* Eccleſiam. ſ. ecce adſunt filij. ſ. tui quos per fidẽ meam donaui tibi, ſcilicet apoſtoli quorum prædicatione nati ſunt tibi filij.

e *Ecce om. iniu.* Quidquid de idolis vel de Gentibus diximus, ad hæreſiarchas, & prauitatis dogmata referamus, quia Chriſto pacem eccleſiæ nunciante, & veritatem monſtrante, ipſi errores ſequuntur, & vento & turbini comparantur.

† Ego primus ſum q dixi ad Siõ ecce hic ſũ. & mittam nuncies ad Iruſalẽ, q afferat bona nũcia ei † ſciret aliquid

a ¶Abominabilis. b ¶Fecit & coluit.
non eſt. Abominatio eſt qui elegit
a ¶Quaſi. Ego autem. a ¶A quo exardeſcunt mala. c ¶Chriſtus.
vos. Suſcitaui ab aquilone, & veniet
a ¶Quia in oriente. b ¶Chriſti. c ¶Vt relictis idolis vnum Deum colant vnde: Ego in nomine patris mei veni. ¶Vel mihi.
ab ortu ſolis. Vocabit nomẽ meũ,
a ¶Seculi. b ¶Tanquam vas figuli confringes eos.
& † adducet magiſtratus quaſi lutũ,
a ¶Figulus. b ¶Vt faciat aliud vas in honorem aliud in cõtumeliam.
& velut plaſtes cõculcans humum.
a ¶Illa quę adhuc futura, Quaſi prætenta dico me feciſſe.
Quis annũciauit ab exordio, vt ſciã
a ¶Quis.
mus, & à principio, vt dicamus, iuſtus es? Non eſt annuncians neq; præ
a ¶Ex dijs veſtris. b ¶Præterita.
a ¶Futura. ¶Quia muti. b ¶Quia ſurdi.
dicens, neq; audiens ſermones veſtros. † Primus ad Sion dicet: ecce
a ¶Primogenitus meus. b ¶Prædicatores.
a ¶Vobis ad auxilium. b ¶Eccleſiæ. c ¶Bona annunciantes.
adſum, & Ieruſalẽm euãgeliſtas dabo. Et vidi & non erat ex illis quiſ
a ¶Ego omnipotens. b ¶Idolis.
a ¶Prædicendi vel reſpondendi. b ¶A cultoribus.
quam qui † iniret cõſiliũ, & interrogatus reſponderet verbum. Ecce
¶Idolorum cultores ¶Cultus, vel ipſum idolum.
omnes iniuſti, & vana opera eorũ:
¶Inutile.
ventus & inane ſimulacra eorum.

f Adducet ma. *ideſt potentes Babylonis.*

g Quaſi lu, *conculcans eos & deyciens.*

h Quis an. ab exor. *i. antequam fieret. q. d. hoc non fecerunt idola Babyloniæ, quia non prædixerunt caſum illius terræ, ideo ſubditur,*

i Non eſt annun. *conſequenter oſtenditur quis annunciauit.*

k Primus. *i. ipſe Deus qui eſt primus & nouiſſimus, vt dictum eſt ſupra eo. cap.*

l Ad Sion di. *i. ad populum Iudæ denominatam à loco principaliori, in quo vigebat cultus Dei.*

m Ecce adſum. *ad veſtram liberationem per Cyrum ſeruum meum.*

n Et le. Euan. da. *i. prophetam hoc bonum prænunciantem: Et ponitur hic Euangeliſta in ſingulari pro plurali, ſicut Exo. 8. f. Venit muſca grauiſſima, ideſt multitudo muſcarũ, quia Deus per plures prophetas hanc liberationem prænunciauit.*

o Et vidi. *ſ. reuelationem à domino mihi factam: Et eſt verbum Iſaiæ cui plures reuelationes fuerunt factæ de iſta liberatione, vt patuit ex præcedentibus, & magis apparebit ex ſequentibus.*

p Et non erat ex iſtis. *i. ex Babylonis idolis.*

q Quiſquam qui. ini. conſi. *pro liberatione cultorum ſuorum.*

r Et interro. *à ſuis cultoribus. reſponderet verbum. ideo concluditur.*

s Ecce omnes iniu. *ſ. Babylonij.*

t Et vana o. e. *i. idola ab eis facta. ideo ſubditur: Vent. & inane ſi. e.*

## MORALITER.

a *Abo. eſt.* i. ille qui elegit imitari ſictionẽ veſtram, abominabilis eſt apud Deũ.

c *Suſci. ab aq.* ſ. Chriſtum hominem, qui fuit cõceptus in Nazareth, & nutritus eſt in aquilonari parte terræ promiſſionis.

d *Et ve.* quia fuit baptizatus in Iordane, qui eſt terminus orientalis terræ ſanctæ: & inde venit ad prædicãdum in alijs partibus Iudææ. ideo ſubditur,

f *Vo. no. me.* ipſum prædicando.

## NIC. DE LY.

a Abominatio eſt. *ideſt ſuprà modum abominabilis Deo. ideo dicitur abominatio in abſtracto, ſicut excellens in liberalitate dicitur liberalitas.*

b Qui elegit uos. *ideſt quicunque reputauit vos tanquam Deos ſuos.*

c Suſcitaui. *Hic conſequenter ponitur liberatio populi de Babylone, quæ facta fuit per Cyrum, & hoc eſt quod dicitur: Suſcitaui, ſcilicet Cyrum ei voluntatem inſpirando pugnandi contra Babylonem.*

d Ab aqui. *regio enim Perſidis eſt quaſi in medio aquilonis & orientis medium autem ab vtroq; termino nominatur, & ideo aduentus Cyri cõtra Babylonem dicitur hic eſſe ab aquilone & ab oriente. Vel quia Darius rex Medorum venit cum Cyro contra Babylonem, & regnum vnius magis declinat ad orientem: alterius autem ad aquilonem.*

e Vocauit no. meum. *i. confitebitur, confeſſus enim fuit Cyrus ſe obtinuiſſe monarchiam virtute Dei cęli, vt patet 1. Eſd. 1. a. Hæc dicit Cyrus rex Perſarum: Omnia regna terræ dedit mihi dominus Deus cęli, &c.*

f Adducet

f *Addu. ma. q. lu.* Scribas & Legiſperitos confutando, vt patet in pluribus locis Euangelij.

h *Quis a.* ſ. aduentum Chriſti. q. d. Vos Sacerdotes & Legiſperiti nõ annunciaſtis, ideo ſubditur,

i *Non eſt an. &c.* Chriſtus enim declarauit aduentum ſuum per ſcripturas ſacras & opera miraculorum.

n *Et le. Euan. d.* ſ. Chriſtum qui pluries in Ieruſalem prædicauit.

o *Et vi. & non e.* ideſt Legiſperitis ſuperbis.

q *Quiſ. qui ini. c.* de ſalute aiæ ſuæ, ſed de humilibus peritis venerũt aliqui ad Chriſtum, ſicut Nicodemus & Nathanael & plures alij.

u *Ven. & ma.* i. Legiſperiti ſuperbi erant ſimulachra, quia falſo fingebant ſanctitatem.

*In cap. 12. vbi dicitur in poſt. Benè quoq; aut malè ſi poteſtis facite.*

## ADDITIO I.

¶ Vbi nos habemus. Bñ quoq; aut malè ſi poteſtis facite. In Heb. habetur: Bene quoq; aut malè poteſtis facere. cuius ſenſus eſt ꝙ propheta idola alloquebatur. Sic nuncietis nobis quæcunq; ventura ſunt, & ſciemus quia dij eſtis vos, & ſciemus etiam quod benè aut malè poteſtis facere. Et ratio eſt, quia ſicut per annũciationẽ futurorũ, ſi hoc feciſſent idola, ſciretur qđ eſſent dij, cũ ſcire futura ſit propriũ diuinitatis: eadẽ rõne ſciret ꝙ poſſent bene, vel malè facere ſicut dij. vnde cũ dr̃: Et ſciemus qđ dij eſtis: iſta copulatiua, &, cõiungit ſimiles orationes. ſ. ſciemus ꝙ dij eſtis vos, & ſciemus ꝙ bene & malè poteſtis facere: ſed propheta cõcludit qđ quodlibet ꝑdictorũ eſt falſũ. d. Ecce vos eſtis ex nihilo, ſ. ô idola. Et opus veſtrum ex eo qđ non eſt, quia. ſ. nec indicatis futura, nec poteſtis bene facere. & ideo cõcludit: Abominatio eſt qui elegit vos: exponat̃ prout in poſ.

In

*In eo. cap. vbi dicitur in poſt. Primus, ideſt ipſe Deus.*

## ADDITIO II.

¶ Vbi in trãſlatione noſtra dr̃: Ecce adſum: qđ eſt verbũ primæ perſonę ſingularis numeri. In Heb. hr̃: Ecce adſunt, qđ eſt tertiæ perſonæ pluralis numeri: & eſt ſenſus ſecũdum glo. ꝙ primus. ſ. Deus ad Sion. ſ. eccleſiam dicet: Ecce adſunt. ſ. filij tui quos per fidem meam dedi tibi. ſ. apoſtoli, quorum prædicatione nati ſunt tibi filij, & ſic qđ ſequitur: Et Ieruſalem Euangeliſtam dabo. intelligitur propriè de Euãgeliſtis Chriſti q à Deo fuerũt dati Ieruſalẽ. ſ. eccleſiæ ad annunciãda bona ſpiritualia à Chriſto ſibi data. Et ſequitur: Et vidi & non erat, &c. quia nullus fuit ex idololatris nec ex incredulis, qui iniret conſiliũ ad redẽptionem animarum, nec reſponderet verbũ, cũ oẽs eſſent iniuſti, & vana opera eorum, & ſequitur: Ecce ſeruus meus ſuſcipiã eum, electus meus: quod exponitur de Chriſto ad literam prout in poſtilla. Et ſic cõtinuatur cap. ſequens cũ præſenti.

## GLO. ORD. CAP. XLII.

a Ecce ſeruus. Notandum quia apoſtoli, Iacob Iſrael & ſemen Abrahæ appellãtur, quibus poſtea, quaſi ſeruis & hominibus dicitur: Noli timere vermis Iacob, &c. Chriſtus autem non ſemen Iacob vel Iſrael, ſed ſeruus dicitur. Vnde: Ecce ſeruus meus &c. Humiliauit enim ſe. for. ſer. acci.

Sup. 41. d

a *Dedi*

## NICOL. DE LYRA. CAP. XLII.

a Ecce ſeruus meus. *In præcedenti cap. oſtenſa eſt dilectio Dei ad populum Iudaicum ex beneficijs quæ ei in patribus conceſſit: hic conſequenter idem oſtenditur ex filio quem ei ex dilectione miſit,*

*ſecundum*

## MORALITER.

a *Ece ſer.* Iſtud capitulũ & duo ſequentia exponunt ad literam cõiter doctores noſtri de liberatione populi Iudaici, de captiuitate Babylonica per Cyrum, & de multiplicatione eiuſdem populi poſt eiuſdẽ populi reditum in Iudæã, & de eius proſperitate temporali. Myſticè verò exponunt dicta capitula de Chriſto, & proſperitate ſpũali populi Chriſtiani. Ego verò ſequẽdo dictũ beati Mat. apoſtoli dicentis. 12. ca. hãc literã: Ecce ſer. me. impletã de Chriſto fuiſſe, expoſui dicta capitula literaliter de liberatione fidelis populi facta p Chriſtũ, & de multiplicatione eiuſdẽ populi p ꝑdicationẽ apoſtolorũ, & de eius ſpũali ꝓſperitate: pp qđ de alia expõne ſpũali ptranſeo, maximè qa expoſitio mea ab alijs myſtica noiatur.

## CAP. XLII.

a ¶Filius ſecundum humanitatem.
Ecce ſeruus meus



a *Dedi ſpi.* In conceptione. Vnde: Spiritusſanctus ſuperueniet in te &c. Et in baptiſmo claruit, cum ſpiritus in ſpecie columbæ ſuper ipſum requieuit.

Philip. 2. a
Io. 1. d
Mat. 3. d

b *Calamum.* Scribas & Phariſæ. extra nitidos, intus vacuos, qui idola non colebant, vnde nitebant, ſed fidem non habebant, vnde vacui. Hos non contriuit, ſed ad pœnitentiam vocauit. Calamum ergo ſecundum iſtos dicit, & regnum Iudæorum quaſſatũ: quia iam alienigena regnabat.

c *Linum fu.* Sacerdotium iam penè extinctum: de lino autem fit Sacerdotale veſtimentum.

d *Educet iu.* Iudicabit ſci. non metuens Scribas & Phariſæos.

e *Non erit triſ.* Hoc Matthæus non poſuit, ſiue inter iudicium & iudicium media ſcriptoris errore ſublata ſunt. Eſt autem ſenſus, æqualitatem vultus omni tempore conſeruabit. Quod de Socrate falsò gloriantur Philoſophi, quòd ſcilicet plus ſolito nec triſtis fuerit, nec lętus.

Mat. 12. b

f *In terra in.* vnde: In iudicium ego veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, &c.

g *Iuſtitia.* Iuſtum fuit, vt tranſiret per apoſtolos ad Gentes contemptus à Iudæis.

h *Vinctum.* Funibus peccatorum in Euangelio quem Sathanas vinxerat, dominus ſoluit.

i *Alteri non da.* Filius & ſpiritusſanctus in deitate à patre alter non eſt, & ideo eandem, & gloriam & laudem habent.

a *Vobis*

a ¶In die aſcenſionis. b ¶Ex milibus ad redemptionem Iſrael. c ¶Hic eſt filius meus dilectus. ¶Qui Dei virtus & ſapientia. d ¶In quo omnes virtutes.
† ſuſcipiam eum: † electus meus, com
placuit ſibi in illo anima mea. Dedi
a ¶Quod ante neſciebant.
ſpiritum meum ſuper eum, iudiciũ
a ¶Quæ crediderunt, Iudæis excæcatis. b ¶Per apoſtolos. ¶Per ſingulos. c ¶Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt. ¶Mitis & manſuetus.
Gentibus proferet. Non clamabit, ne
a ¶In iudicio. b ¶Vnde: Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Fuit tamen in confinio Tyri & Sydonis, & Ceſareæ Philippi; ſed eas non intrauit.
que † accipiet perſonam, nec audietur
a ¶A Iudæa.
vox eius † foris. Calamum quaſſatum
a ¶Quia miſericors peccatoribus. b ¶Propinquos extinctioni.
non conteret, & linum fumigans
a ¶Secundum opera cuiuſque. b ¶Filius.
non extinguet. In veritate educet iu-
a ¶Vltimum. b ¶Semper enim hilaris, ſemper & iucundus fuit.
dicium: non † erit triſtis neque turbu
a ¶Terrenis. b ¶Nouiſſimum.
lentus, donec ponat in terra iudi-
a ¶Euangelium. b ¶Gentes vndiq; tribulationibus percuſſæ.
cium, & legem eius inſulæ expecta-
x ¶Superiora. b ¶Ne dubites de autore.
bunt. Hæc dicit dominus Deus, cre-
a ¶Creator. ſ. omnium. b ¶Materiales. c ¶In habitaculum angelorum. d ¶Vt ex creaturis creator intelligatur.
ãns cælos, & extendens eos: † firmans
a ¶Super inane. b ¶Quoticie.
terram, & quæ germinant ex ea, dans
a ¶Animam, ſecundum illud: Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.
flatum populo qui eſt ſuper eam, &
¶Sanctum. a ¶Virtute rationis. b ¶Terrenitatem.
ſpiritum calcantibus eam. Ego do-
a ¶Omnium. b ¶O fili ¶A Iudæa in Gentes. c ¶Vnde. Pater iuſte mundus te non cognouit.
minus vocaui te in iuſtitiã, & appre-
a ¶Pater in me manens, ipſe facit opera. b ¶A monte.
hendi manum tuã, & ſeruaui te. † Et
a ¶Qui omnia conſeruas. b ¶Implendum ſicut pepigeram populo meo Iſrael.
dedi te in fœdus populi, in lucem
¶Quæ erant in tenebris. a ¶Cordi. b ¶Infidelium.
Gentium, vt aperires oculos cæco-
a ¶Dæmonum.
rum, & educeres † de concluſione vin-
a ¶Funibus peccatorum. b ¶Peccati.
ctum, de domo carceris ſedentes in
¶Ignorantiæ. ¶Non alius. a ¶Dominus. ¶Glorificaui, & iterum glorificabo.
tenebris. Ego dominus, hoc eſt
nomen meum. † Gloriam meam
a ¶Præter te cui daturus ſum. ¶Idolis.
alteri non dabo, & laudem meam
a ¶A prophetis prædicta.
ſculptibilibus: quæ prima fuerunt

† in platea
† expãdens
† Inf. 49. b
† carcere
† Inf. 48. b

*à patre, plenum gratiæ & veritatis.*

e Iudicium. *Iudicium enim extremum denunciauit hominibus futurum, vt patet Matt. 25. Item in forma humanitatis in qua iudicatus fuit coram Pilato, feret ſententiam in vltimo iudicio: hoc excepto quòd tunc apparebit in forma glorioſa. Actu. 1. b. Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis, ſic veniet, ſcilicet ad iudicium, ſicut vidiſtis eum aſcendentem, ideſt in forma humanitatis glorioſa in qua aſcendit in cælum.*

f Non clamabit. *Clamore contentionis, licèt clamauerit clamore prædicationis, Ioh. 7. f. In nouiſſimo feſtiuitatis die ſtabat Ieſus & clamabat, &c. Et clamore orationis, ad Heb. 5. Cum clamore valido & lacrymis offerens, &c.*

g Neque acci. per. *ſecundum quod dicitur Matt. 22. b. Non reſpicis perſonam hominum.*

h Nec au. vox. *ſ. vox prædicationis extra Iudæam, quia in perſona propria non prædicauit præterquam Iudæis, niſi rarò, vtpotè Samaritanis, Ioh. 4. qui tamen erant in parte Iudæi, quia recipiebant quinque libros Moyſi: & propter hoc dicit Matt. 15. c. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael.*

i Calamum. *ideſt populum Gentilem vacuum à fide ad modum calami, & cõquaſſatum varijs erroribus idololatriæ. Hunc calamum non contriuit, ſed magis reſarciuit vocando ad fidem per apoſtolorum prędicationem.*

k Et linum fumi. *ideſt populum Iudaicũ modicę aut nullius poteſtatis contra exercitum Romanorum.*

l Non ex. *Quia ignis per Romanos accenſus in Ieruſalem non fuit extinctus, niſi per conſumptionem combuſtibilis materiæ.*

m In veri. *Quod intelligitur de iudicio diſcretionis, quo aliquos vocauit, & vocat ad fidem ſuo iuſto iudicio, alijs dimiſſis: & de iudicio extremæ examinationis, in quo procedet ſecundum lineam æqualitatis.*

n Non erit tri. *In animo.*

o Neq; tur. *In exteriori ſigno. hoc tamen non eſt intelligendum de triſtitia naturali, quæ eſt paſſio exiſtens in parte ſenſitiua: illam enim aſſumpſit ad oſtendendum in ſe veritatem humanæ naturæ. Matt. 26. d. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem: ſed de triſtitia obnubilante rationem, quæ in eo non habuit locum. Vbi habemus: Non erit t. In Heb. habetur: Nõ obſcurabitur donec ponat in terra iudicium: Quod poteſt intelligi de duplici iudicio prædicto.*

p Et ie. e. *Quod patet impletum in Sicilia, Anglia, Cipro & alijs inſulis quæ legem Euangelicam receperant: Etiam aliquæ à tempore apoſtolorum, vt patet in Actibus apoſtolorum in pluribus locis, quomodo Paulus prædicauit in inſulis.*

q Hæc di. *Hic conſequenter deſcribitur ipſa miſſio, cum dicitur: Hæc di. q. d. ſicut creauit omnia de nihilo ſua virtute infinita, ita eadem poteſtate mittit filium in mundum. ideo ſequitur,*

r Ego do. *quia Chriſtus mundum redemit per viam iuſtitiæ ſatisfaciens pro peccato pleniſſimè.*

## NICOL. DE LY.

*ſecundum quod dicitur Iohan. 3. b. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, &c. Et diuiditur in duas partes: quia primò agitur de filij miſſione, ſecundò de fidei multiplicatione, cap. ſeq. Prima adhuc in duas, quia primò deſcribitur huius beneficij magnitudo ſecundò malorum ingratitudo ibi: Hæc verba. Prima in tres: quia primò prædicitur filij Dei aduentus. ſecundò malorum caſus, ibi: Dominus ſicut fortis. tertiò iuſtorum proſper ſtatus, ibi. Et educam. Prima adhuc in tres: quia primò deſcribitur filij mittendi conditio, ſecundò prædicitur eiuſdem miſſio, ibi: Hæc dicit dominus. tertiò inducitur gratiarum actio, ibi: Cantate domino. Circa primum ſciendum, quòd litera iſta ſecundum Latinos, & Hebræos eſt de Chriſto ad literam intelligenda. & hoc patet Matt. 12. b. vbi iſta litera allegatur impleta in Chriſto: & hoc etiam patet per translationem Chaldaicam, quæ vocatur Thargum apud Hebræos, & eſt tantæ autoritatis apud eos, quòd nullus fuit auſus ei contradicere: propter quod aliqui doctores catholici exponentes paſſum iſtum & totum capitulum de Cyro rege qui Iudæos liberauit à captiuitate Babylonica, malè dicunt, & quantum ad hoc magis Iudaizant quam Hebræi exponentes ipſum de tempore Chriſti: tamen hoc expectant in futurum & malè, quia tranſiit in præteritum. Igitur ſequendo dictum beati Matt. apoſtoli & Euangeliſtæ exponatur de Chriſto, vt ſit verbum patris, cum dicitur: Ecce ſeruus meus. quia licèt ab æterno fuit in forma Dei, in tempore tamen accepit formam ſerui, vt habetur Philip. 2. a.*

*r* Quia mihi curuabitur. *Per adorationem latriæ, cuius ſignum exterius eſt genuum flexio, vt dictũ fuit plenius Eſther. 3. a. Et iurabit omnis lingua. Iſta nunc ſunt adimpleta, quia per orbem ceſſauit idololatria, & ab omnibus colitur vnus Deus, licèt vario modo à Chriſtianis, Iudæis, Saracenis & alijs. Alio modo poteſt intelligi de ſolis Chriſtianis, quia de omnibus Gentibus & linguis aliqui credunt in Chriſtum, ipſum venerantes tanquàm verum Deum, & adhuc plures credent circa finem mundi. Ex dictis concluditur;*

*s* Ergo in domino dicent. *id eſt poterunt dicere.*

*t* Meæ ſunt iuſtitiæ. *Quia principes mundi pro magna parte ſubmiſerunt colla iugo Chriſti, & obediunt eius vicario ſummo Pontifici. Et quia adhuc plures venient ad fidem in poſterum, vt dictum eſt, ideo ſubditur:*

H

*u* Ad eum venient. *De ſuis priſtinis erroribus.*

*x* Omnes qui repugnant ei. *Per infidelitatem ſeu malam vitam.*

*y* In domino iuſtifica. *Semen Iſrael dicitur hic omnis fidelis, qui imitatur fidem ipſius Iſraelis, qui de aduentu Chriſti prophetauit Gen. 49. prout dictum eſt capitulo præcedenti.*

## MORALITER.

✱ c *Non in vanum creauit eam.* ſcilicet viuentium terram, ſed vt habitetur à ſanctis poſt hanc vitam.

d *Non in abſcondito locutus ſum.* Ioh. 18. d. Ego palam locutus ſum mundo.

e *Non dixi ſemini Iacob fru. quærite me.* Hoc dicit propter Apoſtolos & alios credentes de Iudaiſmo, quorum fides non eſt fruſtrata.

f *Congregamini & ve.* Hoc dicit propter credentes ex Gentibus, ex quibus cùm Iudæis facta eſt vna eccleſia.

i *Neſcierunt qui leuant ſi.* i. idololatræ neſciunt Chriſtum. Licèt enim idololatria pro maiori parte ceſſauerit per prædicationem Euangelij, tamẽ adhuc dicuntur eſſe aliqui habitantes in parte aquilonari, qui nominantur Linicanj, & adorant pro Deo diei primum viuens quod occurrerit eis in mane: quorũ dij non poſſunt annunciare futura, ſicut annunciat Deus verus. Ideo ſubditur in perſona eius: Conuertimini ad me, & ſalui eritis.

In





*In cap. xlv. vbi dicitur in poſtilla: Aſſimilaui te.*

A

ADDITIO I.

Vbi tranſlatio noſtra habet: Aſſimilaui te, in Hebr. habetur: Cognominaui te. & eſt ſenſus, quia non ſolum Deus nomen Cyri reuelauit longè ante tempus ſuum, ſed etiam cognomen, vocãs eum paſtorem, vt ſup. 44. d. qui dico Cyro, paſtor meus &c.

*In eo. cap. vbi dicitur in poſtil. Et hoc eſt quod dicitur: Rorate cę.*

ADDITIO II.

Hoc quod dicitur: Rorate cęli. valde extortè exponitur de natiuitate Cyri, in qua nihil noui euenit præter illud quod in cæteris hominum natiuitatibus contingit. Illud enim quod narratur de canicula eum nutriente ſeu lactante, quod videtur in eo ſingulariter contigiſſe, non pertinet ad eius natiuitatem, ſed ad eius educationem. & ideo quod hic dicitur: Rorate cęli deſuper, &c. de nullo planè poteſt intelligi ad literam, niſi de Chriſti conceptione, quem rorante ſpiritusancto beata virgo germinauit. Nec etiam quod ſequitur: Et iuſtitia oriatur ſimul, poteſt dici de ortu Cyri, in quo nulla eſt iuſtitia orta. Vnde hæc autoritas nullo modo eſt applicabilis niſi ad ortum Chriſti. & ideo ab vniuerſali eccleſia in diuinis officijs ſolum ad iſtud trahitur propoſitum, quod propriè continuatur ad immediatè ſequentia. Ad quod ſciendum, quòd contra myſterium Chriſti duplex impugnatio ſurrexit. Prima, ſ. per corporalem perſecutionem, quæ incepit ab Herode volente Chriſtum occidere, ne perderet regnum Iudęę. Secunda eſt perſecutio ſpiritualis, quæ incepit à Phariſęis doctrinam Chriſti impugnatibus. ſ. negando eius diuinitatem, ſimiliter & matris virginitatem. Vnde propheta in hoc loco alludens iſtis duabus impugnationibus. Circa primam dicit: Vę qui cõtradicit factori ſuo, quod propriè exponitur de Herode, qui audiens natiuitatem Chriſti miraculosè Magis oſtenſam, & ore ſuo confitens ſe adoraturum Chriſtum, temerariè niſus eſt contradicere diuinæ ordinationi per occiſionem puerorum, & hæc fuit prima perſecutio Chriſti corporalis. De perſecutione autem ſpirituali di. Vę qui dicit patri, quid generas? & mulieri quid parturis? quod denotat impugnationem Iudæorum ſeu hæreticorum contra duplicem natiuitatem Chriſti. ſ. ęternã & tpalẽ. In hoc. n. qđ dr. Vę qui dicit patri quid generas? intelligitur ille qui patri omnipotenti dicit: Quid generas. ſ. ęqualem tibi filium, & eſt error negantium generationem ęternam in diuinis. In hoc autem quod ſequitur: Et mulieri quid parturis? intelligitur ille qui negat natiuitatem Chriſti temporalem fuiſſe ſine ſemine uirili. Talis eñ dicit mulieri. ſ. Mariæ, quid parturis. ſ. ſi hominem non cognouiſti. q. d. hoc nullo modo poſſet eſſe. Et patet, quòd expoſitio horum verſuum prædicta magis propria eſt & literalis, quàm alia quę de Aſtyage & ſomnio eius loquitur.

Impugnatio contra myſterium Chriſti, quæ & quotuplex.

C

*Prima perſecutio Chriſti. Secunda perſecutio.*

REPLICA.

IN cap. xlv. Burg. ſingulariter mouetur contra Poſtil. ipſum capitulum exponentem multum diſtinctè, dicens quod in eo quædam dicuntur tantum de Cyro, in quibus non gerit figuram Chriſti, ſicut cum dicitur. Non cognouiſti me, qđ ſine abſurditate Chriſto non poteſt applicari. Quædam autem dicuntur de Chriſto tantum, quædam de vtroque, principaliter tamen de Chriſto tãquàm per Cyrum figurato. & ſic exponit illum paſſum: Rorate cęli deſuper, &c. Quia nihil abſurditatis eſt in vtraque expoſitione. Burgen. autem dicit: ſed nihil probat, qđ de Cyro exponi non poſſit. Quod autẽ inquit, eccleſia vtitur illo paſſu in diuino officio. Si illa ratio valeret: Pſalmus Domine probaſti, in officio diuino aſſumi non deberet. qui de Dauid ab omnibus exponitur tanquàm figura, & ſic de quampluribus alijs locis pſalmorum & ſacræ ſcripturæ.

GLOSSA ORDINARIA. CAP. XLVI.

C*Onfractus eſt Bel.* Poſt vocationem Gentium ſubijcitur deſtructio idolorum.

b *Nabo.* eſt aurum, Nabo eſt idolum. Sed hic magis interpretatio nominis operatur. Dicitur enim, prophetia vel diuinatio. Et nota cum dixit: Confractus eſt Bel & adiecit: Contritus eſt Nabo. de ſpecie ad genus tranſiuit, ſignificans quod poſt aſcenſionẽ domini per prædicationem Apoſtolorum, idola deſtructa ſunt, & prophetia dęmonum, & diuinatio magorũ ad nihilum deuenerunt.

B

c *Beſtijs & iumen.* Beſtias. n. & iumenta adorabãt, & regio eorum pleriſq; oppidis ex beſtijs & iumentis quæ adorabãt nomina impoſuit, vt. ſ. Leonata à leone, & alia huiuſmodi.

d *Et anima eo.* Non quod ſimulacra habeant animam, ſed metaphoricè, & anima & membra, earum rerum dicuntur, quæ & ſenſu & membris carent. vnde: Mors & vita in manibus linguæ. Vel eſt ſenſus quod error idololatriæ grauiſſimum onus Gentibus fuerit, quæ cultores ſuos depreſſit ad terram, & ſaluare animas nõ potuit, quas diabolo & dęmonibus ſubiugauit.

Prou. 18. d

e *Domus Ia.* Nõ dicit Iacob ſerui mei electi mei cum adiectione honoris, ſed ſimpliciter, & alloquitur tãquàm carnales, & recedẽtes à mãdatis ſuis.

f *Qui portami.* Qui geſtamini tanquã fœtus conceptus per deſertum vſq; ad terram promiſſionis. Diu enim patienter eos expectauit, & in deſerto peccantes, & in terra promiſſionis, & poſt paſſionem per quadragintaduos annos.

a Cui

## CAP. XLVI.

a ¶Saturnus primum idolum Babyloniorũ, inde ad alias Gentes tranſlatum, in tanta veneratione habitum eſt, ut etiam filios ſuos ei immolarent.

ᵃ C † Onfractus eſt Bel, con- ᵃ ᵇ

a ¶Prophetia vel diuinatio.

ᵇ tritus eſt Nabo: † facta ſunt ſimu- ᶜ

a ¶Deorum. b ¶Adoranda, non hominibus. Homo enim cum in honore eſſet, non intellexit &c. Et alibi: Similes illis fiant qui faciunt ea. ¶Alias opera.

ᶜ lacra eorum beſtijs & iumẽtis. One ᵈ

a ¶Pondus metalli. b ¶Oneroſa ſimulacra ſunt ſcilicet tantum.

ra veſtra graui pondere vſque ad ᵉ

a ¶Portantium ſacerdotum. b ¶Defecerunt ſcilicet in aduentu Chriſti.

laſſitudinem † contabuerunt et con ᶠ

a ¶Omnino. b ¶Ideo.

trita ſunt ſimul. Non potuerunt ᵍ

¶Se.

ᵈ † ſaluare portantem, & anima eo- ʰ

a ¶Colentium vel idolorum. ¶Dęmonum. b ¶Pro precio metalli primo captiuantur.

rum in captiuitatem ibit. Audite ⁱ ᵏ

a ¶Iuda & Beniamin. ¶Propinquitate carnis & ſanguinis. b ¶Feces reliquiarum.

ᵉ me domus Iacob, & omne reſiduũ

a ¶Decem tribuum, quę iam abductę in Aſſyrios. b ¶Etiam peccantes.

ᶠ dom⁹ Iſraël. Qui portamini à meo ˡ

## NIC. DE LYRA. CAP. LXVI.

C*Onfractus eſt. Poſt liberatoris præſignationem, hic conſequenter propheta denunciat hoſtium. ſ. Babyloniorum deſtructionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò denunciatur deſtructio idololatriæ & populi. ſecundò ceſſatio regni. cap. ſeq. Prima in tres, quia primò dicta deſtructio denunciatur. ſecũdo populus ad cultum latriæ reuocatur, ibi: Audite me. tertiò liberatio ei promittitur, ibi: Recordamini. Circa primum præmittitur idolorum deſtructio, cum dicitur:*

*a* Confractus eſt Bel. *Alias conflatus. quod erat principale idolum Babyloniorum. & loquitur de futuro per modum præteriti.*

*b* Contritus eſt Nabo. *Aliud idolum minus principale. Dicunt tamen aliqui, quod Nabo non eſt nomen proprium ſed appellatiuum, & ſignat prophetiam ſiue diuinationem, & ſic eſt ſenſus: Confracto idolo nomine Bel, contrita eſt prophetia ſeu diuinatio, quam Sacerdotes Belis fingebant. Vel quia dęmones in idolis aliquando dabant reſponſa.*

*c* Facta ſunt ſimu. eorum beſtijs & iumen. *id eſt ſimilia eis, quia carentia intellectu. Conſequenter denunciatur deſtructio idololatrantium. Circa quod ſciendum, quòd Sacerdotes idolorum quærentes fugere de Babylone, quando capta fuit per Cyrum, ſecum portabant idola, & ſic propter pondus à veloci curſu fuerunt impediti, & ſic cum idolis capti & deſtructi, & hoc eſt quod dicitur:*

*d* Onera veſtra. *Idola.*

*e* Graui pondere uſque ad &c. *Vos à curſu impedientia.*

*f* Contabuerunt & contrita ſunt ſimul. *id eſt vna vobiſcum.*

*h* Anima eorum. *ſcilicet ſacerdotum & idololatrarum.*

D

*i* In capti. ibit. *Quia aliqui eorum fuerunt capti viui, & in captiuitatem ducti.*

*K* Audite me domus Iacob. *Hic conſequenter reuocat populum Iudæ ad verũ cultum, quia multi fuerunt idololatræ ante captiuitatem Babylonicam, vt patet. 4. Regum in pluribus locis. Et ex hoc probabile videtur, quod multi eorum qui fuerunt ducti in Babylonem, ſequebantur Babyloniorum idololatriam: Et ad reuocandum eum primò oſtenditur affectus Dei ad ipſum, cum dicitur in perſona Dei: Audite me domus Iacob Sequitur:*

† deciderunt, incuruata ſunt.

*l* Qui portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua. *i. qui afficior ad vos, ſicut mater ad filios.*

a Vſque

## MORALITER.

✱ a *Confractus eſt Bel.* Qui deuorator interpretatur, ideo per ipſum guloſus & ebrioſus ſignatur, & ſic in corpore & anima frangitur: quia ſicut dicitur Eccleſ. 31. d. Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus. Et per oppoſitum exceſſus in cibis & potibus eſt infirmitas corporis & animæ.

b *Contritus eſt Nabo.* Qui interpretatur ſuperueniẽs. propter quod ſignat ſuperbum, qui ſupergredi vult omnem alium. & ſic conteritur in mente: quia non poteſt ad hoc attingere.

x *Facta ſunt ſimu. eorum.* Simulacra Gaſtrimargi ſunt imaginationes de cibis & potibus, & ſimulacra ſuperbi, ſunt imaginationes de excellentijs indebitis & honoribus, quæ confringuntur, nam à Deo grauiter puniuntur.

d *Onera veſtra graui pondere vſque.* Hoc de peccatoribus, in quorum perſona dicitur Sapien. 5. b. Laſſati ſumus in via iniquitatis, &c.

g *Non potuerunt ſaluare portantem.* ſcilicet in vita præſenti, quia magis accelerant mortem.

K *Audite me domus Iacob & omne.* i. ſupplantatores uitiorum, & contemplatores diuinorum, qui per Iacob & Iſrael ſignantur.

l *Qui porta. à meo u.* i. ſuſtentamini à me, ſicut filij à matre.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Cui aſſimila.* In eos præcipuè inuehitur, qui tēpore Achaz
E & Ezechiæ idola coluerunt in angulis platearum, in hortis, in lucis, ſuper domos.
b *Mementote iſtud.* Quia vos genui, & vſque ad ſenectā portaui. deſerite idola quæ feciſtis, & ad vnius Dei cultum reuertimini.
c *Ad cor.* Intellectū, qui quaſi beſtiæ vixiſtis, ſimulacra venerantes, vt furioſi in ligna & lapides impingētes.
d *Annuncians.* Per prophetas, vt cum predicta impleuero per diuinationē. i. prophetam prædicentem futura, pbem diuinitatem meam.
1. Cor. 10. c e *Nouiſſimum.* Nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. Et alibi:
Gal. 4. a At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum. Et Ioh. Filioli inquit, nouiſſima hora eſt.
1. Ioh. 2. d f *Conſilium.* Redimendi mundum per filium, quaſi cōſilium meum ſtatutū nunc dico, vt cum videritis effectū, ſciatis nullum eſſe Deum, niſi qui futura cognouit, & fieri præcepit.
g *Vocans ab or.* Auem ſecundum Hebræos Cyrum regem Perſarum, vel Darium regem Mędorum, qui citiſſimè ab oriente aduolauerunt, & contra Babylonios voluntatem domini impleuerunt. Nos verius referimus hæc ad Chriſtum, qui quaſi cito volatu ſua fide per Apoſtolos totū mun-
Nu. 24. c dum impleuit. vnde Balaam: Orietur
Zach. 6. c ſtella ex Iacob. Et alibi. Oriens nomē
Mat. 2. a. eius. Et quē Magi ab oriente venientes adorauerunt.
Act. 7. f h *Duro cor.* Qui ſemper reſiſtitis veritati: primò prophetis, tandē & filio.
Ioh. 8. f i *Dabo in Sion.* LXX, ſalutare, & Iſrae-
Ioh. 14. c li gloriam meam. filium. ſ qui dicit: Non quæro gloriam meam. Et, pater in me manens ipſe fa. opera. In
F Siō, quia in Iudęa natus, paſſus. Vel, per Sion ſignificat eccleſiam in ſpeculatione poſitam.

## GLOS. ORD. CAP. XLVII.

DEſcende &c. Quia omnes creaturæ Dei ſumus. Nec iuxta hæreticos, natura Babylonis damnabilis, vel ob luxuriam & ornatum potentiſſimæ vrbis, quæ iam ſenex & vicina occaſui, virgunculam ſe & puellam iactat. *Moraliter. Greg.* Deſcende ſede

## NICOLAVS DE LYRA.

a Vſque ad ſe. *id eſt iſtam affectionem ego continuabo. Conſequenter reuocat populum ab idololatria, dicens:*
*b* Cui aſſi. me. *Fabricando vobis idola: ideo ſubditur:*
*c* Qui confertis. *q. d. quamuis diligatis aurum ſicut auari, tamen ita fuiſtis ad idololatriam proni, quòd ibi poſuiſtis aurum veſtrum, ideo ſubditur:*
*d* Conducentes aurificem. *Et conſequenter oſtendit idolorum impotentiam, dicens:*
*e* Portant illum in humeris. *Propter quod in fine concluditur:*
*i* Redite præuaricatores. *i. idolorum fabricatores, & cultores.*
*K* Ad cor. *Cogitando, quòd in idolis nihil numinis ſit ſeu virtutis.*
*l* Recordamini prioris. *Hic denunciatur liberatio populi: primò tamen oſtenditur Dei potentia ad hoc agendum, cùm dicitur: Recordamini prioris ſeculi. i. creationis mundi, qui à me creatus eſt. ideo ſubditur:*
*m* Quoniam ego ſum Deus ſo. *Creator.*
† 23. q. 5. c ſi Paulus *ideo poſſum populum meum liberare, & liberationem prædicere. ideo ſubditur:*
*n* An-

a ¶Miſericordia. ¶Non quod ineffabilis maieſtas membra habeat, ſed per membra noſtra, affectus eius diſcimus. b ¶Egredientes de Aegypto. c ¶Clementia quaſi a matrice.
vterō, qui geſtāmini à mea vulua.
a ¶Veſtram. b ¶Creator omnium ſuæ parcit creaturę. ¶Scilicet qui dixi Moyſi: Ego ſum qui ſum.
Vſq; ad ſenectā ego ipſe, & vſq; ad a
a ¶Veſtros, finem ſcilicet mundi. b ¶Vos. ¶Protegam vos. ¶Donec plenitudo Gentium intrauerit, & tunc vos quoque intretis. c ¶Vos.
canos ego portabo. Ego fēci, & ego
a ¶Expectabo. b ¶Si conuerſi fueritis. c ¶Quia hæc omnia feci vobis.
a ferā: ego portabo, & ſaluabo. †Cui b
aſſimilaſtis me, & adęquaſtis, & cō
a ¶Ad idola facienda.
paraſtis me, & feciſtis ſimilē? Qui c
a ¶Quamuis carum, quamuis abſconditum.
†cōfertis aurū de ſacculo, & argētū
a ¶Vt ſciatis quantum quiſque obtulerit. b ¶Precio.
ī ſtātera pōderatis, conducētes auri- d
a ¶Cuius eſt facere, non fieri. b ¶Facto Deo. c ¶Omnes. d ¶Deum talem.
ficē vt faciat Deum, et procidūt & 
a ¶Quia per ſe moueri non poteſt. b ¶Sacerdotes.
adorant. Portant illū in humeris gē e
a ¶Poſitus.
ſtātes, & ponētes in loco ſuo. Et ſtā-
a ¶Per ſe. ¶Pedes habent & non ambulabunt.
bit, ac de loco ſuo non mouebitur,
a ¶Cultores.
Sed & cū clamauerint ad eum, nō f g
a ¶Aures habent & non audient.
audiet: de tribulatione nō ſaluabit
¶O idololatræ. a ¶Prædictum. b ¶In fide Chriſti pęnitentes. ¶Ne ſubitus idololatriæ vos turbo ſubuertat.
b eos. Mementote iſtud, & † confun h
a ¶Naturalis legis & ſcriptæ.
c damini: redite puaricatores ad cor. i k
a ¶Quæ bona fecerim vobis, ex quo eduxi vos de terra Aegypti. b ¶Ab initio mundi.
Recordamini prioris ſeculi, quoniā l m
¶Nō alius. a ¶Verus, qa illi dedi. b ¶Et ſi dij manufacti.
ego ſum Deus, & nō eſt vltrà Deus,
a ¶Quia ſcilicet. b ¶Mundi: vel Abraham cui dictum eſt: In ſemine tuo benedicentur omnes Gentes.
d nec eſt ſimilis mei, annuncians ab n
e exordio nouiſſimū, & ab initio quę
a ¶Filij aduentum: Electionem Apoſtolorum: Vocationem Gentium.
f nōdū facta ſunt, dicēs: Cōſiliū me o
a ¶Impletū. b ¶Id eſt. c ¶Hominis ſaluatio. d ¶In filio.
ūm ſtabit, et oīs volūtas mea fiet.
a ¶Iudæa enim (in qua natus eſt) ab oriente eſt. b ¶Chriſtum. Vnde Iob: Semitam ignorauit auis. c ¶Id eſt.
g Vocans ab oriente † auem, et de ter p
a ¶Mundo qui longe à cęlo. b ¶Filium in quo mihi complacui. Vocaui ad cęlum in aſcenſione.
rā lōginqua virum † volūtatis meæ. q
a ¶Per prophetas de aduentu filij, de redemptione mundi. b ¶In filio. c ¶Conſilium. d ¶Secundū humanitatem.
Et locut⁹ ſum & adducā illud, creā r
a ¶Secundum voluntatem meam. b ¶Domus Iacob, & reſiduum domus Iſrael.
h ui, & faciam illud. Audite me duro s t
a ¶Chriſto, qui omnes iuſtificat.
corde, qui longè eſtis à iuſtitia. Pro- u
a ¶Faciam. b ¶Mittam filium ſcilicet in mundum. c ¶A te.
pe fēci iuſtitiam meam, & nō elon x
a ¶Filius, quia ſaluum faciet populum ſuum a peccatis eorum. b ¶In Iudæa in qua natus eſt.
gabitur, & ſalus mea non morabi-
a ¶Filium. vnde: Viderunt oculi mei ſa. tuum. ¶Idem.
i tur. Dabo in Sion ſalutem, & † in y z
Iſrael gloriam meam. a

## CAP. XLVII.

a ¶Inuehitur in Babylonē & Chaldęos. ¶O Babylon de ſolio regni.
k DESCENDE b

*n* Annuncians ab exordio nouiſſimum. *i. antequam fieret annunciaui principium rei & terminum, ſicut patet Gen. 15. vbi ſimul denunciauit Abrahæ deſcenſum Iacob & filiorum eius in Aegyptum, & afflictionem eorum ibidem & liberationem. Et eodem modo, Iſaiæ reuelauit futuram captiuitatem populi per Nabuchodonoſor, & liberationem per Cyrum. Et quòd iſtud ſit certum, oſtenditur conſequenter cum dicitur:* G
*o* Conſilium meum ſta. *De liberatione populi per Cyrum.*
*p* Vocans ab o. auem. *i. Cyrum ad modum auis velociter venturum.*
*q* Virum voluntatis. *id eſt executorē meæ voluntatis.*
*r* Creaui. *i. creandum diſpoſui.*
*s* Et faciam il. *Quia voluntas mea non poteſt impediri: Et ad huius conſiderationem excitat Iudæorum attentionem di.*
*t* Audite me duro corde. *i. qui habetis durum cor. Propter quod dicit dominus Exod. 32. c. Cerno, qd populus iſte duræ ceruicis ſit.*
*u* Prope feci. *i. fiendam diſpoſui.*
*x* Iuſtitiam. *In Babyloniorum deſtructione, & veſtra liberatione.*
*y* Dabo in. *Reędificando tibi templum ad nominis mei cultum, per quem cultores conſequuntur ſalutem.*
*z* Et in Iſrael. *Sic eſt in Heb. & in libris correctis i. in populo imitante fidem eius.*
*a* Gloriam meam. *Quod fuit impletum imperfectè in liberatione facta per Cyrum, & perfectè in liberatione facta per Chriſtum, de qua eſt principalis intentio huius capituli, vt dictum eſt.*

## MORALITER.

✻ b *Cui aſſimila. me.* Hic increpantur homines mali, qui non ſolum ęquant hominem mortalem Deo, ſed etiam præponūt, magis timentes offenſam mali principis vel prēlati, quam offenſam Dei: propter quod eis dicitur in perſona Dei: Cui aſſi. q. d. in hoc feciſtis peſſimè.
c *Qui confer aurum.* Iſti ſunt mediatores ſimoniæ, vt per munera habeant ſibi fauorabilem prælatum, qui non ſit niſi idolū, ſicut dicitur Zach. 11. d. O paſtor & idolum relinquens gregem. H
e *Portant illum in hume.* Excuſando ſuos defectus ne deponantur.
f *Sed & cum cla. ad eum.* Pro aliqua tribulatione eccleſię.
g *Non au.* i. remedium adhibere non poterit neque ſciet.
h *Mementote.* Verè pœnitendo de promotione talis prēlati.
l *Recordamini prioris ſecu.* i. temporis eccleſiæ primitiuæ, in qua non promouebantur niſi digni ratione vitæ & ſcientiæ, qui perſonam Dei verè repręſentabant: ideo ſequitur:
m *Quoniam ego ſum Deus, & non.* Annuncians per bonos prēlatos voluntatē meā.
p *Vocans ab oriente auem.* id eſt bonum contemplatiuum, vt ab oriente contemplationis deſcendat ad eccleſiæ regimen propter populi neceſſitatem, & ſic ſolebat fieri, vt patet de beato Gregorio, ſancto Martino, & multis alijs. Et quia tales, eccleſię ſunt vtiles, ideo ſubditur: Dabo in Sion ſalutem, & in Iſrael gloriā meam.

## NIC. DE LY. CAP. XLVII.

DEſcende. *Hic conſequenter deſcribitur deiectio Babyloniorū quantùm ad ceſſationem regni. Et diuiditur in tres partes,* ¶ *quia*

## MORALITER.

✻ b *Deſcende &c. filia Babylon.* Quæ confuſio interpretatur: ideo per filiam ✻ Babylo-



G ſede in puluere virgo filia Babylon. Hoc loco humana mēs,
A virgo non incorrupta (vt arbitror) dicitur, ſed infęcunda. Et quia Babylon confuſio interpretatur, rectè in fęcunda mens filia Babylonis vocatur, quæ in eo q nequaq bona opera germinat (dum nullo ordine rectæ vitæ componitur) quaſi matre cōfuſione generatur. Sin autem virgo non infęcunda dicitur, ſed corrupta, poſtquàm ſtatum ſalutis perdidit, ad cōfuſionis ſuæ cumulum appellatur, quod fuit, deſcende. In alto quippe humanus animus ſtat, quādo ſupnis retributionibus inhiat. Sed ab hoc ſtatu deſcendit, cum turpiter †vinctus ſeſe defluentibus mundi deſiderijs ſubijcit, cui mox bene additur: Sede in pul. Deſcendens enim in puluere reſidet, quia cęleſtia deſerens terrenis cogitationibus aſperſus in infimis vileſcit. Sede in terra. quia de cęleſti conuerſatione noluiſti te erigere: ſub temetipſo in terrenis proſtratus humiliare. Vnde neceſſario ſubditur: Non eſt ſolium filiæ Chaldæorum. Chaldæi, feroces interpretātur: valde autē feroces ſunt qui voluptates proprias ſequentes, nec ſuis motibus parcere ſciunt. Sed filia ferocium ſolium nō habet, quia mens quæ ad amorem mundi ex prauis deſiderijs naſcitur, atque eiſdem obſcuratur, in eo quod ſe terrenis deſiderijs ſubijcit, ſedem amittit, & quaſi à iudicis ſui ſeſſione repellitur, qui per exteriores concupiſcentias vagatur, & ſępe iuſto iudicio in ſua ipſe voluntate relinquitur, & & ſub ea quę anxiè appetit laborioſa mundi miniſteria relaxantur: Quia vltrà non vocabe. mol. & te. Conſtat nimirum, quia tenerę filiæ ſuæ parentes parcūt, nec duris atque ſeruilibus operibus hanc affligunt. Omnipotēs ergo Deus quaſi tenerā filiam vocat, quando dilectam cuiuſq; animam à la-
B borioſis huius mundi ſeruitijs reuocat, ne dum ab exterioribus afficitur, ab internis deſiderijs obduretur. Sed Chaldæorū filia mollis & tenera non vocatur, quia mens prauis deſiderijs dedita, huius ſeculi labori relinquitur, vt foris mūdo velut ancilla ſeruiat, quia intus Deum nequaquam vt filia amat: C
vnde & molam tollerę & farinam molere perhibetur. Mola in gyro ducitur, & farina profertur. Vnaquæq; aūt huius mundi actio mola eſt, quæ dum multas curas congerit, humanas mentes quaſi in gyrū vertit, atque ex ſe farinas proijcit, quia ſeducto corde ſemper minutiſſimas cogitationes gignit. Nonnunquam vero qui quietus alicuius momenti creditur, poſitus in qualibet actione denudatur. Denuda turpitudinem. Inani quippe miniſtratione operis turpitudo denudatur, dū vilis abiectaque mens in actionis oſtentatione cognoſcitur, quæ quieta prius magna putabatur. Humerum mens diſcooperit, quando opus ſuum quod ignorabatur oſtendit. Crus reuelat, quando q quibuſdā deſideriorum paſſibus lucris mundi inhiat, manifeſtat. Flumina etiam tranſit, quando actiones huius ſeculi, quæ quotidie ad terminū defluunt, indeſinenter appetit, dumq; alias relinquit, alias ſequitur, quaſi de flumine ad flumen tranſit.
a *Non vocaberis mollis & tenera. Tolle molam &c.* Metaphoricè. Solent reginæ molles eſſe & delicatæ, nec ſeipſas ferentes præ teneritudine. ſub hac ſpecie alloquitur Babylon.
b *Farinam. Denuda & turpitudinem tuam.* Vel coitū præbe Mędis & Perſis, qui in hoc feruentiſſimi ſunt. Secundum hoc dicunt Hebræi, quòd Philiſthæi
Samſon cum Filiſt. molere. Sāmſonem erutis oculis molere coegerunt, id eſt cū mulieribus ſuis coire, vt ex eo ſuſciperent homines magnæ & inuincibilis ſtaturæ. Fab. 32. Iere. 51. a
c *Et non reſiſtet.* Sicut Moyſes Deo volenti delere filios Iſrael. Significat autem Angelum Babyloni prępoſitum: qui cum alijs ait: Curauimus Babylonem, & non eſt ſanata. D
d *Sede & tace, & intra in tenebras filia Chaldæorum, quia non vocaberis &c.* Sermo ad Babylonem refertur, & quaſi quondam reginam, modo ancillam alloquitur. Sede humilis & vilis: Tace vt triſtis conſiderans miſeriam tuam.
e *Iratus ſum.* Cauſam reddit quare Chaldæos ita afflixerit, ne

a ¶Vt captiua. b ¶Sterilis bono opere. c ¶Plebs Babylonis.
ſede in puluere virgō filia Baby- a b
a ¶Vt ancilla, quia non eſt ſolium. b ¶Dignitas regni.
lon, ſede in terra: non eſt ſolium c
a ¶Quia a Chaldæis condita.
filiæ Chaldæorum, quia vltrà d e
a ¶Delicata delicijs affluens.
a non vocaberis mollis & tenera.
a ¶Quæ paulo ante regina. b ¶O captiua: hoc eſt enim opus captiuorum.
b Tolle molam, & mole farinam. f
a ¶Dominis tuis Mœdis & Perſis victoribus.
Denuda † & turpitudinem tuam, g
a ¶Vt mulier videaris. b ¶Libidini victorum.
diſcooperi † humerum, reuela h i
a ¶Vel vt tranſeas flumina eundo in captiuitatem. b ¶Tygrim. Eufraten, Chobar. ¶Hoſtibus.
† crura, tranſi flumina. Reuelabi k l
tur ignominia tua, & videbitur
a ¶Miſeria captiuitatis.
opprobrium tuum. Vltionem m
a ¶Ex te. ¶Vindicabo enim populum meum, quem oppreſſiſti, ſi enim præcepi vt affligeres, non tamen vt opprimeres omnino.
c capiam, & † non reſiſtet mihi ho- n
a ¶A ſeruitute captiuitatis. ¶Vox populi poſt lxx annos de captiuitate redeuntis.
mo. Redemptor noſter domi- o
a ¶Hominum & Angelorum. b ¶Quia. ¶Eſt.
nus exercituum, nomen illius p q
a ¶Qui dicit: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. b ¶Præ confuſione videaris.
d ſanctus Iſrael. Sede † tace, & in- r s t
a ¶Præ confuſione lucem ferre non ſuſtinens. b ¶Quia conſtructa a Chaldæis.
tra in tenebras filia Chaldæo-
¶Sicut, ante.
rum, quia non vocaberis vl- u
a ¶Ægyptiorum, Aſſyriorum & aliorum. ¶Quia.
e trā domina regnorum. Ira- x
¶Iudæos.
tus ſum ſuper populum meum: y

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *quia primo ponitur huiuſmodi caſſatio. ſecundo ſubditur huius pœnę ratio ibi: Iratus. & tertiò excluditur eius euaſio, ibi: Sta cum incanta. Circa primum dicit: Deſcende de dignitate regni.*
*a* Sede in pul. *Tanquam vilis & abiecta.*
*b* Virgo filia Baby. *i. ciuitas Babylonis, & dicitur virgo, quia aliàs non fuerat violata ſiue capta ab aduerſarijs.*
*c* Non eſt ſolium. *Id eſt regni thronus.*
*d* Filiæ Chal. *i. Babylonis, quæ erat Metropolis in Chaldæa.*
*e* Quia vltra. *id eſt regina ſeu domina, quæ ſolent eſſe delicatæ, ſed magis ſeruituti ſubiecta. ideo ſubditur:*
*f* Tolle molam. *Quod eſt officium ancillæ.*
*g* Denuda tur. *In Hebræo habetur, denuda ligaturam tuam, i. ornamentum capitis, quod deſcendit vſque ad humeros. ideo ſubditur:*
*h* Diſcooperi hu. *Per iſta deſignatur applicatio ad opus ſeruile. Cùm enim ancillæ ad talia ſe applicant, tales coopertur as amouent. Et eadem ſūia importatur per literam communem cùm dicitur: Denuda tur. tuam. Quia ornamenti ablatio eſt quædam turpitudinis denudatio.*
*i* Reue. cr. *q. d. in captiuitatē duceris peditādo, & ſic oportebit te eleuare ueſtes, et diſcooperire partes inferiores ad traſeūdū aquas & flumina.*
*m* Vltionem capiam. *De malis tuis.*
*o* Redem, no. *Prius locutus eſt ppheta in perſona domini, nunc loquitur in propria perſona dicens: Redem. no. de Aegypto & Babylone.*
*p* Dominus exercituum. *id eſt Angelorum.*
*q* Nomen illius. *Et ſic eſt in Hebræo, ita quòd nomen domini hic dicitur dominus exercituum, id eſt Angelorum.*
*r* Sanctus Iſrael. *i. ſanctificans Iſrael.*
*s* Sede ta. *Tanq̄ cōfuſa. Et redit hic ppheta ad loquēdum in pſona dñi.*
*t* Et intra in tenebras. *Quia multi de Babylonijs in captiuitatem ducti fuerunt, & incarcerati in locis tenebroſis.*
*x* Ira. ſ. *Hic conſequenter ponitur dictæ punitionis rō, q̄ triplex eſt. Prima accipit ex crudelitate quā Babylonij exercuerūt in populū regni Iudæ, & hoc eſt quod dicitur in perſona domini: Iratus ſum. de præterito.*
*y* Super populum meum. *Propter eius peccatum.*
¶ *a* Conta-

## MORALITER.

✻ Babylonis pſona peccatrix, q̄ eſt digna cōfuſione ſignificatur, ſicut. 2. Reg. 12. b. dr: Vir mortis eſt vir ille, i. dignus morte. igitur tali peccatrici perſonæ dicitur: Deſcende. de ſublimitate ſuperbiæ.
a *Sede in puluere.* Per iugem meditationem mortis tuæ, quia puluis es & in puluerem reuerteris. Gen. 3. d
c *Non eſt ſolium.* Tibi. ſcilicet in cœlis.
e *Quia vl. nō vo.* i. non debes vacare carnalibus delicijs, ſed auſteritatibus pœnitentiæ pro peccatis commiſſis. ideo ſubditur:
f *Tolle molam.* id eſt contere carnem.
g *Denuda tur.* Peccati ſpiritualis per veram confeſſionem.
h *Diſcooperi hu.* Abijciendo à te peccati ſarcinam.
i *Reuela crura.* Confitendo peccata carnalia.
k *Tranſi flumina.* Carnis illecebras dimittendo.
l *Reuelabitur ignominia tua.* In foro conſcientiæ Sacerdoti, ne manifeſtetur in iudicio finali.
m *Vltionem capiam.* Per pœnitentiæ pœnam.
n *Et non reſi. mi. ho.* Nam vtens ratione non tenuit pœnam pœnitentiæ, ſed magis acceptat, ſatisfaciens diuinæ iuſtitiæ.
s *Sede. tace.* Per veram humiliationem.
t *Et intra in te.* Per peccatorum tuorum lamentationem.
u *Non voca. vltrà do. re.* i. non quæras vltrà per ſuperbiam eleuari, ſed magis humiliari. Aliter poteſt dici ſic. In hoc. n. cap. ad literam prænunciatur deſtructio Babyloniorum propter tria. Primum eſt, quia victoria de Iudæis habita, vſi fuerunt nimis crudeliter & durè, partim occidendo, & partim captiuando. Secundum, quia uſi ſunt ea nimis ſuperbè, attribuentes eam totaliter virtuti propriæ. Tertium, quia ad habendum ipſam uſi fuerunt diuinationibus ſuperſtitioſis. Per hoc autem moraliter docentur bellatores, ut uictorijs habitis utātur tpatè. ſ. cum moderamine miſericordiæ, & quòd utantur humiliter. ſ. attribuendo uictoriam uirtuti diuinæ. tertiò cauendo ne in talibus utantur aliqua ſuperſtitioſa obſeruatione, ne ſicut Babylonij tradantur cōfuſibiliter manibus inimicorum ſuorum. & ſic primò temporaliter, & poſt ęternaliter confundantur.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ne ſine cauſa feciſſe videretur, qui nihil ſine cauſa operatur,& vt cognoſcant Chaldęi,q̃a non in viribus ſuis ſuperauerunt populum Dei.

† manum tuam

a *Subitò.* Ex improuiſo irruente Cyro & Dario. Non enim metuebat vt à Mędis & Perſis(qui illius cõparatione nullius erant fortitudinis,& ipſi ſubiecti) poſſet ſuperari,

b *Neſcies ortum.* Ex inſperato veniet calamitas, nec à magis nec diuinis prædicta,deſpectum eiũ & ſubiectum populum non timebant.

c *Augures cœli.* Aſtrologi, q per ſtellas arbitrantur omnia regi. Q.Quare non præuiderunt omnia tibi? Hi vulgo appellantur matematici,qui curſu aſtrorum res mũdanas putant regi. vnde: Ab oriente venerunt Magi dicentes: Vidimus ſtellam eius in oriente. Vel, à vaticinio Balaam prouocati, qui ait: Orietur ſtella ex Iacob.

Matt.2.a Nu.24.c †Integrè

d *Facti ſunt quaſi ſtipula,&c.* LXX. Habens carbones ignis, ſedebis ſuper eos, hi erunt tibi in adiutorium. Quaſi,Gazareni & Magi per errorem ducunt te ad ſuperbiam. Incendium autem Babylonis, per ſupplicia vocat ad pęnitentiam.

† fortitudinem.

---

† Ier.49.c

## NICOLAVS DE LY.

† rebellaſſe fecit te

a Contaminaui hæreditatem meam,& dedi eos in manu tua.*i.contaminari permiſi Ieruſalem & templũ à Babylonijs ingredientibus & ſuccendentibus vtrunq.4.Reg.vlt.*

*b* Non poſuiſti eis. *Crudeliter vtens victoria à me tibi data.*

*c* Super ſenem aggrauaſti iugum tuum. *Cui propter ętatem omnes debent compati.*

Secunda ratio.

*d* Et dixiſti. *Hic ponitur ſecunda ratio,quæ accipitur ex Babyloniorum ſuperbia, cum dicitur: Et dixiſti. præ nimia elatione.*

*e* In ſempiternum ero do. *Aliorum regnorum.*

*f* Non poſuiſti hæc ſuper cor tuum, neq; recordata es nouiſſimi tui &c. *ſcilicet quòd in momẽto deijcere te poſſum à dignitate & confidentia tua, & patet litera vſque ibi: Venient tibi hæc duo ſubitò, & quæ ſint illa,ſubditur:*

† Fatigata es

*g* Sterilitas. *i. carentia prolis per interfectionem habitantium in te.*

*h* Et uiduitas,&cætera. *id eſt carentia dominij.*

*i* Vniuerſa uenerunt ſuper te, propter multitudinem maleficorum tuorum. *Hic ponitur tertia ratio, quæ accipitur ex maleficorum multiplicatione,cùm dicitur: Vniuerſa venerunt. Et dicuntur malefici, qui vtuntur inuocationibus dęmonum.*

Tertia ratio.

*k* Et propte duritiam. *Qui deludunt ſenſus humanos.*

*l* Et fiduciam habuiſti in malitia. *In ipſa perſeuerando abſque timore. Cuius ratio ſubditur:*

*m* Et dixiſti,non eſt qui videat me. *Ille enim error erat tunc in Babylone, ſcilicet ꝙ diuina prouidentia ad actus humanos ſe non extendat, & ſic tollitur timor domini.*

† Sic flet illis cũ quibus occupata fuiſti. † ſua

*n* Sa-

a ¶A te contaminari permiſi. b ¶Sed. c ¶Scilicet vt flagellares, non vt occideres.
Contaminaui hæreditatem meam, et dedi
a ¶Nullius miſerta es.
eos in†manu tua. Non poſuiſti eis miſeri-
a ¶Etiam qui miſerandus & hoſti. b ¶Crudelitas.
cordias. Super ſenem aggrauaſti iugum tu-
a ¶Superbia. b ¶Semper regnabo.
um valde, & dixiſti: In ſempiternum ero
a ¶Quæ modo pateris.
domina. Non poſuiſti hæc ſuper cor tu-
a ¶In proſperis cuitamus aduerſa. ¶Recogitans futura. b ¶Venturi mali. ¶Ideo.
um, neque recordata es nouiſſimi† tui. Et
a ¶Prædicenda. b ¶Delicijs affluens. c ¶Nihil metuens.
nunc audi hæc delicata & habitans confi-
a ¶Domina mundi.
denter, quæ dicis in corde tuo:ego ſum, &
a ¶Qui regnet.
non eſt præter me amplius. Non ſedebo
a ¶Sine rege. b ¶Quia ſemper erit qui regnet ex me. ¶Ergo.
vidua, & ignorabo ſterilitatem. Venient
a ¶Populorum,quaſi filiorum.
tibi hæc duo ſubitò in die vna, ſterilitas &
a ¶Regis. b ¶A me & prophetis prædicta.
viduitas. † Vniuerſa venerunt ſuper te,
a ¶Non ſolum propter crudelitatem & ſuperbiam tuam. b ¶Quia ſcilicet in magis & in maleficis tuis & eorum conſilijs confidis.
propter multitudinem† maleficorum tuo-
a ¶Quia mentientes, te ſemper regnaturam, duram & ſuperbam faciebant.
rum, & propter † duritiam incantatorum
a ¶Regnandi.
tuorum vehementem. Et fiduciam habui-
a ¶In conſilio maleficorum tuorum. b ¶Qui corrigat ea quæ facio.
ſti in malitia tua,& dixiſti: Non eſt qui ui-
a ¶Arioli,magi,aruſpices. b ¶Diuinatio, aſtrorum aſpectio.
deat me. † Sapientia tua & ſcientia tua hæc
¶Quod peius. c ¶Dominà mundi.
† decepit me. Et dixiſti in corde tuo: Ego
¶Regnatura.
ſum, & præter me non eſt altera. Veniet
a ¶Retributio mali quod feciſti. b ¶Initium. c ¶Mali.
ſuper te malum, & neſcies ortum eius, &
a ¶Irruent mali.
irruet ſuper te calamitas, quam non pote-
a ¶A te expellere.
ris expiare. Veniet ſuper te miſeria repen-
a ¶Modo. ¶Ironia. b ¶Contra Cyrum & Darium. c ¶In quibus confidis.
te, quam neſcis. Sta cum incantatoribus
tuis,& cum multitudine maleficorum tuo-
a ¶Multo ſtudio. b ¶A principio regni, eorum conſilio cuncta diſponis.
rum, in quibus laboraſti ab adoleſcentia
tua,ſi fortè quid proſint tibi, aut ſi poſſis fie
a ¶Pereos. b ¶Sed. c ¶Quibus prius multas Gentes ſuperaſti.
ri fortior. † Defeciſti in multitudine con-
¶Ironice. ¶Aſtrologi.
ſiliorum tuorum. Stent & ſaluent te augu-
res cęli, qui contemplabãtur ſydera,& ſup-
putabant menſes, vt ex eis annunciarent
a ¶Quæ dominus cogitauit ſuper te. b ¶Illis tacentibus propheta ventura annunciat. c ¶Impotentes reſiſtere.
ventura tibi: Ecce facti ſunt quaſi ſtipula:
a ¶Ciuitatis,vel tribulationis. b ¶Vobiſcum. c ¶Etiam. d ¶Vitam.
ignis combuſſit illos. Non liberabunt ani-
a ¶Diuina ſapientia, qua poſſint prouidere & euadere,& frigus erroris expellere.
mam ſuam de manu flammæ:nõ ſunt pru-
a ¶Vt poſſint excutere tenebras,ſed vnde conſumantur.
næ quibus calefiant, nec focus, ut ſedeant
a ¶Sic deeſt lumen veræ ſapientiæ tibi. b ¶Inutilia.
ad eum. †Sic facta ſunt tibi in quibuſcun-
a ¶Magi. ¶Incantatores tui, mendacia tibi vendentes.
que laborauerat. Negociatores tui ab ado-
a ¶A principio regni. b ¶Te ſeducentes. c ¶Diuerſa ſecta.
leſcentia † tua, vnuſquiſque in via ſua erra-
a ¶Ex eis. b ¶A miſeria.
uerunt: nõ eſt qui ſaluet te.

*n* Sapientia tua & ſcientia tua hæc decepit te. *Et bene dicitur, tua, quia non erat vera ſcientia nec ſapientia, ſed deceptio*

*o* Præter me non eſt altera. *Similis in poteſtate & dignitate.*

*p* Veniet ſuper te malum & neſcies. *Et ideo non poteris tibi prouidere. In Hebræo habetur: Et neſcies requirere ipſum. hoc eſt, non præuidebis, & ſic remedium quærere non poteris. Cætera patent ex dictis.*

*q* Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorum tuorum. *Hic conſequenter excluditur dictæ pœnæ euaſio: Et hanc excludendo ponit tria, per quæ regnum Babylonis confidebat manere in ſua potentia. Primum erat multitudo incantatorum & maleficorum, per quorum artes & opera credebant ſe poſſe ſcire occulta & futura, & ſic cauere pericula: hoc autem excluditur cùm dicitur: Sta cum incantatoribus tuis,& cum multitudine malefico. Quaſi dicat per eos non ſtabis.*

*r* In quibus laboraſti ab adoleſcentia tua. *Hoc eſt à principio,ex quo Babylon fuit fundata: vnde & Necromantia cępta fuit in Chaldæa.*

*s* Si forte quid proſint tibi. *Eorum ſcientia, quaſi diceret, non proderit.*

*t* Aut ſi poſſis fieri fortior. *Te muniendo contra futura pericula tibi per eos prænunciata: quaſi diceret non, quia te præmunire non poterunt: ideo ſubditur, Defeciſti in, &c.*

*u* Stent, vt ſaluent te augures cœli, qui contemplabantur ſydera. *Hic excluditur ſecundum, de quo confidebant, ſcilicet ſcientia aſtrologorum & diuinorum, ad præcognitionem futurorum, hoc excludit dicens: Stent & ſaluent te augures cœli, qui contemplabantur ſydera, & ſupputabant menſes, vt ex eis annunciarent ventura tibi. Id eſt diuinantes de futuris per motum cœli, quaſi dicat,nihil poterunt indicare tibi, ideo ſubditur:*

*x* Et facti ſunt quaſi ſtipula. *i. materia ad incendium parata.*

*y* Ignis combuſſit eos. *Quia perierunt in incendio Babylonicæ ciuitatis.*

*z* Non ſunt prunæ quibus calefiant, nec focus, vt ſedeant ad eum. *Id eſt ille ignis non erit ad recreationem, ſicut ille qui fit in camino in hyeme, ſed ad exterminationem.*

*a* Sic facta ſunt tibi in quibuſcunque laboraueras. *Id eſt data combuſtioni.*

*b* Negociatores tui ab adoleſcentia. *Hic excluditur tertium de quo confidebant Babylonij, ſcilicet multitudo & potentia mercatorum, quibus abundabat illud regnum, qui diſcurrebant ad diuerſas partes per mare & per terram,& inde diuitias multas apportabant ad muniendum regnum Babylonicum. Explorabant etiam conditiones aliarum Gentium, quod multum faciebat ad ſtabiliendum regnum ſuum: hoc igitur excluditur cùm dicitur: Negociatores tui ab adoleſcentia tua. id eſt quos habere conſueuiſti à fundatione tua.*

*c* Vnuſquiſque in via ſua errauerunt. *i. in itineribus ſuis & operibus, & ideo ex ſupradictis concluditur:*

*d* Non eſt qui ſaluet te. *Scilicet in omnibus illis per quos confidebas ſaluari & ſtabiliri, vt patet per excluſionem eorum ex prædictis.*



## GLOS. ORDINARIA. CAP. XLVIII.

A *Vdite hæc.* Conſuetudo eſt vt quando agitur de carnali Iſrael, ſimpliciter & ſine nominis adiectione Iacob vel Iſrael dicatur. ſicut in hoc loco, vbi eos alloquitur, qui nomine tenus Iacob vel Iſrael appellantur.

b *Et de aquis Iuda.* Iudæ facit mentionem, quia decem tribubus captiuatis, Iuda & Beniamin & leuitę in terra promiſ.manebant,& Regem de Iuda habebant.

c *Et Dei Iſrael.* Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longè eſt à me.

Eſa.15.a

d *De ciui.enim ſancta.* Ac ſi dicat:Habitatores Ieruſalem vos eſſe iactatis,& domini Sabaoth habere priuilegium,cum caſſa vobis, Iacob, Iſrael, & ſanctę vrbis, & Dei omnipotentis aſſumatis vocabula.

e *Priora tunc.* Prædixi Babylonios ſuperandos,& repente faciã quod minatus ſum: vt cũ venerint quæ prædicta ſunt, ſcias nec fortuitò, nec Deorum tuorum nutu accidiſſe. Priora miracula,ſcilicet quæ feci in medio eorum ex quo ab Ægypto exierunt: & imminente captiuitate à Nabuchodonoſor: Nunc autem antequam captiuentur prędicit eorum liberationem, & Chaldæorum vaſtationem:vnde repente, ſcilicet quæ ventura prædico,operatus ſum.

† operatus

f *Neruus fer.* Hinc Stephanus: dura ceruice & incircunciſi corde.

Act.7.f.

g *Frons tua ærea.* vnde Ezechiel: Omnis quippe domus Iſrael attrita fronte eſt &c. Et Ieremias: Frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti eru.

Ezech.3.b. Iere.3.b.

h *Et conſer.ſunt.* Q.Plurima annunciaturus eram,ſed quia non recordaris quæ dico,quę dicturus eram reſeruo.

a *Propter*

---

## NICO. DE LYRA. CAP. XLVIII.

A Vdite hęc. *Poſtquam Iſaias propheta denunciauit Babyloniorum deſtructionem, hic conſequenter denunciat populi Iudæ liberationem,qui captiuus à Babylonijs tenebatur: Et diuiditur in duas partes: quia primò excitat audiẽtium intellectũ,ſecundò proſequitur propoſitum,ibi: Priora. Circa primum recolit duo de quibus gloriabantur, & quæ debebant eos mouere ad bonum. Primum eſt, nobilitatis ortus, quæ debet mouere ad bonum: vnde dicit Boetius. 3. de conſol. quòd in nobilitate generis iſtud eſt optimum: quia per hoc eſt impoſita ipſis nobilibus quædam neceſſitas, ne à maiorum ſuorum probitate degenerent. & quantum ad hoc dicit.*

*a* .Audi.hęc. *id eſt qui deſcendiſtis à tanto patriarcha, & ab eo vocati eſtis filij Iſrael.*

*b* Et de aquis Iu. exi. *id eſt de tribu nobiliori filiorum Iſrael. quia erat regia. Secunda eſt,ſanctitatis cultus,quia ſoli Iudæi dicebantur præ alijs cultores Dei. & quantum ad hoc dicit:*

*c* Qui iu. *quaſi ad eius reuerentiam: homines enim per maiorem ſui iurant, Heb.6.c. Sed quia reuerentia debita non eſt in illicito iuramento, ſed magis irreuerentia, ideo ad remouendũ eorum falſam gloriã ſubdit:*

*d* Non inue. *Et ſic eos notat de iuramento falſo,quod caret veritate,& de iuramento iniquo,quod caret iuſtitia.*

*e* De ciui.enim ſancta. *id eſt Ieruſalem ad cultum Dei electa.*

*f* Vocati ſunt. *i. denominati ciues,de quo ſimiliter gloriabantur.*

*g* Et ſu.Deum Iſrael. *quia legem eius ſeruare promiſerunt, & hoc etiã debebat eos mouere ad bonum.*

*h* Priora. *Hic exequitur propoſitum. ſ. de populi liberatione. Circa quã primò ponitur liberantis conditio,ſecundò ſubditur ipſa liberatio,ibi: Cõgregamini. Conditio autem liberantis eſt, quòd ſit ſciens & potens ad hoc: & ideo primò oſtenditur ipſius Dei ſcientia,& ſecundò ipſius potẽtia,ibi: Audi me. Prima in duas, quia primò Dei ſcientia oſtenditur. ſecundò quædam obiectio ſoluitur,ibi: Propter nomen meum. Circa primũ ſciẽdũ, ꝙ Dei ſcientia oſtẽditur dupliciter,vno modo ex certa reuelatione contingentium futurorum,alio modo ex occultatione eorum. ſecundũ ponitur,ibi: Audita feci. Circa primum dicitur in perſona domini: Priora extunc. Id eſt antequam fierent.*

## CAP. XLVIII.

¶Quid dicam: ¶Ac ſi dicat. quæ Babyloni prędixi, neceſſe eſt impleri: vos autem audite attentius quæ ſum dicturus.
A Vdite hæc domus Iacob,q vo-
a ¶Solo. ¶Non Iacob,non Iſrael, qui non habetis opus nominis. ¶Iuda & Beniamin & Leui. b ¶Semine,carne ſcilicet non fide.
camini noĩe Iſrael,& de aquis Iuda exi-
a ¶Non in honorem domini. ſed in confirmationem veſtri mendacij: quia idola adoratis: quorum abominatione præceptum eſt,vt iuretur per nomen domini.
ſtis,qui iuratis in noĩe dñi, & Dei Iſrael
recordamini,non in veritate neq; in iu-
¶Ironice. a ¶Sicut iactant. b ¶A Ieruſalem Ieroſolymitę.
ſtitia. De ciuitate enim ſancta vocati
a ¶Protectorem. ¶Fundati.
ſunt, & ſuper Deum Iſrael †conſtabiliti
a ¶Cuius nos ſcilicet teſtes ſumus. b ¶Eſt.
ſunt: dominus exercituũ nomen eius.
a ¶Antiqua. b ¶Ex quo cœpi loqui contra Babylonem, Onus Babylo.&c. ¶Prophetis.
Priora extunc annunciaui, & ex ore
meo exierunt, & audita feci ea:repente
a ¶Chaldæorum ſubuerſio,veſtra reuerſio. b ¶Quaſi pro vtilitate tua loquor.
†operatus ſum,& venerunt. Sciui enim
a ¶Incredulus b ¶Irreuocabilis ſuperbia.
quia durus es tu, & neruus ferreus cer-
a ¶Inuerecunda. b ¶Futura tibi & Babyloni.
uix tua,& frons tua † ærea. Prędixi ti-
a ¶Ex quo cœpi loqui contra Babylonem,per prophetas ne ſpr.di.ido.mea &c.
bi extunc, antequam venirent indicaui
a ¶Vt Cyrus & Darius de Babylonijs me vindicarent.
tibi,ne fortè diceres: idola mea fecerũt
hæc,& ſculptilia mea,& cõflatilia man
a ¶per prophetas complenda. b ¶Impleta.
dauerunt iſta. Quę audiſti vide omnia.
a ¶Filijs veſtris,quæ ventura erant ſuper Babylonem, ſed celaſtis veritatem.
Vos autem non annunciaſtis. Audita
a ¶De miſerijs Babylonis. ¶Non quod de Aegypto eduxerim,& huiuſmodi. b ¶A me.
feci tibi noua extunc, & † conſeruata
a ¶A me. b ¶Apud me antequam fiant.
ſunt quæ neſcis. Nunc creata ſunt, &
a ¶Cognouiſti. b ¶Quo creata ſunt. c ¶Quo impleantur.
nõ † extunc & ante diem: & non au-
¶A dijs tuis. ¶A dijs meis.
diſti ea, ne fortè dicas: ecce ego cogno-
ui ea. Neque audiſti, neque cogno-
a ¶Ex quo apud me fuerunt. b ¶Audiens ea. c ¶Cordis vel corporis.
uiſti, neque extunc aperta eſt auris tua.
a ¶Legem Moyſi.
Scio enim, quia præuaricans præ-

*i* Annunciaui. *ſicut patet Gen.15.d. vbi denunciauit Abrahę peregrinationem ſeminis ſui futuram in Aegyptum: & inde redituram quarta generatione: & ſicut denunciauit, ita poſtea in effectum produxit,ideo ſubditur:*

*k* Repen.ope.ſunt. *Et cauſa huius reuelationis & conſimilium ſubditur:*

*l* Sciui enim quia du.es tu. *ſ. ad credendum veritatem, & pronus ad idololatriæ falſitatem:ideo.*

*m* Prædixi tibi extũc. *ſ. lõgè ante factũ.*

*n* Ne for.di. *ſi euenisſent abſque mea denunciatione.*

*o* Quæ audi. *per me reuelata.*

*p* Vide omnia. *ſicut prædixi adimpleta, & ſic potes ſcire, quod ego feci, & non idola.*

*q* Vos autem nõ an. *ſed ego qui hæc reuelaui Abrahæ & alijs prophetis.*

† innixi

*r* Audi.feci. *Hic oſtenditur propoſitum ex aliquorum occultatione. Sicut enim Deus aliqua reuelauit Iudæis antequam fierent, ne idolis eorum adſcriberentur, vt dictũ eſt: ita aliqua non reuelauit eis, ne præcognitio idolis adſcriberetur: & hoc eſt quod dicitur: Audi.ti.fe.no.extũc. id eſt antequam fierent,vt dictum eſt parte præcedenti: & ſic continuat ſe ad præcedentia.*

*s* Et conſer.ſunt. *i. nota apud me tantũ.*

*t* Quæ ne.nunc crea.ſunt. *id eſt in effectu poſita.*

† ænea

*u* Et non ex. *i. longè anteq̃ eſſent, nec ẽt ante diẽ vel horã in qua facta ſunt,illa cognouiſti. Cuius ratio ſubditur:*

*x* Ne for.di.ec.etc. *per me vel per idola antequam fierent.ideo ſubditur:*

*y* Neque au. *ab idolis tuis.*

*z* Neque co. *per te ipſum.*

*a* Neque extunc &c. *& ſubditur cauſa.*

*b* Scio enim &c. *id eſt ſcio pronitatem tuam ad idololatriam.*

a *Et tranſgreſſo-*

---

## MORALITER.

a *Audi.hæc.* In hoc cap.ſecũdum ſenſum literalem deſcribitur duplex liberatio. Prima eſt liberatio Iudæorũ à captiuitate Babylonica, quæ fuit facta per Cyrum. Secũda eſt liberatio fideliũ omnium à ſeruitute dęmonis, quæ facta eſt per Chriſtum. Prima verò fuit figura ſecundæ:& iſta ſecunda, quæ eſt liberatio à dęmonis ſeruitute, figura eſt tertiæ liberationis.ſ.à corruptione pñtis miſeriæ,quæ erit in futura reſurrectione: Sicut.n.ea q̃ fuerunt in veteri teſtõ, figurauerũt ea quę ſunt in nouo,ſcdm qđ dr̃.1.Cor.10.c. omnia in figura contingebant illis: ſic ea, q̃ fiunt in eccleſia militãte, ſuo modo figurãt & repręſentãt ea q̃ ſunt in eccleſia triũphante. Vñ dicit Hugo de ſancto victore: Supernæ matris gaudia repñtat eccleſia. In eccleſia verò triũphante nulla eſt figura,ſed oĩa ſunt ibi clara abſque ęnigmate. ideo de ciuitate cęleſti dr̃ Apo.21. Et templum non vidi in ea: dominus enim oĩpotens templum eſt eius. Igitur prima liberatio Myſticè exponit̃ de ſecunda: & ideo ſicut Cyrus primã liberationẽ fecit,& per nuncios & literas in ſuo imperio publicauit, ut hr̃.1.Eſdrę.1.ſic Chriſtus q ſecundã liberationẽ fecit,eã in orbe p Apoſtolos ſuos & diſcipulos alios publicauit:ſicut dr̃ Mar.ul.d. Eũtes in mundũ uniuerſum,prædicate Euangeliũ oĩ creaturæ &c. Secunda uerò liberatio Myſtice exponenda eſt de tertia. Chriſtus.n. per paſſionem ſuam aperuit gloriæ ianuam, & tunc liberati fuerũt patres in limbo detenti, & cùm Chriſto reſurgente ſurrexerunt aliqui: ſicut dicitur Matth. 27.f. Multa corpora ſanctorum ſurrexerunt &c. Et hæc reſurrectio particularis, figura fuit reſurrectionis generalis, quę erit in fine mundi: & tunc creatura quę ingemiſcit & parturit, liberabitur à ſeruitute corruptionis in libertatem glorię filiorum Dei,ut dicitur ad Rom.7.& hęc ſufficiant pro myſtica tione huius capituli.

† abſcondita

Myſticè

Myſtice

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Propter nomen meum.* Scilicet ne violaretur, longe faciam.i.
E feci, ſcilicet furorem meum ne diſperderem te, quia adoraſti vitulum: & laude mea. vt me ſcilicet laudares: infrena. te. lege mea.

b *In camino paupertatis.* Purgando per paupertatem, diuitias tuas dãdo hoſtibus, vel in Ægypto, vbi oſtenditur diuitijs & paupertate pleroſque tentari.

c *Audi me Ia.* Eiſdem adhuc loquitur quibus dixerat: Audite me domus Iacob, qui vocamini nomine,
Matt. 20.b. non re, Iſrael. Multi enim vocati, pauci verò electi. Ideo non electos, quia nondum Saluatorem receperant, ſed vocatos appellat.

Eccl 10.b. d *Congrega.* Quid ergo gloriatur terra & cinis ignorans fragilitatem ſuam?

e *Annuncia hæc.* Quòd Cyrus Babylonem deſtrueret, vel quod filius meus de virgine naſciturus eſſet.

f *Do. dile. eum.* Hæc propriè ad Chriſtum pertinet. Poſſunt tamẽ ad Cyrum referri, & ad Darium vſque ad
Ioh. 12.e. locum illum: Directa eſt via eius.

g *Suam.* quia capiet eam. Vel, filius
†ſupr. 24. in mundo redimendo eum, qui & Chaldæos, ſcilicet dęmones eiecit: vnde, princeps huius mundi eijcietur foras.

h *Voca eum.* Cyrum, vel filium, per
Luc. 1.c. Gabrielem dicens: Et vocabis nomen eius Ieſum.

(† propter laudẽ meã continebo me. † purgaui † ex camino afflictionis. † propter me)

a ¶In aduentu filij legem Euangelij. b ¶Ex quo legem accepiſti, quia illico idolum adoraſti.
uaricaberis, & tranſgreſſorem ex v-
a ¶Quando de Aegypto liberatus, quaſi meo vtero conceptus es. ¶Alias ventre. b ¶Ne vileſcat. ¶Non tuum meritum.
tero vocaui te. Propter nomẽ meum
a ¶A te. ¶Differendo. b ¶Feci ſcilicet ne diſperderem. ¶Reducendo a captiuitate.
longè faciam furorem meum: &
a ¶Vt me laudes. b ¶Freno legis, vt quaſi iumentum me ſequaris.
†laude mea infrenabo te, ne intereas.
a ¶Fornace tribulationis. b ¶Quia non es purgatus.
Ecce †excoxi te, ſed non quaſi argen-
b tum, elegi te †in camino paupertatis:
a ¶Miſericordiam meam. b ¶Non pro meritis veſtris liberabo vos.
propter me, propter me faciam, vt nõ
a ¶In Gentibus quaſi impotens liberare. ¶Laudem. ¶Idolo.
blaſphemer, †& gloriam meam alte-
a ¶Ne videatur oppreſſiſſe populum Dei. b ¶Carnalis. c ¶Nomine non re.
c ri nõ dabo. Audi me Iacob, & Iſrael
a ¶Ad pœnitentiam, & ad ſalutem. ¶Viuus. ¶Initium.
quem ego voco. † Ego ipſe, ego pri-
a ¶Finis. ¶Mortuus. ¶Quia viuo & fui mortuus. b ¶Filius vnde: Omnia in ſapientia feciſti.
mus, & ego nouiſſimus. Manus quo-
¶Filius:
que mea fundauit terram, & dextera
mea menſa eſt cœlos. Ego vocabo
a ¶Cœlos. b ¶Coram me. ¶Vt meæ pateant viſioni.
d eos, & ſtabunt ſimul. Congregamini
a ¶Cœli vel omnes creaturæ, vel filij Iſrael. b ¶Quæ dicturus ſum. c ¶Cœlis vel creaturis.
e omnes vos, & audite, quis de eis an-
a ¶Cyrum & Darium, quia dimiſit populum ſuum.
f nũciauit hæc? Dominus dilexit eum:
g faciet voluntatem ſuam in Babylo-
¶Quia interficiet eos.
ne, & brachium ſuum in Chaldæis.
a ¶De Cyro per prophetas meos, vel de filio. b ¶Proprio nomine per Iſaiam antequam naſceretur.
h Ego ego locutus ſum, & vocaui eum,
a ¶Scilicet filium in carnem mihi. ¶Ab oriente contra Babylonios. b ¶Non Cyri qui idololatra, ſed Chriſti qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt &c.
adduxi eum, & † directa eſt via eius.
a ¶Filius ad Gentes: Venite ad me omnes qui labor. & onerati eſtis, & ego refi. vos.
Accedite ad me, & audite hæc.

a *Miſit*

## NICOL. DE LYRA.

¶ *a* Et tranſgreſſo. ex utero. *alias de vẽtre, id eſt de deſerto in quo portabã te, quaſi mater puerum in ventre: ibi enim fabricauit populus Iſrael vitulum conflatilem, &*
F *adorauit, hoſtias immolando, Exo. 32. & ideo aliqua ſunt illi populo celata vel velata vſque ad horam euentus, ne ex pronitate eius ad idololatriam attribueret idolis iſtam præcognitionem.*

*b* Propter nomen meum. *Hic remouetur quædam obiectio: quia poſſet aliquis dicere: ex quo Deus præſciuit malitiam & pronitatem huius populi, non debuit eis tot bona feciſſe: hoc remouet dicens, quòd illa non fecit propter populum, ſed propter nomen ſuum. & hoc eſt quod dicitur: Propter no. meum lon. fa. i. feci. Et loquitur de præterito per modum futuri, ſicut frequenter fit in prophetis: Quia tunc penitus non te deleui, vt ſeruarem promiſſum meum ad Abraham, Iſaac & Iacob de conſeruando ſemen eorum: propter quod dicente domino Moyſi, Exo. 32. c. Cerno quod populus iſte duræ ceruicis ſit, dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos. Moyſes orauit dominum dicens: Quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. Recordare Abraham, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuorum, quibus iuraſti &c.*

(Iudæorũ populo ingrato Deus quare tot beneficia contulit.)

*c* Et laude mea infrena. te. *Id eſt in frena ſubigam, occupando te in ceremonijs.*

*d* Ne intere. *offerendo, ſcilicet Idolis: iſta fuit vna de cauſis multiplicationis ceremonialium.*

*e* Ecce excoxi te. *per tribulationes multiplices in deſerto, & poſtea in terra promiſſionis per reges Aſſyriorum & Babylonię.*

*f* Sed non quaſi argen. *quaſi dicat, ſemper in te remanſit aliquid impurum.*

*g* Elegi te in camino paupertatis. *i. in Aegypto, vbi in paupertate & afflictione coquebas lateres in camino.*

*h* Propter me, Propter me. *i. propter honorem meum ſeruandum: Et duplicatur li propter me, ad maiorem aſſertionem.*

*i* Faciam. *ſ. liberationem tuam & ſaluationem.*

*k* Vt non blaſ. *à dicentibus, quòd non tenerem ad patres prædictos fidelitatem.*

*l* Et gloriam meam. *id eſt cultum mihi debitum.*

*m* Alteri non dabo. *id eſt dari licitè non concedam.*

*n* Audi me. *Hic conſequenter oſtenditur potentia Dei liberãtis, & hoc ex creatione rerum de nihilo, ad quam requiritur potentia infinita: quia inter nihil & aliquid nõ eſt proportio aliqua: & hoc eſt quod ſubditur:*

*o* Ego ipſe: *& non alius ſupple eſt creator.*

*p* Ego pri. & ego nouiſſimus: *à quo dependet omne eſſe creatum:*

*q* Manus quoque mea. *hoc dicitur: quia terra eſt pars infima mundi, ſicut fundamentum in domo.* G

*r* Et de. mea menſa eſt cœlos. *In Hebræo habetur: Palmizauit cœlos, id eſt palmo menſurauit: per quod intelligitur facilitas menſurationis, ſicut eſt in eo quod menſuratur palmo hominis.*

*s* Ego vocabo eos. *Id eſt corpora cœleſtia, imponendo eis propria nomina, Pſal. 146. a. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.*

*t* Et ſtabunt ſi. *Id eſt parati ſunt ad obſequium meum: & ſic oſtenditur Dei poteſtas non ſolum ex rerum creatione, ſed etiã ex earum gubernatione.*

*u* Congre. *Poſtquam Iſaias denunciauit Dei liberantis conditionem, hic conſequenter denunciat ipſam liberationem: & ſecundò liberationis modum & ordinem. ibi: Egredimini. Circa primum ſciendum quòd liberatio populi de Babylone facta per Cyrum, figura fuit liberationis à poteſtate dæmonis factæ per Chriſtum: & ideo primò ponitur liberatio prima, & ſecundò ſecunda, ibi: Accedite ad me: Modus eſt enim iſtius prophetæ, vt frequenter dictũ eſt ſuprà, denunciando ſtatum illius populi, ſimul denunciare myſterium Chriſti. Circa primum dicitur. Cõgregami. omnes vos. id eſt vos Iudæi.* (Diuiſio)

*x* Et audi. *Vocem domini loquentis per os prophetæ.*

*y* Quis de eis. *i. de Chaldæis, de quibus ſuprà fecerat mentionem.*

*z* Annun. hæc. *ſcilicet mala eis futura per Cyrum. q. d. nullus etiam de idolis hæc annunciare potuit.*

*a* Do. dile. eum. *ſ. Cyrum. Circa quod ſciẽdum, quòd diligere eſt velle alicui bonum: Deus autem promouit Cyrum ad dignitatem regni de ſtatu infimo & vili, vt dictũ fuit ſuprà 45. & ſic dilexit eum quantum ab bonum regni & Monarchiæ, non tamen quantum ad bonum gratiæ & gloriæ: quia licèt Deum cœli confeſſus fuerit, vt habetur. 1. Eſdrę. 1. tamen cum hoc idola coluit. vt dictum fuit ſuprà 45. ca.* H

*b* Faci. no. ſuam. *ſ. Dei in Babylone, Chaldæos propter peccata ſua puniendo ſecundum ordinem diuinę iuſtitiæ, & Iudęos inde liberando.*

*c* Ego ego lo. ſum. *in perſona Dei hoc dicitur, qui mentiri non poteſt.*

*d* Et uo. eum. *ad dignitatem regni.*

*e* Addu. eum. *contra Babylonem.*

*f* Et di. eſt uia. *per victoriam ſequentem.*

*g* Accedite. *Hic conſequenter denunciatur liberatio à poteſtate dęmonis figurata per liberationem à captiuitate Babylonis. Hæc autem liberatio facta eſt per miſſionem filij Dei in mundum: ideo primò deſcribitur hęc miſſio, ſecundò facta per eum liberatio, ibi: Hæc dicit. Circa primum eſt aliquantulum immorandum, quia ibi exprimitur ſanctæ trinitatis myſterium. Sciendum igitur quòd illud quod hic dicitur: Non à princi. &c. ſecundum doctores catholicos & Hebræos intelligitur de datione legis in monte Sinai, quæ non fuit data occultè, ſed manifeſtè, intantum quòd totus populus audiebat vocem domini loquentis, quantum ad decem præcepta decalogi, vt habetur Exo. 20. et ſic quod dicitur hic: Non à principio. &c. non eſt verbum Iſaiæ qui legem non dedit, ſed ipſius Dei: & in hoc conueniunt catholici & Hebræi: Quod autem ſubditur: Ex temp. an. fie. ibi eram. id eſt antequam lex daretur. Et in Hebræo habetur: A principio ſui eſſe ego ibi. id eſt à principio dationis legis. Quod exponunt aliqui Hebræi de perſona Iſaię dicentes, quòd omnes prophetæ fuerunt in monte Sinai, & ibi acceperunt à Deo prophetias ſuas, ſicut Moyſes legem: futuris tamen temporibus ſecundum ordinationem Dei ab eis pronunciandas, & ſecundum hoc ſubdit Iſaias: Et nunc domi. Deus miſit me & ſpiritus eius. ſcilicet ad denunciandum prophetiam, quam tunc acceperant, ſcilicet ipſo tempore dationis legis: Sed iſtud dictum eſt falſum, quia poſt dationem legis Iſaias fuit natus, ſcilicet per. dc. annos & amplius: multi etiam prophetæ adhuc poſterius, ſcilicet, Ieremias, Ezechiel, Daniel, Aggeus, Zacharias, & plures alij. Si autem dicatur quòd animæ prophetarum extunc vel ante fuerunt creatæ, & ſic fuerunt ibi prophetæ ſecundum animas: Hoc non ſolùm eſt contra doctores catholicos & Philoſophos (qui dicunt animam hominis non præcedere corpus duratione) ſed etiam contra aliquos doctores Hebræos: vnde ſuper illud Zachar. 12. a. Ego formans ſpiritum hominis in medio eius.*

¶ *vbi tranſla-*



a *Miſit me.* Totã trinitatẽ breuiter, plenè & apertè diſtinguit.
A b *Ego do.* Qui Iſrael futura promitto. Reddit cauſam quare eos prius afflixerit.

c *Non ſitierunt.* De Ægypto venientibus ad literam. De captiuate autem Babylonis redeuntibus: hoc in re impletum fuiſſe non legimus, ſed hyperbolicè accipiendum eſt ſicut cætera multa: Apoſtolis autem gratia ſpirituſſancti de Chriſto profluxit. Non ſitie. fideles de mundo mente exeuntes, ſatiati aqua ſapientiæ.

d *Scidit petram.* Petra erat Chriſtus. Scinditur in partes ſermo diuinus, vt quem totum ſuſcipere non poſſumus, per partes ſumamus.

e *Et fluxerunt aquæ.* Vnus Militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis noſtræ redemptionis, & aqua baptiſmi, baptiſmũ & martyrium dedicans nobis.

a ¶Multi enim audierunt, quæ Moyſi in monte Sina locutus ſum.
Non à principio in abſcondito locu-
a ¶Quæ facta ſunt. ¶In parte.
tus ſum. Ex tempore antequã fierent,
a ¶Pater. b ¶Incarnari conſtituit.
a ibi eram: & nunc dominus Deus mi-
a ¶Filium. b ¶Conceptus eſt de ſpirituſancto. c ¶Apoſtolos alloquitur.
ſit me, & ſpiritus eius. Hæc dicit do-
a ¶Sanguine.
minus †Deus redemptor tuus ſanctus
b Iſrael: Ego dominus Deus tuus docẽs
¶Euangelium. ¶Prædicationis.
te vtilia, †gubernans te in via qua am
¶Optantis affectu. a ¶Mente. ¶O Iſrael vel apoſtoli.
bulas. Vtinam attendiſſes mandata
a ¶Quia inde. b ¶Abundans. c ¶In cœlo.
mea. Facta fuiſſet ſicut flumen pax
a ¶Hyperbole: Huc illucque redundans.
tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites ma-
a ¶Innumerabilis. b ¶Spirituale. Apoſtolicum.
ris. Et fuiſſet quaſi arena ſemẽ tuum,
¶Idem: Filioli mei, quos iterum parturio, donec for. &c. a ¶Arenæ.
& ſtirpes vteri tui vt lapilli eius. Non
a ¶Semen. b ¶Semper eſſent veri Iſraelitæ, vel Chriſtianum nomen: A Chriſto enim omnes filij Apoſtolorum Chriſtiani dicuntur. c ¶Iſrael.
interiſſet, & non fuiſſet attritum nõ-
a ¶O Iudæi de Babylone permittẽte Cyro, vel fideles de mũdo.
men eius à facie mea. Egredimini de
a ¶Si non corpore vel mente.
Babylone: fugite à Chaldæis. In vo-
a ¶O Iudæi liberationem: Vel, O vos Apoſtoli animarum redemptionem
ce exultationis annunciate: auditum
a ¶Prędicando.
facite hoc, & efferte illud vſq; ad ex-
a ¶O Iudæi, vel Apoſtoli. b ¶Precio ſanguinis. ¶De Babylone vel de mundo.
trema terræ. Dicite: Redemit domi-
a ¶Ad literam. ¶Vel ſupplantatores vitiorum. b ¶Egreſſi de Babylone ſub Zorobabel & alijs ducibus: Egreſſi de Aegypto non ſolum ſitierunt, ſed & murmurauerunt.
c nus ſeruum ſuum Iacob. Non ſitie-
a ¶Seculi. b ¶De Babylone vel de mundo.
runt in deſerto, cũm educeret eos: a-
a ¶De Aegypto venientibus ad literam. b ¶Permiſit ſcindi.
d quam de petra produxit eis: & ſcidit
a ¶Latus Chriſti. b ¶Ablutionis.
e petram, & fluxerunt aquæ. Non eſt
a ¶Chriſtus, qui eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum. b ¶Incredulis qui in errore remanſerunt, qui de petra bibere non meruerunt.
pax impijs dicit dominus.

## NICO. DE LYRA.

¶ *vbi tranſlatio noſtra habet: Fingens ſpiritum eius in eo, dicit quædam glo. Hebraica, quòd creator creat animam cum perfectione figuræ corporis humani: & ita dicũt philoſophi: quia anima eſt actus primus corporis phyſici orga. &c. 2. de anima. Hoc etiam apparet Gen. 1. vbi dicitur quòd formato corpore Adæ, Deus inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitę. Ergo quod dicitur hic: Ex tempore antequam fierent ibi eram, vel à principio ſui eſſe, ego ibi: non poteſt intelligi de Iſaia: hoc etiam patet in quodam libro apud Hebręos autentico, vbi iſta litera inducitur, dicta in perſona Dei, ſicut & præcedẽs immediatè. ſ. Nõ à principio in abſcondito locutus ſum, & eodem modo quod ſubditur in eodem contextu, &*
B *ſub eodem verſu. Et nunc miſit me dominus &c. in perſona Dei dicitur: Si enim ad perſonam Iſaiæ referretur, eſſet ibi principiũ noui verſus, vt eſſet diſtinctio inter perſonas loquentes: nunc autem in Hebręo vnicus eſt verſus qui ibi incipit: Accedite ad me &c. & terminatur, ibi: Et nunc dominus Deus miſit me, & ſpiritus eius, incluſiuè. Ex dictis patet myſterium ſanctæ trinitatis, quia hic expreſſe dicitur Deus miſſus à Deo & ſpiritu eius, inter miſſum & mittentem eſt perſonalis diſtinctio: & ſic apparet diſtinctio perſonalis ipſius filij miſſi à patre et ſpirituſancto, à quibus miſſus eſt in carnem pro mundi ſalute. Reſumatur ergo litera à principio, cum dicitur: Accedite. hoc verbum eſt filij Dei, vt patet ex prędictis, qui excitat attentionem audientium ad ſignificandum quòd vult dicere aliquid magnum. ſ. ſanctæ trinitatis & incarnationis filij myſterium.*

*a* Non à prin. *ſ. dationis legis.*

*b* In abſcon. lo. *quia in manifeſto eam dedi. Circa quod ſciẽdum, quod licèt lex illa fuerit data à tota trinitate, cuius opera ſunt indiuiſa, tamen illa datio appropriatur filio. Sicut enim illa quæ pertinent ad potentiam appropriantur patri, & quæ ad bonitatem ſpirituiſancto, ita quæ pertinent ad ſapientiam appropriantur filio: cuiuſmodi eſt datio legis & propheticæ cognitionis, & ſimilium.*

*c* Ex tempore antequam. *cùm patre & ſpirituſſancto ſecundum diuinitatem.*

*d* Et nunc. *id eſt tempore gratiæ.*

*e* Domi. *id eſt Deus pater.*

*f* Miſit me. *ad humanitatis aſſumptionem.*

*g* Et ſpi. e. *qui eſt tertia in trinitate perſona.*

*h* Hæc di. *Hic conſequenter deſcribitur liberatio facta per filium incarnatum, & hoc per ſuam ſanctam doctrinam & opera, cum dicitur, Hæc di. id eſt filius incarnatus, qui redemptor eſt mundi, & vnus Deus & dominus cum patre & ſpirituſſancto.*

*i* Sanctus Iſ. *id eſt ſanctificans Iſrael.*

*k* Ego do. *ratione deitatis.*

*l* Do. te. uti. *i. Euangelica conſilia, quæ licèt non ſint neceſſaria ad ſalutem, diſponunt tamen ad perfectionem. Chriſtus enim quantum ad moralia præcepta non addidit niſi conſilia.*

*m* Guber. *id eſt in præſenti vita quæ eſt via ad patriam: & quia licèt doctrinam Chriſti plures Iudæi acceperint, tamẽ multo plures recuſauerunt, vt patet in Euangelijs & Actibus Apoſtolorum, ideo ſubditur:* C

*n* Vti. at. *quantum enim ad credenda Chriſtus plura docuit tanquam de neceſſitate ſalutis, vt de articulo ſanctę trinitatis, & incarnationis, de baptiſmo, & conſimilibus.*

*o* Facta. fuiſſ. *Videlicet quantùm ad pacem temporalem, quia Romani non veniſſent ad deſtruendũ locum & Gentem, quæ deſtructio fuit in vindictam mortis Chriſti: & quantum ad pacem internã conſcientiæ, & pacem ſupernæ gloriæ finaliter conſequendam, ſicut angeli clamauerunt in natiuitate Chriſti credentibus aſſuturam. Lu. 2. b. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax &c.*

*p* Et iu. *Id eſt valde abundans, quia iuſtitia, quæ eſt per fidem Chriſti, illa eſt iuſtitia abundans.*

*q* Et fuit. qua. are. ſe. tuum. *Id eſt filij tui, & filiæ fuiſſent multo quam ſunt: quia in deſtructione Ieruſalem propter Chriſti mortem multi Iudæi fuerunt interfecti, videlicet decies cẽtum milia à principio obſidionis vſque ad finem: & in captiuitatem ducti nonaginta ſeptem milia, vt dicit Egeſippus illorum temporum vicinus libro quinto.* (Numerus interfectorum Iudæorum. Egeſippus.)

*r* Et ſtirps vte. tui. *i. filij & filiæ.*

*s* Vt la. eius. *id eſt maris. Repetitio eſt einſdem ſententiæ. Vocantur etiam hic ſemen & filij et filiæ, omnes qui credidiſſent ad doctrinam Iudæorum, ſi fidem Chriſti recepiſſent.*

*t* Non interiſſ. *id eſt non fuiſſet deſtructio iam dicta.*

*u* Egredi. *Poſtquam Iſaias denunciauit duplicem liberationem, ſ. per Cyrum & per Chriſtum, hic conſequẽter deſcribit vtriuſque ordinem ſiue modum: & primò primæ, ſecundò ſecundæ ca. ſe. Circa primum dicit. Egredi. de Ba. q. d. prope eſt deſtructio eius per Cyrum & exercitum ipſius.*

*x* Fu. à Chal. *quia non ſolum ciuitas metropolis fuit capta à Cyro, ſed etiam tota regio.* D

*y* Invo. ex. an. *ſcilicet hanc deſtructionem applaudendo diuinę iuſtitiæ: & etiam liberationi Iudæorum, quæ poſt deſtructionem facta eſt per Cyrum.*

*z* Di. Re. *ſcilicet in liberatione de captiuitate Babylonica, reducite etiam ad memoriam tanquam grati liberationem de ſeruitute Aegypti.*

*a* Non ſiti. in deſer. *cum exirent de Aegypto: per hoc nõ excluditur ſitis generaliter, quia filij Iſrael exeundo de Aegypto paſſi ſunt pluries ſitim in deſerto, vt patet Exo. 15. & 17. & Nu. 20. ſed excluditur ſitis ducens ad periculum mortis. Et quia dominus ſubuenit eis, ideo ſubditur.*

*b* Aquam de pe. &c. *vt patet Exo. 17. & Num. 20.*

*c* Non eſt pax impijs. *quia quantumcunque dominus præſtaret eis hæc beneficia et plura alia, fuerunt tamen multi mali in populo Iſrael, contra dominum murmurãtes, qui mortui fuerũt vagabũdi in deſerto, vt habetur Nu. 14. Non enim poteſt iſtud de productione aquæ de petra exponi conuenienter de reditu captiuitatis Babylonicæ, quia no legitur tunc dominus talia feciſſe. Et non eſt veriſimile, quòd Eſdras & alij, qui illum reditum deſcripſerunt, hoc tacuiſſent, & ideo melius exponitur modo dicto de reditu de Aegypto.*

*In c. 48. vbi dicitur in Poſtil. Propter nomen meum longe faciam.*

### ADDITIO. I.

¶ Quod in propheticis ſcripturis frequẽter fit ſermo de futuro per modũ præteriti, ratio eſt propter certitudinẽ prophetiæ, prout cõmuniter dicitur: ſed quod de præterito per modum futuri fiat ſermo: hæc ratio non ſufficit, ſed aſſignanda eſt alia.

*In eodem cap. vbi dicitur in Poſtilla, Et laude mea infrenabo te.*

### ADDITIO II.

¶ Per diuinam laudem homo aſcendit in Deum per affectum, intantum quòd per hoc retrahitur ab his quæ ſunt contra Deum: & hoc eſt quod hic dicit propheta, Laude mea infrenabo te, ne intereas, ſecundum ſanctum Thom. in ſecunda ſecundæ. q. 91. quæ uidetur magis propria expoſitio, quam illa quæ in poſtil. continetur de laude.

*In eodem*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E In eo.cap.vbi dicitur in poſti.Et dextera mea menſa eſt cęlos.

ADDITIO III.

¶ Per hoc quod dicitur:Dextera mea palmizauit cęlos,ſecundum Hebraicam literam, non ſolum intelligitur facilitas mēſurationis, ſed etiam menſurationis debita congruentia ſeu coaptatio ad rem quæ ædificari intenditur,ſicut ille qui palma aliquid menſurat, ſic vt non excedat nec deficiat ab intento,ſecundum illud Sapi. 11.d. Omnia ſcit dominus in numero,pondere & menſura.

REPLICA.

IN cap.48.Poſti.exponit illum paſſum:Propter nomē meum furorem meum longè faciam,Id eſt feci,ponēdo futurum pro prę terito. Burg. dicit vſitatum in prophetis ponere præteritum pro futuro,propter certitudinem prophetiæ:Sed ponere futurū pro prę terito habet aliam rationem:quam tamen non aſſignat:Poteſt autē præter alias rationes dici, ꝙ prophetæ vtuntur & ſacra ſcriptura de Deo loquentes verbo omnium temporum indifferenter:quia ęternitas ſoli Deo conueniēs coexiſtit omnibus differentijs temporū, ſicut dictum eſt ſuprà Exo.30.In eo.cap.ubi dicitur:Et laude mea infrenabo te ne intereas: hoc frenum dicit Poſtil. ceremoniales obligationes,quibus populus tenebatur,ne ad idola deflueret.Burgen.autem hoc factum paruipendens, dicit illam laudē fore aſcenſum mentis in Deum per affectum tam feruidum,ut per hunc tanquam per frenum retrahatur ab his quæ ſunt contra Deum. Sed G manifeſtum eſt ex litera, ꝙ illi Iudæi de quibus hic dicitur, huiuſmodi affectum non habuerunt ad Deum:quia coluerunt Deum timore ſeruili.Dum enim tribularentur,ad dominum clamauerunt, ut dicitur de hoc populo in multis locis ſacræ ſcripturæ. Tempore autem proſperitatis defluxerunt ad idola: ideo dicitur de eodem: Populus hic labijs me honorat,&c. Vnde alia eſt laus Dei quę procedit à libera uoluntate, quàm quæ à ſeruili obligatione. Prima nō habet rationem freni,ſed libertatis,quia fit amore iuſtitiæ. Secunda habet rationem freni,quia fit timore pœnę. Prima non retrahit à malo,ſed tendit in bonum,quod fit liberè ſine freno.Secunda autem retrahit à malo, ſed non afficitur ad bonum. Et quod de prima hoc non dicatur,ſed de ſecunda probat ſanctus Tho.exponens hunc locum & dicens:Infrenabo.id eſt obligabo te ad ceremoniales laudes meas, ne ſacrificia idolis offerens intereas. Et adducit ad id concordantiam Pſal.In chamo & freno maxillas eorum cōſtringe. Puto hic & alibi oculos Burg. odio & liuore cęcatos, ut uidere non potuerit, quòd uilipendendo Poſtil.ſanctum Tho.uilipendit: cuius tamen dicta dicit in prologo ſui operis igne charitatis examinata,& naturalis rationis dictamine multipliciter purgata,& tamen hic Burgen. pro ſui erroris confirmatione aliegat ſanctum Thomam ſecunda ſecundæ, quæſtione.91.ut eum ſic relinquat in contradictione.

GLOS. ORDINARIA. CAP. XLIX.

a AVdite inſulæ. Poſt reliquiarum Iſrael vocationem & infidelium abiectionem (de quibus: Non eſt pax impijs dicit dominus) ſub inſularum nomine alloquitur in perſo- Iſai.48.d.
na filij eccleſias de Gentibus.

b Gladium acutum. Non veni pacem Matt.10.d. mittere,ſed gladium,malos ſcilicet à bonis ſeparans.

c Gloriabor.Quod non in alijs ſeruis: Ioh.17.a. Pater glorificaui nomen tuum Et Pſal.56.b. alibi:Exurge gloria mea.&c.

a Et ego

b Do.ab ute.uo.me.Hoc dicitur in perſona Chriſti hominis,de quo adhuc exiſtente in vtero matris dixit dominus per angelum ſuum ad Ioſeph.Vocabis nomen eius Ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populū ſuum à peccatis eorum.Mat.1.

d Et po.os me. In quo notatur efficacia verbi Chriſti ad præſcindendum vitia.

CAP. XLIX.

a ¶Eccleſiæ fluctibus ſeculi vndique concuſſæ.

a AVdite inſulæ, & attendite po a

a ¶Ab extremis terræ.

puli de longe. Dn̄s ab vtero b

a ¶Vocabis nomen eius Ieſum. b ¶Antequam naſceret.

vocauit me: de ventre matris meæ c

a ¶Per Gabrielem dicens: Vocabis nomen eius Ieſum.

recordatus eſt nominis mei,& poſuit d

a ¶Vt ſpiritu oris ſui interficiat impium. ¶Verba oris mei.vnde:Gladius ſpiritus,quod eſt verbum Dei. ¶Protectione.

b os meum quaſi gladium acutū:in vm e

a ¶Potentiæ diuinitatis. b ¶Ab omni malo,vt vilitas carnis tegeretur potentia diuinitatis. vnde: Spiritusſanctus ſuperueniet in te,& virtus &c.

bra manus ſuæ protexit me, & poſuit f g

a ¶Super alias,prophetæ enim & Apoſtoli ſagittæ ſunt: Sagittæ potentis acutæ. b ¶In carne,

me ſicut ſagittā electā: ī pharetra ſua h

a ¶Vnde ſupra:Tu es Deus abſconditus. b ¶Diuinitatem. c ¶Obediens vſque ad mortem.

abſcondit me, & dixit mihi: Seruus i k

a ¶De genere Iſrael ſecundum carnem. b ¶Pater in me manens,ipſe facit opera.

c meus es tu Iſrael,quia in te gloriabor. l m

e In um.ma.ſuæ.id eſt poteſtatis ſuæ.

f Prote. me. non enim fuit captus à Iudæis, niſi quando voluit, & ſe obtulit.Ioh.18.a.Dixi vobis, quia ego ſum: ſi ergo me quæritis,ſinite hos abire.

g Et poſ. me ſicut. In Hebræo habetur: Claram. id eſt limatam: per hoc intelligitur puritas & claritas doctrinæ Chriſti.

h In phare.ſua.id eſt in ſua prouidentia.

i Abſcondit me. vſque ad tempus reuelationis meæ.

k Et dixit mihi:Seruus.ratione humanitatis, in qua accepit formam ſerui. Philip.2.a.Semetipſum exinaniuit for.ſer.ac.&c. H

l Iſrael.ſic nominatur Chriſtus, quia de populo Iſrael natus:& ratione interpretationum,quarum vna eſt: Videns Deum,quia anima Chriſti vidit diuinam eſſentiam ab inſtanti ſuæ creationis. Alia interpretatio eſt: Directus cum Deo: quod optimè conuenit Chriſto homini, quia eius humanitas eſt inſtrumentum diuinitatis coniunctum ei:& ſic in omnibus mouetur ſecūdum deitatis inſtinctum.

m Quia in te gloriabor. Per miracula, diuinæ poteſtatis & excellentiæ demonſtratiua.

¶ a Et ego

NICO. DE LYRA. CAP. XLIX.

F AVdite inſulæ.Hic conſequenter deſcribitur modus.ſ.ſecundæ liberationis factæ per Chriſtum. Sciendum tamen, quod aliqui doctores catholici totum iſtud capitulū exponūt de liberatione facta per Cyrum. Sed iſtud non videtur verum, quia populus de Babylone rediens non fuit in tāta proſperitate, quanta deſcribitur hic:imo fuit in multa anguſtia, & paupertate, ſicut dictum eſt ſuprà 35.ca. & in pluribus alijs locis. Præterea ſic exponentes magis Iudaizant quātum ad hoc, quam doctores Hebręorum antiqui,qui aliqua dicta in hoc cap.referunt ad tempus Chriſti.ſ.illud: Dedi te in lucem Gētium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ: & per conſequēs alia quæ annectuntur huic ſententiæ, conſequenter vel antecedenter: Quòd autem ita ſit, patet in glo. magna ſuper Gene.41.ca.vbi mouetur talis quæſtio de Meſſia: Poterit ne dici, ꝙ redemptor cum venerit,ſit leuans facies.i.acceptor perſonarum, ſecundum modum loquendi Hebraicum? & reſpondetur ibi: Abſit: ſed omnes confitentes ei corde & ore & operibus ſaluabit, ſicut ſcriptum eſt Iere.23.b.In diebus illis ſaluabitur Iuda,& Iſrael &c.ac ſi dicat: Confitentes ei:& ſic dicitur Iſa.49.b. Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ: Hæc glo. ſecundum omnes doctores catholicos intelligitur ad literam de Chriſto,vt plenius videbimus, quando erimus ibi domino concedente: & per conſequens alia quæ ad idem inducuntur de cap.iſto:Dedi te in lucem Gentium &c.ſecundum autorem uel autores illius intelligitur ad literam de Chriſto.Item Act.13.g. hæc autoritas:Dedi te in lucem &c.a Paulo & Barnaba inducitur tanquam dicta ad literam de conuerſione Gentilium ad fidem Chriſti.Item. Ra.Sa. dicit, ꝙ illud quod habetur uerſus finem huius capituli,Nūquid tolletur à forti præda,&c.intelligitur de Eſau,per quem intelligit Romanum imperium, quia cum alijs Iudæis expectat per Meſſiam venturum liberari de ſeruitute in qua ſunt: & ſic ſecundum eum referendum eſt ad tempus Chriſti:quod verum eſt.Sed expectant futurum quod per Ieſum Nazarenum impletum eſt:propter quod dicit Mat.17.d.Ergo liberi ſunt filij: & loquitur de tributo Romano imperatori reddendo. Igitur exponendo capitulum ſecundum hunc ſenſum,in duas partes diuiditur: Quia primò ponitur modus ſaluationis. Secundò tollitur metus deſpe- Diuiſio.
rationis, ibi: Et dixit Sion. Prima in duas, quia primò ponitur Saluatoris conditio,ſecundo ſubditur ſalutis operatio,ibi: Et ego dixi.Circa primum dicitur.

a Audite inſulæ.Hic excitatur attentio,vt per hoc deſignetur nunciandæ rei magnitudo.

b Do.

MORALITER.

✻ a Audite inſulæ & attendi. Capitulum iſtud literaliter exponitur de modo liberationis factæ per Chriſtum.Moraliter autem poteſt exponi de modo liberationis eccleſiæ per bonum prælatum: Qui primò cognoſcit promotionem ſuam à domino factam dicens:

b Dominus ab vtero vocauit me.Id eſt de ſtudio ſacrę ſcripturæ uocauit me ad regimen eccleſiæ ſuæ:& hæc eſt debita uocatio, nō de curijs principum & tumultibus ſecularium negociorum.

c De ventre matris meæ &c. Repetitio eſt eiuſdem ſententiæ per alia uerba.

d Et poſuit os meum quaſi gladium acutum. Per ſanam doctrinam hæreſes & uitia reſcindentem.

e In vmbra manus ſuæ protexit me. A dęmonum peruerſitate.

g Et poſuit me ſicut ſagittam elec.à longo ferientem: ideo ſignat doctrinam ſanam datam in ſcripto, quę non ſolum docet pręſentes, ſed etiam futuros.

h In pharetra ſua abſcondit me.Per ſpecialem mei cuſtodiam.

k Et dixit mihi.Seruus meus es tu.Diuina celebrando.

m Quia in te gloriabor. id eſt per gloriam meā oſtendam alijs exemplo uitę & uerbo doctrinę.Et quoniam dicitur Luc.18.c.Cùm omnia quę præcepta ſunt feceritis,dicite: Serui inutiles ſumus. Ideo ſubditur uerbum boni prelati.

✻ a Ego di-



A a Et ego dixi. Quaſi: quomodo te glorificaui, qui magnam partem Iudæorum ad te reuocare non potui?Hic autem liberum hominis monſtratur arbitrium. Dei enim eſt vocare,noſtrum credere:ipſo tamen adiuuante,vt iuſti voluntatis præmium conſequantur.

b Ergo iu. Iudicabit pater, vtrū omnia fecerim eis quæ debui. Matt.17.a. Manifeſtaui nomen tuum hominibus,quos de.mihi. Et alibi: Ego te glorificaui ſuper terrā.

c Opus me.Alij: Labor & dolor meus: quia fleuit ciuitatem, Et ait in Pſal. Quæ vtilitas in ſan- Pſal.29.b.
guine meo? Iuxta Hebraicum, pedens in cruce longe à ſalute mea verba lamentationū mearum.

d Glorificatus.Q. Ego Iudæos pdidi, ſed glorificatus ſum in Gē- Matt.28.d.
tibus. vnde: Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra.

e Abominatam. Chriſtum & Nazareos ei⁹, quos quotidie Iudęi in Synagogis maledicunt: quia propter eos regnum,locum, & Gentem amiſerunt.

f Reges.Propheta ad filium.Reges vi.te venientem ad iudiciū. Reges, ſcilicet Apoſtoli & alij q cum domino iudicabunt.

g In tempo.pla. Paſſionis,reſurrectionis,in quo complacuit Deo redimere genus humanum.

a Dixit

l Conuertendas.In virtutes.

m Dedi te in lu.Gen.Per ſuſceptionem luminis fidei.

n Vt ſis ſa.mea Id eſt à me miſſa & data.

o Vſque ad extre.ter.Et hoc modo dicit Chriſtus Apoſtolis Act.1.a. Eritis mihi teſtes in Ieruſalem,& in omni Iudæa & Samaria,& vſque ad vltimum terræ.

¶Patri. a ¶Quantum ad incredulos. b ¶Patiendo.

a Et ego dixi:In vacuum laboraui ſine cauſa, a b

a ¶Quia non profuit eis. ¶Moriendo.

b & vanè fortitudinē meam conſumpſi. Er- c d

a ¶Quod feci eis.

c go iudicium meum cum domino, & opus

¶Coram. ¶Reſpondet filio ſcilicet,conquerenti,inuacuum laboraui. ¶Pater.

meum cum Deo meo. Et nunc hęc dicit do

a ¶Qui ex vtero formatur, ſeruus appellatur. vnde: De ventre matris meæ Deus meus es tu.

minus, formans me ex vtero ſeruum ſibi, e

a ¶Per fidem. b ¶Errantem deſerto creatore idola colentem.vnde: Non veni niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael ¶Tamen

vt reducam Iacob ad eum,& Iſrael non con f g

¶In vnitate fidei.

d gregabitur. Et glorificatus ſum in oculis h

a ¶Secundum hominem. b ¶In reſurrectione.

domini, & Deus meus factus eſt fortitudo

a ¶Conſolando,ſuper abiectione populi mei. b ¶LXX.Magnum eſt tibi,vt voceris puer meus. c ¶Tibi.

mea. Et dixit:Parum erit, vt ſis mihi ſeruus i

a ¶A morte animæ. b ¶Tantum. c ¶Quæ vitio ſuo corruerunt. d ¶Deſpectiue.

ad ſuſcitandas tribus Iacob, & † feces Iſrael k

¶Ad fidem. a ¶Et ideo. ¶Pro illis. b ¶O Iſaia. ¶Etiam, c ¶Vt Gentes illuminatas ad fidem adducas.

conuertendas.† Dedi te in lucem Gentium, l m

¶Meorum.

vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ. n o

¶Pater. ¶Fidelium- ¶Sanctificans.

Hæc dicit dominus redemptor Iſrael ſan- p q

a ¶Chriſtum. b ¶Vidimus eum deſpectum &c.

ctus eius, ad contemptibilem animam,ad r s t

a ¶Chriſtum. qui ante Pilatum & Caipham tanquam ſeruus iudicatus eſt.

e abominatam Gentem, ad ſeruum domi- u

a ¶Ad literam,vel quorum cor in manu Dei. b ¶In honorem tuum. ¶Glorificationem tuam implendo,& ſalutem Gentium.

f norum. Reges videbunt & conſurgent x y

a ¶Eccleſiæ. b ¶Te. ¶Cum venerit in gloria patris cum angelis. c ¶Patrem.

principes, & adorabunt propter domi- z

num, quia fidelis eſt: & ſanctum Iſrael qui a b

a ¶In ſalutem mundi. b ¶Pater ad filium. c ¶Gratiæ, de quo: Ecce nunc tempus acceptabile,ec.nunc di.ſa. c

g elegit te. Hæc dicit dominus: In tempore d e

a ¶Dicentem:Pater clarifica filium tuum vt filius tuus cla.te.&c. b ¶Humanæ. c ¶In cruce.

placito exaudiui te, & in die ſalutis auxilia f g h

a ¶Dicentis,Quare me dere. b ¶Morte ſuperata. ¶A morte ad vitam. c ¶Amicitię & charitatis.

tus ſum tui.Et ſeruaui te,& dedi te in fœdus i k

p Hęc dicit dominus. ſcilicet Deus pater.

q Redem. Iſrael. quia dedit filiū pro eius redemptione.

r Sanctus eius.id eſt ſanctificator ipſius.

s Ad contem. ani. id eſt Chriſtum, denominando, à parte totum: qui in humanitate aſſumpta contemptibilis apparuit.infra.53.b.Quaſi abſconditus vultus eius,& deſpectus,&c.

t Ad abomi.Gentem. id eſt primitiuam eccleſiam, quam ſupra modum abominati ſunt principes Iudæorum, vt patet in Actibus Apoſtolorum in pluribus locis. ſimiliter poſtea multi Romani Imperatores, vt vero, Domitianus, Diocletianus,Maximianus, & multi alij eam totaliter exterminare quærentes. Perſecutores Chriſti

u Ad ſer.domi. id eſt populum catholicum: quia tunc Chriſtiani frequenter condemnabantur ad metalla fodienda, & alia opera ſeruilia facienda. † deſertos Iſrael vt reducas

x Reges uide.miracula in virtute nominis Chriſti fienda per Apoſtolos, & eorum ſucceſſores.

y Et conſur. prin. ad ſtatum fidei Chriſtianæ, quod maxime patuit tem. Conſtantini.

z Et ado.propter do.ſ.patrem.

a Quia fide.eſt. mittendo redemptorem mundo, ſicut patribus promiſerat.

b Et ſan.Iſrael:i.ſanctificatorem eius. Act.13.g.

D c Qui elegit te.ſcilicet Chriſtum hominē ad opus redemptionis humanæ.

d Hęc dicit do.id eſt Deus pater.

e In tempo.placi.id eſt gratiæ.

f Exaudi.te. Omnis enim oratio Chriſti ad patrem fuit exaudita, quæ proceſſit ſecundum deliberatiuam voluntatem.

g Et in die ſalutis. id eſt in die paſſionis, qua operatus eſt ſalutem in medio terræ.

h Auxiliatus ſum tui.dando conſtantiam patiendi.

i Et ſerua.te. recipiendo animam tuā in morte, & præſeruando corpus à corruptione.

x Et de. te,&c.vt per te Deo fœderaretur. Vt ſu.ter. Id eſt habitantes in terra à morte culpæ ad vitam gratiæ.

¶ a Et poſſide.

NICO. DE LYRA.

¶ a Et ego dixi. Hic conſequenter ponitur ſalutis operatio: & primò re- B ſpectu Iudæorum, ſecundò reſpectu Gentilium, ibi: Et glorificatus ſum. Circa primum ſciendum, quòd labores Chriſti ieiunando,vigilando,docēdo,prædicando, & omnia alia erāt ad noſtram ſalutem ordinata, ſecundum quod dicitur Pſal.73.c. Operatus eſt ſalutem in medio terræ: & quamuis principaliter miſſus fuerit ad prędicādum Iudæis in perſona propria: propter quod dicit Matt.15.c. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael: tamen pauci Iudæi comparatiuè ad alios crediderunt:& quātum ad illos dicit:

b In ua.la.propter incredulitatem Iudæorum.Et ad idē facit quod ſequitur:

c Sine cauſa & ua. licèt enim mortuus fuerit in ætate virili, tamen ex laboribus videbatur iam antiquus,& in parte cōſumptus:propter quod dixerunt ei Iudæi,Ioh.8.g.Quinquaginta annos nondum habes,&c.

d Ergo iu.quia ipſe videt, quòd nihil omiſi de contingentibus ad ſalutem Iudæorum.

e Formans me. quia ab inſtanti incarnationis fuit diuinitus corpus Chriſti formatum & animatum, & ſic extunc perfectus fuit Chriſtus omnibus ſcientijs,& chariſmatibus.

f Vt redu.Ia.ad eum.id eſt populum Iſrael deſcendentem à Iacob, ad quem docendum fuit miſſus,vt dictum eſt.

g Et Iſrael non congregabitur. in ouili domini per ſuſceptionem fidei, quia pro maiori parte in infidelitate ſua permanſit.Sicut enim Iacob & Iſrael ſunt duo nomina vnius perſonæ, Gene.32.ita ſunt hic nomina vnius populi ab illo deſcendentis. Poteſt etiam hæc litera exponi, vt quod dicitur hic: Et reducam Iacob ad eum. intelligatur de illis qui crediderunt ex populo Iudæorum, ſicut fuerunt Apoſtoli alijque diſcipuli multi, vt habetur in Actibus Apoſtolorum. Et quod ſubditur:Iſrael non congregabitur, intelligitur de illis qui remanſerunt increduli.

h Et glorificatus ſum. Hic conſequenter deſcribitur operatio ſalutis quantum ad Gētiles, qui fidem Chriſti receperunt: & diuiditur in duas partes.quia primò deſcribitur huius ſalutis operatio, & ſecundò ſubditur gratiarum actio ibi: Laudate cæli. Circa primum dicitur in perſona Chriſti.Et glorificatus ſum.inter credentes nomen meum: quod factum eſt virtute Dei patris:ideo ſubditur:

i Et dixit: parum eſt. in humanitate aſſumpta ad ſuſcitandas tribus Iacob de morte infidelitatis ad uitam fidei,ſecundū quam dicitur Abac. 2.a.Iuſtus autem ex fide viuit.

k Et feces Iſrael.Id eſt vitia.

l Conuer-

MORALITER.

✻ a Ego dixi:Inuacuum la.&c.

d Ergo iudi.meum cum do.i. gratiā eius tantū expecto,ideo ſubdit.

e Formans me.ex infuſione ſuę gratię.

f Vt redu.ad eum Ia.ſcilicet ſimplicem baptizatum.

g Et Iſrael.id eſt literatus ſuperbus cum ſanctis non ſociabitur.Vnde beatus Auguſt. cùm legiſſet uitam Pauli ſimplicis fertur dixiſſe: Simplices & illiterati rapiunt cęlum, nos autem cum literis noſtris trudimur ad infernum. Auguſtinus de Paulo ſimplice

h Et glo.ſum in ocu.do. ſ. in ſpe. Sed quia bonus prelatus non ſolū in ſua diœceſi proficit,ſed etiam in alijs, ſicut patet de beatis Auguſtino & Ambroſio & ſimilibus. qui per libros ab eis conditos proficiunt toti eccleſię Dei,ideo dicitur à domino ſibi:

i Parum eſt,vt mihi ſis ſer.ad ſuſcitandas.&c.Sequitur.

m Dedi te in lucem Gen.&c.

p Hæc dicit domi. quoniam ſub bono prelato proficiunt magni & parui, ideo ſubditur. Hęc dicit domi. &c. ad contemptibilem animam &c.in quo notantur parui.

x Reges videbunt & conſurgent.prin.in quo notantur magni

z Et adorabunt propter dominum Deum &c.proficientes in bono ex tua doctrina.Et quoniam boni prelati Deum deprecantur pro tali profectu populi ſui,ſubditur:

c Hæc dicit dominus:In tempore placito exau. te vt ſuſ.ter. Id eſt homines terrenos à morte culpę.

✻ a Et poſſi-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Matt.23.d. Pſal.86.a. Gal.4.d. Apo.21.a.

a *Dixit Sion.* Ieruſalem & Sion quatuor modis dicitur: Terrena ſcilicet, de qua: Ieruſalem quæ occidis prophetas. Congregatio iuſtorum in terra poſitorum, vnde: Diligit dominus portas Sion. Multitudo cęleſtium virtutum & ſanctorum iam cum domino regnantium. vnde: Quæ ſurſum eſt libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Et illa quam Iudæi, & noſtri Iudaizātes, fingunt deſcendere de cęlo ornatam ſecundū apocalypſim Ioh. Sciendum autem quia congregatio ſanctorum in captiuitate Babylonis hoc dicit: Dereliquit me domi.

b *Ecce in ma &c.* Ex hoc diſcimus, Ieruſalem in regione Paleſtinæ non eſſe quærendam: quæ totius prouinciæ deterrima & ſaxoſis montibus exaſperata penuriam fontium patitur.

c *Structores.* Apoſtoli & alij. Culpa Iudęorum, id eſt Scribarum & Phariſæorum deſtructa es, prædicatione quorundam Iudæorum. id eſt Apoſtolorum tam de Iudęis quam de Gentibus congregata es.

¶ a Omnes

† migrate manifeſtate vos
† locis excelſis

¶Fidelis. a ¶Ad vitam animæ. b ¶Iudæorum qui credere noluerunt. ¶Terrenos qui in idololatriæ iacebant erroribus.
populi, vt ſuſcitares terram, & poſſide- a
a ¶Gentes: Poſtula a me & dabo tibi Gentes hæ.iu. b ¶Per varios errores.
res hereditates diſſipatas, vt diceres his b
a ¶Funiculis peccatorum. Funibus enim peccatorum ſuorum quiſque conſtringitur. b ¶Infidelitatis & ignorantiæ, qui lucem videre non poterant.
qui vincti ſunt, exite: & his qui in tene- c d
a ¶Illuminamini. b ¶Et ſic. c ¶Conuerſi lumen Chriſti aſpicientes. ¶Doctrinas Apoſtolorum, & prophetarum. d ¶Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit &c.
bris, † reuelamini. Super vias paſcetur, e f
a ¶Apertis ſcripturis. b ¶Erit.
& in omnibus † planis paſcua eorum. g h i
a ¶Paſti ante. ¶Panem verbi. b ¶Aquam ſapientiæ. c ¶Aduerſa ſeculi non nocebunt. Per diem ſol non vret te, neque luna per noctem.
Non eſurient neque ſitient, & non per- k
a ¶Chriſtus qui in miſericordia ſua redemit.
cutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eo
a ¶Benedicite domino de fontibus Iſrael, Et alibi: Haurietis aquas de fontibus ſaluatoris. b ¶Veteris & noui teſtamenti.
rum reget eos, & ad † fontes aquarum l
a ¶Impedimenta mundi, vel Apoſtolos, qui via alijs. ¶Eis.
† potabit eos. Et ponam omnes montes m
a ¶Planam. b ¶Gradientes ſuper ſemitas meas.
meos in viam, & ſemitæ meæ † exalta-
a ¶Quibus paratur via. b ¶Ab oriente. c ¶Ad fidem, ad vnitatem eccleſiæ.
buntur. Ecce iſti de longe venient, & ec n o
a ¶Alij fideles. b ¶Quaſi ab omnibus mundi partibus. c ¶Occidente.
ce illi ab aquilone & mari, & iſti de ter
a ¶Ergo. ¶Dominum de ſalute humani generis. b ¶O angeli. c ¶Habitatores terræ.
ra auſtrali. † Laudate cęli, & exulta ter- p q
a ¶Ex immenſa cordis lætitia. b ¶Præeminentes virtute. ¶Per filium.
ra: iubilate montes laudē, quia coſola- r s
¶Pater. a ¶Fidelem, qui ſcilicet ex Iudæis crediderunt.
tus eſt dominus populum ſuum, & pau
a ¶Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. ¶Gentium, quæ ſine lege & ſine Deo. ¶Qui deſerti demonibus ſubiacebant. b ¶Congregatio ſanctorum.
perum ſuorū miſerebit. Et dixit Sion: t
a ¶Captiuam.
dereliquit me dominus, & dominus u
a ¶Iam diu. b ¶Sed. ¶Reſponſio domini naturali ſimilitudine vtentis.
oblitus eſt mei. † Nunquid obliuiſci po x
teſt mulier infantem ſuum, vt non miſe
a ¶Non. b ¶Tamen. ¶Quaſi: Plus aliquid dicam. c ¶Duritia mentis vincens iura naturæ.
reatur filio vteri ſui? † Et ſi illa oblita
a ¶Creator. b ¶Creaturæ. ¶Semper ſanctorum animas in medio corde retinebo.
fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui.
a ¶LXX. Super manus meas depinxi muros tuos. b ¶Vt ſemper videam & memorem te, ne te arbitreris penitus derelictam. c ¶Patriarchæ & prophetæ, qui orationibus ſuis te muniunt.
Ecce in manibus meis deſcripſi te, mu- y z
ri tui coram oculis meis ſemper. Ve- a b
a ¶Scribæ & Phariſæi traditionibus ſuis. b ¶Prauis exemplis ſuis doctores praui, vt ſequaris traditiones hominum non legem Dei.
nerunt ſtructores tui, deſtruentes te, c
a ¶Capti a Romanis. b ¶Leuate oculos veſtros & videte regiones, quia iam albę ſunt ad meſſem.
& diſſipantes à te exibunt. Leua in d e

## NICOL. DE LYRA.

† lucet
- meos

¶ a Et poſſidere hæ. diſſipatas. *id eſt nationes Gentium diuerſis erroribus laceratas.*

b Vt diceres his qui vin. ſunt. *Conſuetudine peccandi.*

c Exite. *per veritatem pænitentiæ.*

d Et his qui in tenebris ſunt. *ſcilicet ignorantiæ.*

† infrà 52. c.

e Reuelamini. *in veritatis cognitione.*

f Super vias paſcentur. *id eſt in obſeruatione mandatorum & conſiliorum.* F

h Et in omnibus planis. *id eſt in ſanctorum exemplis, quæ ſunt ita plana, quòd poſſunt ab omnibus videri.*

i Paſcua eorum. *Quia magis ædificant exempla quam verba.*

k Non eſurient neque ſitient. *Ex hoc enim patet, quòd non intelligitur de reditu captiuitatis Babylonicæ, quia nunquā ſic eſt impletum: ſed de redemptione facta per Chriſtum, quæ quidem habet effectum in conſecutione vitæ beatę, vbi nullum ſentitur malum: & habetur omne bonum. Ideo ſubditur.*

† 2.q.6.c. ad Rom.2.

l Et ad fontes aquarum potabit eos. *Per quod deſignatur quies appetitus in bono adepto.*

m Et ponam omnes montes &c. *Per hoc intelligitur remotio impedimentorum publicationis Euangelij per diſcurſum Apoſtolorum aliorumque diſcipulorum, vt fuit dictum ſuprà. 40. cap. Ideo ſubditur.*

n Ecce iſti de longe venient. *ſcilicet ad fidem per prædicationem.*

o Et ecce illi ab aquilone &c. *id eſt de omni parte terræ habitabilis aridæ & inſularum maris.*

p Laudate cęli. *Hic conſequenter ponitur huius beneficij gratiarum actio, cùm dicitur: Laudate cęli. id eſt angeli qui ſunt ciues cæli, & Chriſto nato gratias agentes cantauerunt, Gloria in altiſſimis Deo &c. Lucæ. 2. b.*

q Et exulta terra. *id eſt habitantes in terra, quantum ad minores & mediocres.*

r Iubilate montes laudem. *quantum ad maiores.*

s Quia conſola. eſt dominus populum ſuum. *per modum prædictū.*

Diuiſio

t Et dixit Sion. *Hic conſequenter tollitur metus deſperationis: Et primò reſpectu redemptionis fiendæ per Cyrum. ſecundò reſpectu redemptionis fiendæ per Chriſtum: quia iſtæ duæ ſimul tanguntur à propheta, vt dictum eſt ſuprà. ſecunda ibi: Leua in circuitu. Circa primum dicitur: Et di. Sion. id eſt illi qui fuerant habitatores Sion.*

u Dereli. me do. *Hoc dicebant Iudæi in Babylonem ducti, poſt deſtructionem ciuitatis & templi: quod remouetur cùm ſubditur:*

x Nunquid

x Nunquid obliuiſci poteſt. *Et patet litera.* G

y Ecce in manibus meis deſcripſi te. *Id eſt ita te habeo in memoria, ſicut illud quod tenetur manu.*

z Muri tui. *ſcilicet ciuitatis & templi.*

a Coram oculis meis ſemper. *Quia præuideo eorum reparationem.*

b Venerunt ſtructores tui. *id eſt citò veniēt. ſ. Zorobabel & Ieſus filius Ioſedech, ad reædificationem templi, & Neemias ad reędificationem ciuitatis.*

c Deſtruentes te. *id eſt conantes te deſtruere.*

d A te exibunt. *Quod patet impletum de Samaritanis, quos noluerant reuerſi de captiuitate aſſociari ſibi in templi reędificatione, vt habetur. 1. Eſdræ. 4. & ſimiliter de ædificatione ciuitatis, dixerūt eis Neemiæ. 2. d. Vobis non eſt pars & iuſtitia & memoria in Ieruſalem.*

e Leua. *Hic remouetur metus deſperationis reſpectu redemptionis fiendæ per Chriſtum. In primitiua enim eccleſia erant credentes pauci, & de humili plebe, & perſecutionibus principum op-*

¶ preſſi: vt

## MORALITER.

✻ a *Et poſſi. hære. diſſi.* id eſt peccatis laceratas.

b *Vt dice. his qui vincti ſunt.* Conſuetudine peccandi, quæ eſt quædam cathena ligans peccatorem in culpa.

d *Et his qui in tenebris ſunt.* Scilicet ignorantiæ.

f *Super vias.* ſcilicet mandatorū Dei, & conſiliorum.

g *Paſcentur.* Doctrina tua.

h *Et in omnibus planis.* i. ſanctorū exēplis, quę de plano etiam à ſimplicibus capiuntur.

i *Paſcua eorum.* id eſt refectio mētis. H

k *Non eſurient, neq; &c.* ſ. illi qui perducti fuerint ad cęli gaudia.

m *Et ponam omnes montes in viam.* id eſt impedimenta prædicationis auferam, nam & prælati qui ratione ſtatus montes poſſunt dici, dant proficere valentibus autoritatem prędicandi in omnibus partibus ſuæ diœceſis: Ideo ſubditur.

n *Ecce iſti de lon. ve.* Et quoniam ex tali profectu laudandus eſt Deus, ſequitur:

p *Lauda. cęli.* id eſt angeli.

q *Et exulta terra.* id eſt habitatores terræ: nam vtrique debent de conuerſione peccatorum gaudere.

t *Et dixit Sion.* Aliquando fuit eccleſia in tanta tribulatione, quòd videbatur aliquibus Deum eā deſeruiſſe: & adhuc magis videbitur Antichriſti tempore: propter quod in eius perſona dicitur: Et dixit Sion: Dereliquit me do. propter quod Deus eam conſolatur, dicens.

x *Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum.* Quaſi diceret, non, ſic nec eccleſiam meam derelinquam.

z *Muri tui coram oculis meis.* id eſt diſpoſui te claudere clauſura virtutum.

b *Venerunt ſtructores tui.* Id eſt doctores ſacri.

c *Deſtruentes te.* id eſt hæretici.

d *A te exibunt.* A ſacris doctoribus confutati. Promittit etiam ei multiplicationem fidelium & bonorum ſpiritualium, cùm dicitur:

e *Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes iſti congregati, & cætera.* Et hoc modo literaliter expoſui vſque ad finem huius capituli: Nec occurrit mihi alia ſpiritualis expoſitio conuenientior hic ponenda, nec eadem ratione in reſiduo libri huius quod ſimili modo literaliter expoſui, ſcilicet de Chriſto & eccleſiæ proceſſu.



¶ a *Omnes iſti con.* Iudæi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, in die Penthecoſtes, diſperſi enim fuerant tēpore Machabęorum ab Antiocho Epiphane. Ex his crediderunt vna die tria milia, altera quinq; milia. Gentes quoq; ex omnibus partibus mundi quotidie congregantur ad fidē eccleſiæ. A

b *Ornamento.* Varijs ſpiritusſancti gratijs, quibus ornatur ſpōſæ ambitio, de qua dicit: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.

c *Ego ſte.* Quia poſt Aggęū & Zachariam & Malachiā, qui & Eſdras, non habuerūt prophetas, q eos in lege nutrirēt, vſq; ad Iohannem Baptiſtam.

d *Reginæ.* idem ſed magis affectuosè. Vnde: Aſtitit regi. &c. quæ. ſ. quotidie Chriſti paruulos nutrit, & ad perfectam ętatem ducit.

e *Adorabunt.* Venerabuntur, ſecundum illud: Adorate ſcabellum pedum eius, in quo pedemaieſtas indicatur.

f *Puluerem pe. tuo.* Omnē. ſ. terrenitatē verbo & exemplo mundabunt, ſecūdum quod dictū eſt: Quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum &c. vnde: Excutite puluerem pedum veſtrorum.

g *Quia hæc di. do.* reſpōdet quæſtioni, quia hæc. ſ. in aduentu ſuo compleantur.

h *Carnibus ſuis.* Nō aliena morte, ſed propria, vt qui carnales ſunt, (quia domini ſpiritū perdiderunt) ſuis carnibus ſaturentur. vnde: Dum appropiāt ſuper me nocentes, vt edant carnes meas. Non. n. ſpiritus q incorporalis eſt, ſed caro comeditur, ferocium beſtiarum patens morſibus. B

i *Fortis Ia.* Qui dedi fortitudinem Iacob luctandi cum angelo oratione (vt aiunt) non manibus. Volebat. n. angelus, qui eum cuſtodiebat in peregrinatione, ad Deum recedere. Euicit autem oratione, vt eum benediceret & audiuit: Si cum Deo fortis es, in oratione. ſ. quantò magis contra homines præualebis? quaſi & oratione contra Eſau quem metuis, præualebis.

a ¶O apoſtoli & primitiua eccleſia.
a circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti con- a b
a ¶Iurando ſecuros facit, hoc eſt iuramentum veteris teſtamen.
gregati ſunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit do-
a ¶Fidelibus tam Iudæis quam Gentibus: Fœlix qui tantus eſt, vt ornamentum eccleſię dicatur. b ¶Ornaberis.
b minus: quia omnibus his velut ornamēto ve- c
a ¶Eccleſia quæ eſt Chriſti corpus: vnde eis tanquam de vna perſona loquitur, iuxta primam regulam Ticonij.
ſtieris, & † circundabis tibi eos quaſi ſponſa.
a ¶Infidelium. b ¶Sine Deo.
Quia deſerta tua, & ſolitudines tuę, & terra d
a ¶Veniente Euangelio. b ¶Quia ſubintrabunt fideles.
ruinæ tuæ, nunc anguſta erunt præ habitatori e
a ¶A Romanis. b ¶A Deo ſeparabant à falſa doctrina & operatione mala. c ¶Phariſæi & Scribę. ¶Perſecutores.
bus: & longè † fugabuntur qui abſorbebant te. f
a ¶O primitiua eccleſia. b ¶Quia diu ſterilis fuiſti.
Adhuc dicent in auribus tuis filij ſterilitatis tuę. g
a ¶In Iudęa, in ſynagogis. b ¶In toto mundo in eccleſijs. c ¶Latius, ne comprimar blaſphemijs Iudæorum.
Anguſtus eſt mihi locus: fac ſpacium mihi, h
a ¶Admirando non valens magnitudinem lætitiæ tuæ ore proferre.
vt habitem. Et dices in corde tuo: Quis ge- i
a ¶Filios. b ¶Eram. c ¶In generatione fidelium. ¶Deo.
c nuit mihi iſtos? Ego ſterilis & non pariens,
a ¶In Babyloniam. ¶Filios.
tranſmigrata & captiua: & iſtos quis enutri- k
a ¶A Deo viro meo. b ¶Filii. ¶Miratur quomodo tam cito tales & tot genuerit.
uit? Ego deſtituta & ſola, & iſti † vbi hic erant?
a ¶Pater. b ¶Quaſi: Non miteris vnde filios habeas &c. ecce &c. c ¶Reuelo, qui exurget regere Gentes, in eum Gentes ſperabunt.
Hęc dicit dominus Deus: Ecce † leuabo ad Gē- l
a ¶Filium. ¶In vexillo crucis.
tes manum meam: & ad populos exaltabo † ſi m n
a ¶Crucem. ¶Quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. b ¶Tunc. ¶O primitiua eccleſia. c ¶Apoſtoli ad fidem, vel angeli poſt mortem ad requiem. d ¶Filioli mei quos iter. p. e ¶Verbo & opere.
gnum meū. Et afferent filios tuos in vlnis, & o
a ¶Fœminas vel animas. ¶Vnde: Lac vobis potum dedi, non eſcam. b ¶Apoſtoli.
filias tuas ſuper humeros portabunt. Et e- p
a ¶Quorum cor in manu Dei: vnde Abrahę dicitur: Rex ad Deum tuum nobis es. b ¶In lacte verbi.
d runt reges nutricij tui, & reginæ nutrices tuæ.
a ¶Supplices. ¶Aliàs dimiſſo. b ¶O primitiua eccleſia in capite tuo, qui eſt Chriſtus.
e f Vultu in terra demiſſo adorabunt te, & pulue q
a ¶Per hæc omnia. b ¶Non alius.
rem pedum tuorum lingent. Et ſcies quia ego r
a ¶Trinitas. b ¶Super me ſcilicet. ¶In iudicio. ¶Fideles.
dominus, ſuper quo nō confundentur qui ex- s
a ¶Per quemlibet ſanctorum. b ¶Diabolo. Cum fortis armatus cuſto. atrium ſuum, in pa. ſunt om. quę poſſi.
pectant † eum. Nunquid tolletur à forti præ- t
a ¶Humanum genus. b ¶Idem. c ¶Mundus in maligno poſitus eſt. d ¶Qui audet dicere: Hæc omnia tibi dabo ſi pro. a. me.
da, aut † quod captū fuerit à robuſto, ſaluum
g eſſe poterit? Quia hęc dicit dominus: Equidē u
a ¶Humanum genus captiuam duxit captiuitatem. b ¶Diabolo. c ¶Per filium.
& captiuitas à forti tolletur, & quod ablatum
a ¶Diabolo. b ¶Per ſanguinem filij. c ¶Dæmones vel Gentes vel Iudæos.
fuerit à robuſto ſaluabitur. Eos verò qui iu- x y
a ¶Iniuſtè. b ¶Et in præſenti & in die iudicij. c ¶In fide.
dicauerunt te, ego iudicabo, & filios tuos ego z
a ¶A morte æterna. b ¶In præſenti & in futuro. c ¶Contrarias poteſtates. d ¶Pœna carnalitatis. ſ. ſuis peccatis. ¶Non aliena morte, ſed propria.
h ſaluabo. Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis, a
a ¶Pœna ſanguinis quem fuderunt.
& quaſi muſto ſanguine ſuo inebriabuntur.
a ¶Sic. ¶Tunc. b ¶Quæ videbit ſalutare Dei.
Et ſciet omnis caro, quia ego dominus ſaluās b c
a ¶In ſanguine filij. b ¶Qui luctatus ſum cum Iacob, vel fortitudinis Iacob auxiliator fui: vt in paſſione ſuperatus, bene diceret crucifigentibus: Pater ignoſce illis &c.
i te, & redemptor tuus fortis Iacob. d e

## NIC. DE LY.

¶ *preſſi, vt patet in Act. Apoſto. propter quod æſtimari poſſet de facili, quòd totum citò deberet annihilari: & ideo denunciat eccleſiæ primitiuæ multiplicationem magnam fidelium. & primò denunciatur hæc multiplicatio, ſecundò remouetur quædam obiectio, ibi: Nunquid tolletur. Circa primum dicitur: Leua in circuitu oculos tuos. i. ad omnes partes orbis.*

a Et vide. *multos populos ad te per fidem venientes.*

b Omnes iſti congregati ſunt. *in fide formata charitate.*

c Omnibus his velut ornamento veſtieris. *Multitudo enim fidelium eſt eccleſiæ ornamentum.*

d Quia deſerta tua & ſolitudines tuæ & ter. *ſic vocat terram Iudeę, quia poſt paſſionem Chriſti à Romanis fuit deſtructa.*

e Nunc anguſta erunt. *i. omnes fideles non poſſent ibi capi. propter quod apoſtoli alijq; diſcipuli pro maiori parte egreſſi ſunt inde ad alias partes mundi pro dilatatione fidei.* C

f Et longè fugabuntur &c. *i. nitebuntur abſorbere, quia principes Iudæorum qui conabantur eccleſiam naſcentem abſorbere, vt patet Act. 4. 5. & 8. & in pluribus alijs locis, per Romanos partim fuerunt trucidati & partim captiuati.*

g Adhuc di. in au. tuis fi. *i. paucitatis fidelium.*

h Anguſtus eſt mi. lo. *quia ſicut dictum eſt, exierunt apoſtoli per diuerſum orbem pro multiplicatione fidelium.*

i Et di. in cor. &c. *præ admiratione tantæ multiplicationis.*

k Tranſmi. & ca. *quia tempore perſecutionis quæ facta eſt ſub Stephano, omnes fideles qui erant in Ieruſalem, diſperſi ſunt ad alias regiones præter apoſtolos, Act. 8. illi etiā qui poterant capi, trahebantur ad carceres vt captiui, Act. 9. & modus hic multiplicationis oſtenditur cum ſubditur:*

l Hæc di. do. ec. le. ad Gen. *q. d. nō fiet virtute humana, ſed diuina.*

m Manum meam. *in operibus miraculoſis, quibus viſis Gentiles conuertebantur.*

† appropinqua, vade vltrà propter me.

n Et ad po exal. ſig. meum. *i. ſignū crucis.*

o Et af. fi. ſu. *quia ſe & prolē ſuam offerebant apoſtolis alijſq; diſcipulis, vt fierent filij eccleſię per ſuſceptionem ſacramenti baptiſmatis*

p Et erunt re. nutri. tui. *hoc patet impletum in multis regibus & reginis, qui fidem catholicam ſuſcipientes paſcebant pauperes fideles.*

† vnde ſūt

q Vultu in terra demiſſo &c. *i. habebunt te in maxima reuerentia, qd patet impletum tempore Conſtantini & aliorum regum Chriſtianorum.*

† leuo
† vexillum

D

r Et ſci. quia ego do. *per experientiam tanti boni.*

s Super quo non confun. *quia finaliter conſequuntur expectata.*

t Nunquid tol. *Hic remouet obiectionem, quæ poſſet fieri: Et primò ponit eam dicens: Nunquid tol. &c. Tanta enim erat poteſtas principum Iudæorum in primitiua eccleſia, q primò conati ſunt eccleſiam abſorbere, & multo maior imperatorum Romanorum, qui poſtea idem attentauerūt, vt ſuprà dictum eſt, qd non videbatur poſſibile eccleſiā erui de manibus eorum: Et per fortem hic intelligitur poteſtas Iudæorum, per robuſtum poteſtas Romanorum. Conſequenter remouet hanc obiectionem, dicens:*

u Equidem &c. à for. tol. *quia in vtraque perſecutione non ſolum eccleſia fuit ſaluata, ſed etiam mirabiliter multiplicata.*

x Eos ve. *i. Iudęos & Romanos.*

y Qui iu. te. *iniuſtè.*

z Ego iudicabo. *inferendo pœnam debitam pro peccato: ideo ſubditur:*

a Et ciba. ho. tu. car. ſuis. *i. iſtos ſatiabo de carnibus illorum, quia Romani multum ſanguinem Iudæorum effuderunt. Iudęi. n. inter ſe multa bella intrinſeca tunc temporis habuerunt, vt dicit Ioſephus. Multi etiam imperatores Romani perſequētes eccleſiam, per ſenatum ad mortem condemnati ſunt, vt patet de Nerone, qui primā mouit perſecutionē: & de Domitiano, qui mouit ſecundam.*

b Et ſciet om. ca. *i. ſcire poterit omnis homo.*

c Quia ego do. &c. *Tantas. n. perſecutiones ſuſtinuit eccleſia, quod quilibet rationabiliter ſcire poteſt, quod ſtetit ſola virtute diuina.*

d Redemptor tuus. *proprio ſanguine.*

e Fortis Ia. *i. fortis ſupplantator diaboli. & ſic Iacob eſt nominatiui ca-*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E NICOLAVS DE LYRA.

¶ ſus. Vel fortis ad defendendum populum meum catholicum: & ſic Iacob eſt genitiui caſus vel datiui. nomina enim Iacob & Iſrael tranſlata ſunt ad populum catholicum, vt oſtenſum eſt ſup. 44.

In cap. 49. vbi dicitur in poſt. Reges videbũt miracula in virtute Chriſti.

ADDITIO.

¶ Iſte verſus: Reges videbunt, punctuatur ſic in Hebræo: Reges videbunt & conſurgent. ibi punctus. Et eſt ſenſus quod reges G videntes miracula Chriſti ſeu diſcipulorum eius: Conſurgent ſcilicet ad venerandam doctrinam Chriſti, eo modo quo dicitur Leuit. 19. g. Coram cano capite conſurge. Sequitur: Et principes adorabunt dominum Deum tuum. Et eſt ſenſus: Principes videbunt miracula ſupradicta. Et adorabunt Deum, ſcilicet qui prius adorabant idola; & eſt quaſi repetitio eiuſdem.

---

## GLOS. ORDIN. CAP. L.

a *HAec dicit dominus: Quis eſt.* Poſt vocationem Gentium, poſt captionem fortis, cuius præda diuiſa eſt apoſtolis, loquitur ad populum Iudæorum ſuper Sion, quæ ſuperius ait: Dereliquit me dominus, &c.

Sup. 40. d Rom. 7. c Iohan. 8. d Rom. 6. b

b *Vendidi.* Ego autem carnalis ſum venundatus ſub peccato. Qui facit peccatum ſeruus peccati eſt. Vnde: Non regnet peccatum in corpore veſtro.

† 35. q. 1. §. hac itaq;

c *Quia veniet.* Hoc eſt, vt ſciatis me matrem veſtram non repudiaſſe: ſed eam voluntate propria receſſiſſe. Poſt multa beneficia carnem aſſumpſi: nec iam per prophetas, ſed præſens ipſe locutus ſum.

Luc. 13. g Matt. 23. d Iere. 5. a Matt. 7. a † quare. Ibidem. Iſa. 30. b ſecundu Lxx. Pſal. 77. a Iohan. 8. f

d *Non erat vir.* Herodi propter malitiã dictum eſt: Dicite vulpi illi. Et Phariſæis: Genimina viperarum. Et de libidinoſis: Equi inſanientes in fœminas. De voluptuoſis: Nolite mittere margaritas ante porcos. De impudentibus: Nolite ſanctum dare canibus. De omnibus in commune: Viſio quadrupedum in deſerto.

† inf. 59. a

e *Vocaui.* Q. Rationales: Inclinate aurẽ veſtram in verba oris mei. Qui ſitit, veniat & bibat, & huiuſmodi.

f *Nunquid.* Inuehitur contra eos qui putabant dominum non potuiſſe liberare populum ſuum à captiuitate, ponẽs F rationem, & exẽpla planiſſima. Q. Qui olim hæc feci, etiam nunc populum meum liberare non potui? Vel, Qui cœlum, terras & mare facio ſeruire mihi, crucem euadere non potui? ſecundum illud: An putas quia non poſſum rogare patrem meum, vt exhibeat mihi plus quam duodecim legiones angelorum?

† ſaluandũ Matt. 26. e

g *Induam.* Aiunt philoſophi non amplius decem ſtadijs à terra nubes in ſublime leuari, & ſolis ſplendorem abſcõdi: ſic excluſo cœli lumine, aer inferior obſcuratur. Induam. Sanctos. ſ. vt ſe cognoſcant peccatores. vnde: Iuſtus in principio accuſator eſt ſui.

Prou. 18. b † eò q; non ſit aqua.

h *Et ſac. po. ope. eo.* vt agant pœnitentiam in timore & cilicio.

i *Dominus de.* Quãuis poſſint hæc referri ad Iſaiam, propriè tamen referuntur ad Chriſtum. Q. Qui olim talia operatus ſum, & modo ſimilia operari poſſum, non eſt potentia imminuta.

a *Quaſi*

## CAP. L.

a ¶ Quaſi: Nullus. ¶ Quaſi: Dicitis ò Iudæi me abieciſſe matrem veſtram, ſed ipſa prior abiecit me.

HÆc dicit dñs: † Quis eſt hic liber repudij matris veſtrę, quo dimi-

a ¶ Ac ſi dicat: Libellum repudij oſtendere non poteſtis: Sed diceris forſitan, quod creditori meo non aliud habens, vos reddiderim. b ¶ Tanquam non habens quid aliud reddam.

ſi eam? Aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos?

a ¶ Quaſi: Ego non vendidi vos, ſed vos ipſi.

† Ecce enim in iniquitatibus

a ¶ Pro libidine, auaritia & huiuſmodi. ¶ Diabolo, qui animas accepit propter peccata veſtra b ¶ Non culpa mea.

veſtris venditi eſtis, & in ſcele-

a ¶ Vltra tenere non potui: volentem abire permiſi. b ¶ Fornicantem.

ribus veſtris dimiſi matrem

a ¶ In carne.

veſtram: † quia veni & non e-

a ¶ Quia omnes quaſi beſtiæ. ¶ Homo cum in honore eſſet, non intellexit. b ¶ Ad pœnitentiam.

rat uir, vocaui, & non erat qui

a ¶ Vocantem.

audiret. † Nunquid abbreuia-

a ¶ Potentia.

ta, & paruula facta eſt manus

a ¶ A diabolo ſicut liberaui ab Aegypto. ¶ A Babylonijs.

mea, vt non poſſim redimere: aut non eſt in me virtus ad

a ¶ Populum meum ſicut olim. b ¶ Iuſſione mea.

† liberandum? Ecce in incre-

a ¶ Aquis. b ¶ Si voluero, ſicut feci mare rubrum.

patione mea deſertum faciam

a ¶ Mundum, vt eius amaritudo ſiccetur. b ¶ Alia ſicut Arnon & Iordanem. ¶ Prauas doctrinas, de quibus draco dicebat: Mea ſunt flumina, & ego feci ea.

mare: ponam flumina in ſic-

a ¶ In ſtercore ſuo.

cum. Computreſcent pi-

a ¶ Curioſi. ¶ Sicut in flumine Aegypti. b ¶ Spiritusſancti gratia c ¶ Separati à bonis piſcibus.

ſces † ſine aqua, & morientur

a ¶ Aquæ viuę. ¶ Sicut in Aegypto areſcentibus fluuijs. b ¶ Aerios.

in ſiti. Induam cœlos tene-

a ¶ Tribus diebus in Aegypto tenebras palpabiles fecit, vt cœlum ſacco opertum videretur.

bris, & ſaccum ponam ope-

a ¶ Pater.

rimentum eorum. Dominus

¶ Homini. a ¶ Scilicet. b ¶ Scientiam & ſapientiam.

dedit mihi linguam eruditã,

a ¶ Humanum genus.

vt ſciam † ſuſtentare eum qui

a ¶ In peccatum: in mortem. ¶ Aliàs, laſſus. b ¶ Prędicationis.

lapſus eſt verbo. Erigit ma-

a ¶ Sicut magiſter. b ¶ A natiuitate. ¶ Vel ab initio prædicationis. c ¶ Mentis

ne, mane erigit mihi aurem,

a ¶ Ego autem à meipſo non loquor.

vt audiam, quaſi † magiſtrum.

a Hæc dicit dominus. *Saluator noſter Ieſus Chriſtus alloquens Iudæos incredulos.*

b Quis eſt hic liber repudij matris ueſtræ, quo dimiſi eam? *q. d. non poteſtis oſtendere, q; ego dimiſerim Synagogam matrem veſtram propter odium, ſicut in lege veteri vir dimittebat vxorem ratione odij, nec etiam propter lucrum meum: ideo ſubditur:*

c Aut quis eſt creditor meus cui uendidi uos? *à me alienando: & ideo conſequenter verum impedimentum concluditur contra incredulos, cum dicitur:*

d Ecce enim in iniqui. *i. pro iniquitatibus veſtris.*

e Venditi eſtis. *in ſeruos & ancillas à Romanis.*

f Et in ſce. *id eſt Synagogam. Sciendum quòd ſcelus, propriè accipiendo, eſt peccatum contra Deum: Iniquitas autem contra proximum, eò quòd ſit contra æquitatem iuſtitiæ. Iudæi autem primò peccauerunt in Chriſtum, vt contra proximum, dicentes: Ecce homo vorax & potator vini, &c. Et iterum quando proditoriè emerunt ipſum vt morti traderent ſecundum humanitatem, quia diuinitas mori non poterat: & propter hoc venditi fuerunt per Romanos in ſeruos & ancillas intantum, quòd non defuerunt aliqui venditores, qui triginta pro vno numiſmate darent, vt dicit Hugo Floriacen. ſicut econuerſò, Chriſtum triginta denarijs emerant. Peccauerunt etiam in Chriſtum tanquam in Deum opera miraculoſa diuinitatis oſtenſiua dæmonibus attribuentes, Luc. 11. b. In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia.* H *Secundò remouetur impedimentum ignorantię, cum dicitur:*

g Quia ue. *in humanitate perfecta ſcientijs & virtutibus.*

h Et non &c. *quia pauci virtutes operum Chriſti imitabantur.*

i Vocaui. *per prædicationem claram & efficacem.*

k Et non erat. *cum effectu, quia comparatiuè multo plures non crediderunt ei. Tertiò remouetur impedimentum impotentiæ, cum dicitur:*

l Nunquid abbre. *q. d. non. & patet litera.*

m Ecce in incre. *Hic conſequenter declaratur propoſitum, & primò ponitur huiuſmodi declaratio, ſecundò ſoluitur quædam obiectio, ibi: Iuxta eſt. Declaratio verò ponitur primò quantum ad excluſionem impotentiæ, cum dicitur: Ecce in increpatione mea. ideſt in verbo meo.* Diuiſio.

n Deſertum faciam mare, ponam flumina in ſiccum. *i. ſiccum potero facere cum voluero, ſicut feci in exitu de Aegypto.*

o Induam cœlos tenebris. *ſic enim fecit tempore ſuæ paſſionis.*

p Et ſaccum ponam operimentum eorum. *ideſt nigredinem. ſecundò declaratur propoſitum quantum ad excluſionem ignorantiæ, cum dicitur:*

q Dominus dedit mihi linguam eruditam. *ideſt loquentem ex interiori cognitione, quia humanitas Chriſti fuit plena omnibus ſcientijs & virtutibus.*

r Vt ſciam ſu. *Sic eſt in Heb. & in libris correctis. i. monere eum ad tolerantiã patiẽtię verbo prędicationis meę: & quia in Chriſto eſt duplex ſcientia, vna diuina & æterna, alia tẽporalis & humana, & vtraq; eſt à patre in filio ſecũdũ duplicẽ naturã. ideo ſubditur:* † doctrinis

s Erige ma. *ita q; primũ mane accipitur pro æternitate, in qua filius hẽt ſciam diuinã à patre. & ſecundũ pro inſtãti incarnationis, in quo habuit ſciam infuſam. tertiò declaratur propoſitũ quantũ ad excluſionem ini-*

¶ micitia

## NICOL. DE LY. CAP. L.

† tempore ſuo loqui verbum ſitibũdo vel laſſo.

HÆc dicit dominus. *Superius denunciata eſt populi Dei liberatio. Hic conſequenter ponitur impedimenti remotio. Et diuiditur in tres partes, ſecundum triplex impedimentũ, ſecunda incipit ſeq. cap. tertia 52. Circa primũ ſciendum, quòd impedimentum ſic excluditur ex parte Dei, q; econuerſo concluditur ex parte populi increduli. Diuiditur ergo in tres partes, quia primò excluditur impedimentum. ſecundò declaratur propoſitum, ibi: Ecce in increpatione. tertiò concluditur incredulorum interitus, ibi: Quis ex vobis. Impedimentum autem poſſet eſſe ex parte Saluatoris tripliciter, vtpotè ſi eſſet nolens, vel neſciens, aut impotens ad ſaluandum. & ideo primò excluditur ab eo defectus voluntatis, cum dicitur:* Diuiſio.

a Hæc

---



a *Quaſi veſti.* Veſtimentum vetuſtate & tinea conſumitur. A Iudæi quoq; quadraginta duobus annis poſt paſſionem ad pœnitentiam vocati ſunt: tandem negligentes cõtriti ſunt aduenientibus Romanis, & malæ cõſcientiæ tinea deuorati.

b *Quis ex vo.* Qui timet nõ eſt perfectus in charitate: ſed hic timor pro bonitate ponitur. vnde: Beatus vir qui omnia metuit. i. qui timoratus eſt in religione Dei. De hoc timore ſcriptum eſt: Timor domini ſuperat omnia. Et: Initium ſapientiæ timor domini. Et alibi: Nõ eſt inopia timentibus eum. Et: Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Hic cuſtodit animas ſanctorum integras & pudicas & puras. vnde: Timete dominum & date gloriam ei.

c *Quis ambu. in te.* Gentilis populus in tenebris infidelitatis, & non eſt lumen ei, Chriſtus, qui dicit: Ego ſum lux mundi. Q. Vos me flagellaſtis & conſpuiſtis: ego tamen ad pœnitentiam voco. Nolo enim mor. pecca. &c.

d *Ecce omnis.* Q. Nihil prodeſt exhortatio, nec eſt ſpes ſalutis poſt ſcelera. Oẽs decli. ſimul inuti. fa. ſunt, &c.

e *Accendentes ignem.* Ciuitatis ignẽ quo à Romanis ſuccenſa eſt accenderunt, quando contra Chriſtum zeli & inuidiæ igni exarſerũt. Hinc diſcimus pro qualitate peccati vnũquemq; ſibi ignem accendere. Et quomodo in eodem loco vel lectulo, alij ſani ſunt, alij febriunt ex diuerſitate humorum diuerſa ſupplicia ſentientes. Sic in peccatoribus diuerſa peccati materia plus vel minus ſuccenditur.

† q habet iudicium me. † dominus

f *In dolo.* quia nec beneficijs nec tormentis Dei filium ſuſcipere voluerunt. vnde: Ite maledicti in ignem B æternum.

## GLOS. ORDIN. CAP. LI.

A *Vdite me qui ſequimini quod &c.*

g *Attendite ad pe.* Chriſtũ. De qua: Petra autẽ erat Chriſtus: vnde exci. eſt, à Chriſto Chriſtiani dicti.

h *Et ad ca. la.* Propter foſſionem lateris

## NIC. DE LYRA.

¶ *micitię ex parte voluntatis. per hoc quod Saluator Ieſus Chriſtus ex maxima charitate ſuſtinuit paſſiones multas pro omnibus, cum dicitur:*

a Dominus Deus. *ſ. pater.*

b Aperuit mihi au. *inſinuando mihi futuram pro populo paſſionem meam.*

c Ego an. non con. *immo dixit: Fiat voluntas tua, Matt. 26. d. loquens de paſſione ſua.*

d Retrorſum non abij. *immo quærentibus ipſum ad mortem iuit obuiam, Ioh. 18.*

e Corpus meum dedi per. *vt patet in Euangelijs.*

f Et genas meas vel. *licèt nõ ſit ſcriptum in Euangelijs, quod euellerent eius barbã: tamen paratus fuit hoc ſuſtinere, ſicut alia maiora: & forſitan ſuſtinuit, quia non omnia ſunt ſcripta.*

g Faciem meam non auerti. *hoc patet ex Euangelijs.*

h Dominus Deus. *ſ. pater.*

i Auxiliator meus. *præbens mihi voluntatem & conſtantiam patiendi.*

k Et ideo non ſum confuſus. *quia per paſſionem ſuam tranſiit ad gloriam ſuę reſurrectionis: corpus etiam eius mortuum fuit honorificè ſepultum.*

l Ideo poſui fa. meam vt pe. duriſſi. *ideſt me expoſui ad ſuſtinendum quæcunque aſpera.*

a ¶ Intelligendi.

Dominus Deus aperuit mihi aurem,

a ¶ Voluntati eius. b ¶ Recedens ab ipſo.

ego autẽ non contradico: retrorſum

a ¶ Vltro. b ¶ Iudæis vel militibus Romanis.

non abij. Corpus meum dedi percu-

a ¶ Qui dabant ei alapas. ¶ Hæc omnia in paſſione impleta ſunt.

tientibus, & genas meas vellentibus.

† Faciem meam non auerti ab † increpantibus & conſpuentibus in me.

¶ Quia. ¶ Pater. ¶ In paſſione.

Dominus Deus auxiliator meus, &

a ¶ Spe reſurrectionis.

ideo non ſum confuſus. Ideo poſui

a ¶ Irridentibus & percutientibus.

faciem meam, vt petrã duriſſimam, & ſcio, quoniam non confundar.

a ¶ Paratus auxiliari. b ¶ Dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. c ¶ Quaſi non ſim iuſtus.

Iuxtà eſt qui iuſtificat me. Quis con-

a ¶ In iudicio. b ¶ Dicens me merito crucifixum.

tradicit mihi? Stemus ſimul. Quis eſt

a ¶ Vt iudicemur ſimul comparatione non autoritate: ſecundum illud: Iuſtificata eſt Sodoma ſoror tua ex te.

† aduerſarius meus? accedat ad me. Ecce dominus Deus auxiliator meus.

¶ Nullus quia.

Quis eſt qui condemnet me? Ecce

a ¶ Aduerſarij. b ¶ Quia nullus poteſt iuſtificari præſente domino. c ¶ A Romanis. ¶ In inferno.

omnes quaſi veſtimentum † conteren-

a ¶ Conſcientia peccatorum vel zelus Gentium. b ¶ Etenim.

tur, & tinea comedet eos. Quis ex

a ¶ Iudæis infidelibus. b ¶ Principium ſapientię timor domini: ſed perfecta c. f. m. t. ¶ Vt filius patrem. c ¶ Corde. d ¶ Pœnitentiam agite &c.

vobis timens † dominum, audiẽs vo-

a ¶ Secundum carnem. ¶ Filij. b ¶ Chriſtus abiectus. vnde: Nec reputauimus eum & non eſt lu. in eius gloria. ſ. in populo ſuo, ſicut ait: Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua.

cem ſerui ſui? Quis ambulauit in te-

a ¶ Ita veniet ei lumen gaudij & lætitiæ. ¶ Chriſtus vel Gentilis populus. ¶ Ammodo.

nebris, & non eſt lumen ei? Speret in

a ¶ Non in idolis. b ¶ Vt humana fragilitas diuina maieſtate ſuſtentetur.

nomine domini, & innitatur ſuper

a ¶ O Iudæi. b ¶ Contra vos.

Deũ ſuum. Ecce omnes vos accendẽ-

a ¶ Inuidiæ vel tribulationis. ¶ Fœno, lignis, ſtipula, ſpinis, tribulis. vnde in Prouerbijs: In multis lignis viget ignis. ¶ Ironicè.

tes ignem accincti flammis. Ambula-

a ¶ In pœnis. Dei potentiam diſcite ad ſalutem. ¶ Infernalis. b ¶ In tribulatione captiuitatis quam meruiſtis.

te in lumine ignis veſtri, & in flam-

a ¶ Peccando. b ¶ Potentia. c ¶ Chriſti.

mis quas ſuccẽdiſtis. † De manu mea

a ¶ Malum, afflictio. b ¶ Vaſtationis, & captiuitatis vel inferni.

factum eſt hoc vobis. In doloribus dormietis.

## CAP. LI.

¶ Quaſi, quia alij nolunt, vos ſaltem apoſtoli: Audi. ¶ Corde alijs dormientibus in dolore. ¶ Per fidem. ¶ Imitamini. a ¶ Chriſtum.

AVdite me q ſequimini qđ † iu-

a ¶ Apoſtolos & apoſtolicos viros ſignificat. b ¶ Non terrena.

ſtũ eſt, & quęritis dominũ. Attendite

a ¶ Abraham fide firmum. b ¶ Nati.

ad petrã vnde excisi eſtis, & ad cauer-

a ¶ Saram. b ¶ Lege generandi.

nam laci de qua præciſi eſtis. Attẽdi-

m Iuxta eſt qui iuſtificat me. *Hic ſoluitur quædam obiectio. Iudæi. n. dixerunt Chriſto, Iohan. 8. b. Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum. Et Saluator reſpondit: Teſtimoniũ perhibet de me qui mecum eſt pater. Et iſta reſponſio præuiſa in ſpiritusſancto ponitur hic, cum dicitur: Iuxta eſt qui iuſtificat me. ſ. pater, qui dicitur eſſe iuxta filium, faciendo opera diuina per ipſum. propter quod ibidem dicitur Saluator, Io. 10. e. Opera quę ego facio in nomine patris mei, illa teſtimonium perhibent de me.* C

n Quis contradicit mihi. *ſecundum veritatem. q. d. nullus veſtrum. Chriſtus. n. frequenter legitur impoſuiſſe Iudęis ſilentium, propter veritatis euidentiam.*

o Ecce Deus auxi. meus. *in mea paſſione modo prædicto.*

† ignominijs

p Quis eſt qui condemnet me. *ſ. iuſtè. q. d. nullus. Fuit. n. iniuſtè condemnatus ad mortem, primò per Sacerdotes, poſtea per Pilatum: ſed ex hoc deportauerunt exterminium, intantum q; Pilatus per Tiberium imperatorem fuit miſſus in exilium, & ibi ignominioſè mortuus: & Sacerdotes per Titum fuerunt interfecti in deſtructione templi. Dixit. n. iuſtum eſſe ſacerdotes cũ templo perire, ideo ſubditur:*

q Ecce omnes qua. veſti. conterentur. *quantum ad mortuos in exilio.*

r Tinea comedet eos. *quantum ad interfectos gladio, ſicut tinea conſumit veſtimentum quadam violentia.*

s Quis ex vobis ti. domi. *Hic conſequenter concludit incredulorum interitum. Et primò arguit eorum culpam, dicens: Quis ex vo. ti. do. aud. vo. ſer. ſui. i. Chriſti, ratione formæ ſerui aſſumptę.*

t Quis ambu. in tene. *ſ. ignorantiæ.*

u Et non eſt lumen ei. *ſi credidit verbis Chriſti. q. d. nullus, ideo ſubditur:* † veteraſcent

x Speret in nomine domini. *ſ. quilibet fidelis. Secũdò ſubiungit pœnam, cũ dicitur:*

y Ecce vos omnes accendentes ignem. *i. ex incredulitate veſtra meremini quòd ſuccendamini cum ciuitate & regione veſtra, & ſic fuit factum per exercitum Romanorum. Et quia factum eſt hoc ſecundũ ordinem diuinæ iuſtitię ſubditur:* D

z De manu mea factum eſt hoc vobis, in doloribus dormietis. *i. moriemini. Nũquam. n. populus Iudaicus tot & tantos dolores ſuſtinuit, ſicut in obſidione & deſtructione Ieruſalem per Titum, vt patet per Ioſephum libro de Iudaico bello, & alios Hiſtoriographos illis temporibus vicinos.*

## NICOL. DE LY. CAP. LI.

AVdite me qui ſequimini. *Hic remouetur ſecundum impedimentum ex dilectione promiſſi. Ex hoc enim, quod liberatio per Chriſtum ſienda tantum differebatur, eſtimabant aliqui Iudęi, quòd illa liberatio nulla foret: ideo hoc remouetur in hoc capitulo. Et primò confertur ſpes aſſequendi promiſſum. Secundò, aufertur timor circa malum pœnæ huic liberationi annexum, ibi:* Diuiſio. † vobis

a Audite me qui. *Primum facit dupliciter, ſcilicet exemplo & verbo. Secundum ibi: Attendite ad me. Circa primum ſciendum, quod Abrahæ facta fuit promiſſio de obtentu terræ Chanaan, Gen. 15. & tamen iſta promiſſio non fuit impleta tunc, ſed poſt quadringentos annos, vt habetur ibid. tamen finaliter fuit impleta propter fidem Abrahæ & Saræ, quę eiuſdem fidei fuit. Et ex hoc concluditur, q; dilatio aduentus Chriſti non debuit Iudæis differentiam inducere. Primò igitur circa hoc ponitur exemplum, cum dicitur:* † iudicium

b Attendi. ad pe. *ideſt ad Abraham & Saram, vt exponitur poſtea, cum dicitur:*

c Atten. ad Abra. patrem. *Et vocatur Abraham petra propter fidei firmitatem.*

m Iuxta



¶ a Quia

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E teris Chriſti. De qua præciſi eſtis, quando exiuit ſanguis redemptionis & aqua baptiſmatis. Vel, ſepulchrum domini, de quo reſurgẽs innumerabiles filios genuit. Vel, eccleſia quę diu ſterilis, de qua quotidie excidimur. i. naſcimur per lauacrum baptiſmi.

a *Gaudium & læti.* Nota in Sion quæ comparatur paradiſo Dei, tantum debet eſſe gaudium & lętitia & cõfeſſio & vox laudis, vt quod in cœlo facturi ſunt cum angelis, in terra iugiter meditentur.

b *Iuſtus.* Omnes iuſtificans, vel iuſtitia eleganter: non vt vna Gens, ſed totus mundus ſaluetur.

1.Cor.15.g c *Cœli ſicut fumus.* De ſanctis ſcriptũ eſt: Omnes quidem dormiemus, ſed non oẽs immutabimur. Quanto magis ergo de cœlo, ſole, & ſtellis credendum eſt? quando luna ſolis lumen accipiet, & ſol ſeptuplo

Rom.8.d fulgore rutilabit. vnde: Omnis creatura ingemiſcit, & parturit expectans liberationẽ filiorum Dei, vt ſcilicet mutentur in melius: non ſolum animæ quę immortales erunt, ſed & corpora quorum ſubſtantia clarificabitur. Quidam tamen perire & inueteraſcere pro abolitione & morte accipiunt.

d *Conſurge.* Vox prophetæ & fidelis populi aduentum Chriſti deprecãtis, in quo promiſſum erat auxiliũ.

a *Quis*

## NIC. DE LY.

a Quia vnum. *i. ſolum ſine prole.*

b Et bene. ei. *conferendo ei bona temporalia & ſpiritualia.*

F c Et multiplicaui eum. *in multitudinem populorum per Iſaac, Iſmaelem & alios filios eius. Conſequenter concluditur intentum. ſ. de cõſolatione populi per Chriſtum, cum dicitur:*

d Conſolabitur ergo. *i. eccleſiam, quæ vocatur Sion, eò* ꝙ *ibi incepit, vt dictũ eſt ſup. 2. cap. & in pluribus alijs locis.*

e Et conſo. om. *ex diuerſis erroribus ortas in populo Iudæorum ex mala doctrina doctorum, quos remouit Chriſtus per ſuam doctrinam. propter quod dicit Saluator de eis, Matt. 15. b. Cæci ſunt & duces cæcorum.*

f Et ponet deſertum eius quaſi delicias, *quia Iudæa bonis ſpiritualibus erat deſerta, ſed per Chriſtum fuit adimpleta, potiſſimè per infuſionem ſpiritusſancti ſuper credentes in ſigno viſibili, Act. 2. & in pluribus alijs locis.*

g Gaudium & lætitia. *quia ſpiritusſancto repleti loquebantur magnalia Dei, lętantur, manifeſtè & conſtanter.*

†iuſtitiam h Attendite. *Hic cõſequenter remouetur dictum impedimentum verbo, & primò remouetur impedimentum, ſecundò confirmatur dictum, ibi: Leuate. Remouetur autem impedimentum in hoc quod aſſeritur aduentus Chriſti de propinquo, & primò excitatur attentio, cum dicitur: Attendite. quia nunciantur hic magna & ardua, ſ. lex Euangelica, cum ſubditur:*

Diuiſa.

i Quia lex à me exiet. *Et quod de lege Chriſti intelligatur, oſtenditur cum dicitur:*

k Et iudicium meum. *ſ. ſecundum legem meam.*

l In lucem popu. *quod non poteſt intelligi de lege Moſaica, quæ fuit data vni populo tantum, ſed lex Chriſti diffuſa eſt per orbem vniuerſum. Ra. Salo. etiam dicit hic* ꝙ *iſtud erit quando dictum Sopphoniæ implebitur. 3. cap. vbi dicit dominus: Tunc reddam populis meis labium electũ, vt inuocent*

---

a ¶Chriſtum patrem multarum Gentium.

te ad Abrahàm patrem veſtrum, &

a ¶Eccleſiam quę prius ſterilis.

ad Saram quæ peperit vos. Quia

a ¶Solum: Exi de terra tua & de cog. tua. b ¶In operibus ſuis.

vnum vocaui eum, & benedixi ei, &

a ¶In ſubſtantia & filijs. b ¶Quaſi: Qui olim Abraham multiplicaui & conſolatus ſum: eccleſiam quoque & multiplicare & conſolari poſſum.

multiplicaui eum. Conſolabitur er-

a ¶Eccleſiam. b ¶In apoſtolis.

go dominus Sion, & conſolabitur

a ¶Supplebit ruinas Iudæorum multitudine Gentium. b ¶Quaſi: Quæ prius erat à Deo deſerta, ipſo inhabitante erit delicioſa, virtutis afferens flores, & poma perfectionis.

omnes ruinas eius. Et ponet deſer-

tum eius quaſi delicias, & ſolitudi-

nem eius quaſi hortum domini. Gau

dium & lætitia inuenietur in ea, gra-

a ¶Pro beneficijs Dei. b ¶Dei. c ¶Ergo diligenter.

tiarum actio & vox laudis. Attendi-

a ¶Apoſtoli. ¶Gentes vel reliquiæ Iſrael. vnde: Lætamini Gentes cum ple. eius &c. b ¶Fideles.

te ad me populę meus, & † tribus

a ¶Euangelij.

mea me audite: Quia lex à me exiet,

a ¶Decretum. ſ. vt Iudæis credere nolentibus, Gentes ad fidem vocentur. b ¶Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.

& iudicium meum in lucem popu-

a ¶Supradicta filius: Hæc autem pater de filio dicit. ¶Cito naſcetur filius de Virgine, vt impleantur quæ promitto.

lorum requieſcet. Propè eſt iuſtus

a ¶Genitus a patre ſine tempore. b ¶Qui ſaluum faciet po. ſu. a pec. eorum.

meus, egreſſus eſt ſaluator meus:

a ¶Virtus. ¶Apoſtoli iudicantes duodecim tri. Iſrael.

& brachia mea populos iudica-

a ¶In nouiſſimo die. b ¶Gentes, vel eccleſia, vel ſanctorum animæ. c ¶Et ipſe erit expectatio Gentium.

bunt. Me inſulæ expectabunt, &

a ¶Filium per quem omnia feci. b ¶Patienter expectabunt.

brachium meum † ſuſtinebunt. Le-

a ¶O Gentes vel eccleſiæ. b ¶Mentis.

uate in cęlum oculos veſtros, & vi-

a ¶Aerei.

dete ſub terra deorſum, quia cœ-

a ¶Secundum figuram non ſecundum eſſentiam. b ¶Cœlum & terra tranſibunt.

li ſicut fumus liqueſcent, & terra ſi-

a ¶Qui viui inuenientur.

cut veſtimentum atteretur, & habi-

a ¶Ex hoc habemus quod cætera non in nihilum redigentur, ſed in melius mutabuntur. ¶Secundum figuram & vetuſtatem.

tatores eius ſicut hæc interibunt. Sa-

a ¶Filius, de quo: Viderunt ocu. mei ſalu. tu. Et alibi: Salutare tuum expectabo domine. b ¶Ideo.

lus autẽ mea in ſempiternum erit, et

a ¶Idem. b ¶Quia lex a me egredietur &c. ¶Intelligite.

iuſtitia mea non deficiet. Audite

a ¶Chriſtum vel iudicium, quo diſcretè omnia faciatis. b ¶Fideles.

me qui ſcitis † iuſtum: populus meus

a ¶Euangelium. ¶Lex Dei eius in corde ipſius &c. b ¶Non in ore tantum. c ¶Apoſtoli. ¶Nolite timere eos, qui corpus occidunt. Contra perſecutores, quos futuros fore præſciebat exhortatur eos.

lex mea in corde eorum. Nolite ti-

mere opprobrium hominũ, & blaſ-

phemiam eorum ne metuatis. Sicut

a ¶Quaſi: Cito tranſibunt & opprobrium eorum: Sicut veſtimentum vetuſtate & tinea corruptum.

enim veſtimentum, ſic comedet eos

a ¶Conſcientiæ qui non moritur.

vermis: & ſicut lanam, ſic deuorabit

a ¶Iniquæ mentis. b ¶Chriſtus.

eos tinea. Salus autem mea in ſempi-

ternum erit, & iuſtitia mea in gene-

a ¶Prioris populi & poſterioris, qui aduentum illius receperunt, de quo ſupra: Prope eſt iuſtus meus. b ¶In æternum. c ¶De ſolio paternæ gloriæ.

rationes generationum. Conſur-

---

*cent omnes nomen domini, & ſeruient ei humero vno. quod ſecundum omnes expoſitores catholicos & Heb. refertur ad tẽpus Chriſti. Ex hoc patet, quòd aliqui expoſitores catholici in vno magis Iudaizãt hic quantum ad hoc, quàm Hebræi exponentes, quod dicitur hic: Quia lex à me exiet &c. dicendo* ꝙ *intelligitur de edicto Cyri per totum imperium ſuum publicato,* ꝙ *Iudæi redirent liberè in terram ſuã. Conſequenter exprimitur legiſlator, cum ſubditur:* G

m Propè eſt. *i. Chriſtus, qui dicitur iuſtus abſolutè & antonomaſicè, eò quòd non ſolum eſt iuſtus formaliter, vt alij: ſed etiam effectiuè, alios iuſtificando.*

n Et brachia mea populus. *i. apoſtoli, qui dicuntur brachia corporis eccleſię, ſicut & Chriſtus caput. quibus dicitur Matt. 19. d. Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus, &c.*

o Me inſulæ. *i. Gentiles, vt dicunt Hebręi.*

p Expectabunt. *ſicut dicitur Gene. 49. b. Et ipſe erit expectatio Gentium.*

q Et brachium meum. *i. Chriſtum, qui brachium domini dicitur, inf. 53. cap. vt videbitur.*

r Suſtinebunt. *legem eius recipiendo.*

s Leuate in cęlum. *Hic conſequenter ponitur confirmatio dicti per ſtabilitatem ipſius Chriſti, cum dicitur: Leuate in cœlum. ideſt conſiderate inſtabilitatem ſuperiorum & inferiorum corporum.*

t Quia cœli ſicut fumus liqueſcent. *Aduentum. n. Chriſti ad iudiciũ præcedet ignis conflagrationis, purgans cœlum aereum, & terram. Vel, ſi intelligatur de cœlo ſydereo. per hanc liquefactionem intelligitur ceſſatio à motu, qui ceſſabit ĩ finali iudicio.*

u Et habitatores eius ſicut hæc interibunt. *quia in igne conflagrationis morientur omnes qui tunc viui reperientur.* H

x Salus autem mea in ſempiternum erit. *ideſt Chriſtus, qui dicitur ſalus à Deo data.*

y Et iuſtitia mea. *i. Chriſtus ſimiliter, qui propter excellentiam iuſtitiæ non ſolum dicitur iuſtus in concreto, ſed etiam iuſtitia in abſtracto.*

z Audite me. *Hic conſequenter tollitur timor mali annexi. Receptioni enim fidei Chriſti annexa erat perpeſſio mali pœnæ: propter quod Saluator dicebat apoſtolis, & per conſequens fidelibus alijs, Iohan. 16. a. Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo. Et hoc patuit in perſecutionibus eccleſiæ præteritis, & in perſecutione Antichriſti magis apparebit. Primò ergo tollitur timor perſequentium generaliter, ſecundò Antichriſti ſpecialiter, ibi: Quis tu vt timeas, &c. Primus autem timor tollitur per hoc* ꝙ *illæ perſecutiones oſtenduntur paruæ & breues, &c. & conſolatio futura eſt ꝑpetua, ideo dicitur: Audite me qui ſci. iuſtũ i. Chriſtum per fidem cognoſcitis.*

a Lex mea. *ſ. Euangelica, vt declaratum eſt ſupra.*

b In corde eorum. *radicata & firmata.*

c Nolite timere &c. *propter Chriſtum, ſed magis gaudete, quod fuit impletũ Act. 5. g. Ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. & idem apparuit & apparet in multis ſanctis.*

d Sicut enim veſti. *i. citò morientur perſecutores, & rodent eos vermes.*

e Salus autem mea. *i. Chriſtus.*

f In ſempi. erit. *ſaluans fideles ſuos ſalute æterna: & ideo aduentum eius deſiderans Iſaias propheta orando exclamat dicens:*

g Conſur. con. *& duplicatur propter duplicem Chriſti aduentum, primum & ſecundum.*

a Indue-

---



A a *Quis tu, vt timeas ab homine mortali, & à filio.* Increpat fideles, vt non timeant minas vel tormenta principum: quia omnis caro fœnum. Eos etiam increpat qui in paſſione fugerunt, & perterriti negauerunt, vt erubeſcant & pœnitentiam agant.

b *Eleuare eleuare.* Eos hortatur ad pœnitentiam, qui in paſſione negauerunt, vel in infidelitate perſtiterunt clamantes: Crucifige crucifige, &c. Moraliter poſſumus hæc iuxta anagogen ſuper anima intelligere peccatrice, quæ nolens bibere calicem furoris domini dicit: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua &c. Si autem biberit, bonum eſt ei ſua ſentire ſupplicia, & dominum audire dicentem: Cum ira furoris mei tranſierit, rurſum curabo. & alibi: Nunquid qui cadit, non reſurget dicit dominus?

a *Calicem*

## NIC. DE LY.

a Induere fortitudinem brachiũ domi. Conſurge. *ad ſaluandum populum tuum: & ad hoc adducit exemplum præteritorum temporum, dicens:*

b Nunquid non tu percuſſiſti ſuper. *ideſt Pharaonem, qui ſuperbiuit contra dominum, dicens: Neſcio dominum, & Iſrael non dimittam, Exod. 5. Dicitur etiam draco propter malitiam qua filios Iſrael opprimebat iniuſtè, Exo. 1. propter quod dicitur de Pharaone, Ezech. 29. a. Draco magne, qui cubas in me-* B *dio fluminum.*

c Nunquid non tu ſic. mare. *vt habetur Exo. 24.*

d Et nunc. *ideſt tempore gratiæ.*

e Qui re. ſunt à do. *Ieſu Chriſto.*

f Reuerte. *ad vnitatem fidei eccleſiaſticæ.*

g Et ve. in Sion. *ideſt ad ſanctam eccleſiam, quæ vocatur Sion, vt prædictum eſt. Poteſt etiam per Sion intelligi eccleſia triumphans, quæ vocatur Sion in pluribus locis ſcripturę. vnde ad Heb. 12. e. Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei viuentis Ieruſalem cæleſtẽ, & multorum milium angelorum frequentiam: ad quam perueniunt fideles Chriſti poſt hanc vitam. Et huic ſenſui concordat litera ſequens.*

h Et lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. Gaudium & lætitiam tenebũt, fugiet do. *quod non poteſt haberi in præſenti vita: ideo ſubditur:*

i Ego ego ipſe. *& non alius.*

k Conſo. v. *conſolatione æterna, quæ à ſolo Deo poteſt dari.*

l Quis tu. *Hic conſequenter amouetur timor Antichriſti: & hoc duplici ratione. Secunda ponitur ibi: Ego autem. Prima autem ratio accipitur ex breuitate temporis, quia licèt perſecutio Antichriſti futura ſit valde grauis: tamen erit breuis tempore, propter quod minus timenda. vnde dicitur Matt. 24. b. Niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, &c. dicit ergo: Quis tu, vt ti. & alloquitur quemlibet futurum fidelẽ tempore Antichriſti, qui cum ſit regeneratus in Chriſto, non debet timere perſecutionẽ Antichriſti timore deijciente à bono.*

m Ab ho. m. *Antichriſtus enim erit homo purus, & citò morietur poſt aſſecutionem dominij, ideo ſubditur:*

n Qui qua. fœ. *Fœnum enim exiſtens in virore, ſi ſuperueniat æſtus immoderatus*

---

a ¶Redimendo genus humanum. b ¶Diuinitatis contra principem mundi.

ge conſurge, induere fortitudinem bra-

a ¶O fili. ¶Genus humanum redimendo. b ¶Ab Aegyptijs liberando.

chium domini. Conſurge ſicut in die-

a ¶Et ſicut. ¶Sicut patribus noſtris oſtendiſti potentiam tuam.

bus antiquis, † in generationibus ſecu-

a ¶O fili. b ¶Cum patre. c ¶Diabolum.

lorum. Nunquid non tu percuſſiſti † ſu-

a ¶Pharaonem vel diabolum.

perbum, vulneraſti dracone? Nunquid

a ¶O fili. Quaſi: Qui hæc feciſti, hoc quoque facturus es. b ¶Rubrum. ¶Huius ſeculi. c ¶Doctrinam philoſophicam. d ¶Secularis profunditatis.

non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi ve-

a ¶De quo: Veni in profundum maris, & tempeſtas demerſit me. b ¶Huius ſeculi.

hemẽtis? Qui poſuiſti profundum ma-

a ¶Ab Aegyptijs.

ris viam, vt tranſirent liberati. † Et nunc

a ¶Sanguine filij. b ¶Ad viam iuſtitiæ.

qui redempti ſunt à domino reuerten-

a ¶Præſentem eccleſiam & in beatitudinem æternam. b ¶Beati qui habitant in domo tua domine.

tur, & venient in Sion laudantes, & lęti

a ¶Quæ non deficiet. b ¶Montes.

tia ſempiterna ſuper capitã eorũ. Gau-

a ¶In cœlo.

dium & lætitiam tenebunt: fugiet do-

a ¶Filius. Quaſi: Inuocaſti me, & Ego conſo. vos &c. b ¶Quia alius non poteſt. c ¶Non per prophetas ſed per memetipſum. d ¶Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorũ. ¶Ipſe Deus miſericordiarum & conſolationis.

lor & gemitus. Ego ego ipſe conſola-

a ¶Quaſi: Dixi: Nolite timere opprobria hominum & blaſphemias, quomodo ergo timetis quæ tam cito areſcunt ad inſtar fœni?

bor vos. Quis tu, vt timeas ab homi-

ne mortali, & à filio hominis: qui qua-

a ¶Hominem vrens.

ſi fœnum ita areſcet, & oblitus es domi

a ¶Aliàs factoris. b ¶Incredibili virtute ſuſpendit.

ni creatoris tui? Qui tetendit cœlos &

a ¶Stabili mole.

fundauit terrã, & formidaſti iugiter to-

a ¶Paſſionis. ¶Non ad horam quia veniale. b ¶In corpore.

ta die à facie furoris eius, qui te tribula-

a ¶In anima. b ¶Quaſi non eſtimandum quod citò tranſit.

bat, & parauerat ad perdendum. Vbi

a ¶Filius.

eſt nunc furor tribulantis? † Citò ve-

a ¶Secundum humanitatem. b ¶Cor ſuperborum, vel infernum.

niet gradiens ad aperiendum, & nõ in-

a ¶Peccatores ſed vocabit ad pœnitentiam.

terficiet vſque ad internecionem, nec

a ¶Ego ſum panis viuus. ¶Corpus & ſanguis eius, doctrina Euangelij. b ¶Pater ad filium.

deficiet panis eius. Ego autem ſum do-

a ¶Secundum carnem. b ¶Permitto turbari. c ¶Mundus.

minus Deus tuus, qui conturbo mare,

a ¶Contra electos & contra ipſum filium. vnde: Et mouebatur aqua. Et mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus.

& intumeſcunt fluctus eius: dominus

a ¶O fili.

exercituum nomen meum. Poſui

a ¶Quidquid filius loquitur, verba patris ſunt. ¶Sapientiam & ſcientiam.

verba mea in ore tuo, & in vmbra ma-

a ¶Protectione diuinitatis. ¶A peccato, ne viieſceret humanitas vnita verbo. b ¶In fide. c ¶Nouos, apoſtolos ſcilicet & alios.

nus meæ protexi te, vt plantes cœlos,

a ¶Nouam. b ¶Eccleſiam.

& fundes terram, & dicas ad Sion: po-

a ¶Sion ergo non eſt alia niſi populus Dei. b ¶A vitijs.

pulus meus es tu. Eleuare, eleuare,

a ¶A ſomno peccati ad pœnitentiam. b ¶Poteſtate.

conſurge Ieruſalem: quæ bibiſti de ma-

---

*tus facit ipſum areſcere. ſic Antichriſtus exiſtens in ſua poteſtate interficietur à Deo repente.* C

o Et oblitus es domini creatoris tui? *hoc dicitur pro illis qui cadent à fide vel conſtantia morum timore Antichriſti: ideo ſubditur:*

p Et formidaſti iugiter tota die. *i. nimis diu & irrationabiliter.*

q A facie furoris eius, qui te tribulabat. *Tunc enim erit tribulatio magna, qualis nõ fuit à principio mũdi, Matt. 24.* † Rahab i. Aegyptũ.

r Et parauerat ad perdendum. *Diſponet enim Antichriſtus totaliter exterminare populum Chriſtianum.*

s Citò ve. *i. velociter attinget gradum ſuæ poteſtatis.*

t Gradiens ad aperien. *ſuum peſſimum intentum contra Chriſtum. In Heb. habetur ad laxandum: quod exponit Rab. Sa. de laxatione ſeu defectu virtutis, licèt ad alium intellectum. Per hoc igitur ſecundum intellectum noſtrum deſignatur,* ꝙ *ſicut poteſtas Antichriſti citò aſcendet, ita citò deficiet, ideo ſubditur:* †Sup.35.b

u Et non interficiet vſq; ad interne. *ſ. Chriſtianos, morte repentina præuentus. In Heb. habetur: Et non morietur interfectione i. humano gladio.*

x Nec deficiet panis eius. *i. non morietur fame, ſicut nec gladio, ſed domini noſtri Ieſu Chriſti verbo, ſecundum quod dicitur 2. Theſſ. 2. h. Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, &c.*

y Ego autem ſum. *Hic ponitur ſecunda ratio ad tollendum timorem Antichriſti: & accipitur ex conſolatione fidelium illam perſecutionem ſequente, propter qđ eſt minus timenda. Et quia oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, ideo primò ponitur magnitudo tribulationis præcedentis. Secundò ſubditur magnitudo conſolationis ſequentis, ibi: Idcirco audi. Circa primum Deus pater alloquitur filium, qui deijciet Antichriſtum, & conſolabitur populum ſuum, cum ſubditur: Ego autem ſum dominus Deus tuus. ratione humanitatis tuæ à me creatæ.* D

z Qui conturbo mare, & intumeſcũt fluctus eius, &c. *i. facio tribulationes in mundo venire ſecundum ordinem ſapientiæ meę & iuſtitiæ.*

a Poſui verba mea in ore tuo. *Ad nunciandum Euangelium. propter quod dicit Chriſtus, Ioh. 7. b. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me.* †Accelerauit incarceratus, vt ſolueretur & non eſt mortuus ĩ fouea, nec paſſus eſt defectũ in cibo ſuo.

b Et in vmbra manus meæ protexi te. *à Iudæis volentibus te occidere: quod tamen non permiſi fieri ante completionem doctrinæ tuę, ideo ſubditur:*

c Vt plantes cœlos. *i. homines contemplatiuos.*

d Et fundes terram. *i. actiuos. vtrãque enim vitam prædicauit Chriſtus. ſ. contemplatiuam & actiuam.*

e Et dicas ad Sion. *ideſt ad eccleſiam.*

f Populus meus es tu, *per ſuſceptionem baptiſmi. Ex hoc patet, quòd iſta verba non ſunt ipſius Dei ad Iſaiam, vt aliqui exponunt, quia populus Sion nõ fuit ſub dominio Iſaiæ. Et quid dicat Chriſtus eccleſię in Antichriſti perſecutione ſubditur:*

g Eleuare. *à perſecutione temporali ad pacem quantum ad omnes. quia illa erit vltima perſecutio eccleſiæ.*

h Eleuare. *de culpa ad gratiam, quantum ad pænitentes, qui timore Antichriſti ceciderant.*

i Conſurge. *ad accipiendum præmium à Chriſto veniente ad iudicium.*

k Ieruſalem. *i. eccleſia, rationibus dictis ſuprà.*

l Quæ bibiſti &c. *ideſt ex eius permiſſione & ordinatione.*



a Calicem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a ¶Vaſtationem per Romanos.
nu domini calicem iræ eius. Vſq;
¶Mortis.
ad fundum calicis ſoporis bibi-
a ¶Quaſi: Hanc captiuitatem ſuſtinebit vſque ad finem ſeculi. b ¶Sicut Moyſes, ſicut Daniel, & alij prophetæ, qui ſæpe Iudæos ſuſtentauerunt: modo autem neque prophetam, neque Sacerdotem, neque conſolatorem habuerunt.
ſti, & potaſti vſque ad feces. Non
eſt qui ſuſtentet eam ex omnibus
filijs quos genuit: & non eſt qui
a ¶Tanquam dux & doctor bene operandi.
b ¶Nam & apoſtoli tranſierunt ad Gentes.
apprehendat manú eius ex omni-
bus filijs quos enutriuit. Duo ſunt
a O Ieruſalem. b ¶Sicut Ieremias, Daniel, & ipſe Ieſus, qui videns ciuitatem fleuit ſuper eam.
quæ occurrerunt tibi: † quis con-
a ¶Duobus quatuor reddidit, ſed vaſtitatem ſequitur contritio, famem gladius.
triſtabitur ſuper te? Vaſtitas &
a ¶Ideſt mors.
contritio, & fames, & gladius.
a ¶Quaſi: Aut nullus aut rarus. b ¶A terra ſua.
Quis conſolabitur te? Filij tui proie
a ¶Mortui inſepulti.
cti ſunt, dormierunt in capite
a ¶Animal immundum, nec ſacrificio aptum.
¶Oryx. LXX. Beta ſemicocta.
omnium viarum: ſicut † oryx il-
a ¶Irretiti funibus peccati.
laqueatus: pleni indignatione do-
a ¶Quia non habes conſolatorem.
mini, increpatione Dei tui. Indci r-
a ¶Non habens ſpirituales diuitias.
b ¶Inebriauit me abſinthio.
co audi* hec † paupercula, & ebria
non à vino. Hæc dicit dominator
a ¶Scilicet contra Aegyptios & alios multos.
tuus dominus, & Deus tuus † qui
pugnauit pro populo ſuo. Ecce
a ¶Tollam, ſcilicet ſi pœnitueris.
b ¶Captiuitatem mortis.
tuli de manu tua calicem ſoporis,
fundum calicis indignationis meę.
a ¶Si pœnitentiam egeris.
Non adijcies, vt bibas illum vl-
a Reddam eis retributionem ſuam.
trà. Et ponam illum in manu
a ¶Perſecutorum dæmonum.
eorum, qui te † humiliauerunt, &
a ¶Suggerendo. b ¶A naturali dignitate.
¶Niſi teipſum ſubdideris, dæmones non nocebunt tibi.
dixerunt animę tuæ: Incuruare vt
a ¶Super te.
tranſeamus, & poſuiſti vt terram
a ¶Eis calcandum. b ¶Quæ omnibus patet. ¶Dæmonibus.
corpus tuum, & quaſi viam tran-
ſeuntibus.

## CAP. LII.

¶Ad virtutes. a ¶Quia debilitate cecidiſti.
Conſurge, conſurge,

a *Calicem iræ.* Solent medici amariſſimum antidotum, quod ex guſtu nomen accepit, dare ſtomacho nauſeanti, vt noxios humores euomant, & poſſit coctos cibos atque digeſtos in aluum tranſmittere, quos fleumatum magnitudo digeri non ſinebat. Igitur & Ieruſalem, quæ bibit de calice furoris domini, iubetur de ebrietate conſurgere: quia totum epotauit. Si enim adhuc biberet, non conſurgeret. vnde patet ꝙ de vltima captiuitate hoc dicitur:

b *Ecce.* Prædixit captiuitatem futuram, nunc hortatur ad pœnitentiā, vt euadant.

c *Tonam.* ſecundum literam humiliauerunt eos Chaldæi, & ipſi humiliati à Medis & Perſis: & humiliauerunt eos Romani, & ipſi in multis humiliati: humiliauerunt eos dæmones ſuadendo vt crucifigerent Chriſtum, & ipſi in hoc humiliati ſunt, quia ſic poteſtatem ſuam amiſerūt, & in iudicio omnino humiliabuntur. Moraliter autem anima dū peccat, diabolo ſubditur captiua, dum pœnitentiam agit eleuatur & conſurgit, & diabolus humiliatus ruit. *Moraliter.*

## GLOS. ORDIN. CAP. LII.

*Conſurge, conſur.* Eos hortatur propheta, qui poſt aſcenſionem prędicantibus apoſtolis crediderunt. *Allegori.* Eadem & de eccleſia poſſumus dicere (quæ viſio pacis & ſpecula) ſi in hæreſim corruerit, iubetur exire, & priſtinæ fidei ornamenta ſuſcipere. Et ſi fuerit ſuſcitata, ſanctitatis eius & continentiæ præmia promittuntur, vt per eam non tranſeat incircunciſus & immundus, quod ad immunditiæ opera referri poteſt. Incircuncisi enim & immundi ſunt qui corporis voluptati & libidini ſeruiunt. *Anagogicè.* † nunc afflicta

a *Induere*

## NIC. DE LY.

¶ a Calicem iræ eius. *in perſecutione Antichriſti.*

b Vſque ad fundum. *per hoc deſignatur magnitudo tribulationis futuræ Antichriſti tempore. Sciendum tamen, quod li, vſq; ad, hic accipitur excluſiuè, quia fundus calicis eſt Antichriſto & eius ſatellitibus reſeruatus, vt videbitur poſteà.* † tribulauerunt

c Non eſt qui. *quia nullus de principibus Chriſtianis audebit ſe opponere, vel reſiſtere poterit Antichriſto. Et ad idem facit quod ſubditur:*

d Et non eſt qui apprehendat manum eius. *ad educendum eam de tribulatione: licèt enim Enoch & Elias tunc ſe opponent Antichriſto, tamen interficientur ab eo.*

e Duo ſunt. *ſ. mala pœnæ.*

f Quæ occurrent tibi. *quæ poſtea ſubduntur, ſed interponitur.*

g Quis contriſtabitur. *q.d. nulli aut pauci. & iſtud refertur ad illud quod prædictum eſt: Non eſt qui ſuſtentet eā. Quæ autem ſint duo mala pœnæ prędicta, ſubditur:*

h Vaſtitas & contritio. *& exponendo ſubditur:*

i Et fames. *&, pro ideſt, fames, pro qua poſita eſt vaſtitas.*

x Et gladius. *pro quo poſita eſt contritio, ita ꝙ licèt ponantur ibi quatuor ſecundum nomen, ſunt tamen duo tantum ſecundum rem.*

l Quis conſolabitur te? *q.d. nulli aut pauci. Cuius cauſa ſubditur:*

m Filij tui. *qui te poſſent conſolari.*

n Proiecti ſunt. *i. mortui: ideo ſubditur:*

o Dormierunt. *ſomno mortis.*

p In ca. om. *carentes ſepultura.*

q Sicut oryx. *animal eſt immundum, vt habetur Deuter. 14. a. & declinatur oryx orygis.*

r Pleni indi. *hoc dicit ſecundum æſtimationem hominum, quia tribulatio Antichriſti principaliter ordinabitur ad purgationē & meritū electorū, quāuis tunc eſtiment hoīes mundani Deum contra eos eſſe offenſum.*

s Idcirco. *Hic conſequenter ponitur ſequens cōſolatio, cum dicitur: Idcirco audi. Ideſt eccleſia tunc depauperanda per Antichriſtum, eius diuitias accepturum,*

t Et ebria. *ideſt plena.*

u Non à vi. *ſed à tribulationis tormento. hoc dicitur proſequendo parabolam de potatione calicis prædicta.*

x Hæc dicit do. tuus. *ad te conſolandum.*

y Qui pugnauit pro populo ſuo. *In crucis ligno, in humanitate aſſumpta.*

z Ecce tuli de manu tua calicem. *i. pœnā tribulationis.*

a Fundum cali. indi. meæ. *de manu tua abſtuli.*

b Non adijcies, &c. *quia tribulatio eccleſiæ tempore Antichriſti erit vltima.*

c Et ponam il. *ſ. fundum calicis reſeruatū.*

d In ma. eo. qui te hu. *ſ. Antichriſti & ſatellitum eius.*

e Et dixerunt ani. tuæ. *i. tibi.*

f Incurua, vt tranſea. *ſuper te ſicut ſuper terram. Intentio enim Antichriſti erit totaliter conculcare eccleſiam.*

g Et po. vt ter. cor. tuum. *quia corpora fidelium occiſorum tunc remanebunt ſuper terram inſepulta, vt dictum eſt, ita quòd homines & beſtiæ poterunt ſuper ea tranſire.*

## NICOL. DE LY. CAP. LII.

Conſurge, *Aliqui expoſitores catholici exponunt iſtud capitulum de liberatione populi Iudaici de Babylone facta per Cyrum, de qua frequenter ſuprà dictum eſt: Sed ſaluo meliori iudicio, nō videtur hoc conuenienter dictum, quia Paulus apoſtolus in lege & prophetis humanitus edoctus & ſpiritusancto plenus, illud quod habetur in hoc capitulo: Quam pulchri ſuper montes pedes annunciantis & prædicantis pacē, &c. allegat hoc dici de prędicatione Euāgelij, Ro. 10. & ideo non videtur conuenienter exponi de nuncijs Cyri miſſis per imperiū ſuum ad publicandum edictū de licentia Iudæis redeundi in Ieruſalē, vt iſti exponunt. Item Ra. Sa. ſuper iſtud cap. dicit, ꝙ iſtæ conſolationes vltimæ. ſ. ab iſto loco vſque ad finem libri, non dicuntur niſi ſuper captiuitatem Edom: per quem intelligit Romanū imperiū, qđ poſuit Iudæos in iſta captiuitate, in qua ſunt, à qua liberari expectant per regem Meſſiam: & ſic ſecundum eum in hoc cap. intelligitur de tēpe Chriſti: & in hoc verum dicit, licèt erret expectando futurū qđ iam eſt præteritum. Igitur ſequendo ſententiam Apoſtoli & dictū Ra. Sa. in hoc cap. quantum ad id quod continet veritatis, poteſt dici conſequenter, quod in hoc cap. remouetur tertium impedimentum liberationis factæ per Chriſtum quantum ad incredulos, quòd prouenit ex contemptu humilitatis Chriſti. Principes. n. Sacerdotum & Scribę de aduentu Chriſti nimis carnaliter ſapientes, expectabant eum temporaliter regnaturum, & dominium à Romanis ablaturum: & ideo cum viderunt eum humilem, abiectum & pauperem, & contemptum terrenorum docentem, contempſerunt eum, & ſic fuerunt cęcati, & fructu ſuę redemptionis priuati: & hoc iuſtè, quia aduentus eius fuerat prænunciatus in paupertate, Zach. 9. b. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator, & ipſe pauper, &c. quod ſecundum oēs docto. Heb. de aduentu Chriſti intelligitur. Hoc igitur impedimentum remouetur hic, oſtendendo quòd humiliatio Chriſti fuit diſpoſitio ad gloriam, ſecundum qđ dicitur Phil. 2. a. Humiliauit ſemetipſum factus obediens vſq; ad mortē, mortē autem crucis: propter qđ & Deus exaltauit illum, &c. & non ſolum poſt mortem fuit glorificatus, ſed etiam ante in operibus miraculoſis ad declarationem ſuæ diuinitatis, pp qđ Chriſto petente, Ioh. 12. d. Clarifica me pater &c. reſpōſum fuit: Clarificaui & iterum clarificabo. i. clarificaui te in miraculis, & iterum te clarificabo per gloriam reſurrectionis: & ſic eſt in corpore myſtico Chriſti, quod eſt eccleſia, quia poſt depreſſiones eius per Iudæos & tyrannos, eleuata eſt in magna gloria, etiam tempo-*

¶ raliter



a induere fortitudine tua
a ¶Sion, arx & ciuitas Dauid, Ieruſalem, reliqua pars ciuitatis.
b ¶Virtutibus.
Sion. Induere veſtimen-
a ¶Et ſic eris.
tis glorię tuę Ieruſalem ciui
a ¶Dei vel templi.
tas ſancti: quia non adij-
b ¶Si pœnitueris, ſi mandata mea cuſtodieris.
ciet vltrà vt pertranſeat per
a ¶Spiritualiter. ¶Quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial?
b ¶Ideſt.
te incircuncilus et immun-
a ¶Declina à malo. b ¶Peccati.
dus. Excutere de puluere,
a Fac bonum. b ¶Quieta mente.
conſurge, ſede Ieruſalem.
a ¶Captiua. b ¶Peccata.
Solue vincula colli tui ca-
a ¶Cui iam imminet captiuitas.
¶Effœminatione animi vſque hodie populus Iudæorum Nabuchodonoſor iugum portat, & peccatorum funibus conſtringitur.
ptiua filia Sion, quia hęc di-
a ¶Veſtra ſponte.
b ¶Diabolo.
cit dominus: Gratis venun-
a ¶Nullo merito veſtro, ſed gratuito Dei beneficio.
dati eſtis, & ſine argento re-
a ¶Sanguine filij.
dimemini. Quia hæc dicit
dominus Deus: In Aegy-
a ¶In mundum, qui mœror & tenebræ.
b ¶In partibus.
c ¶Genus humanum.
ptum deſcendit populus
a ¶In Adam.
b ¶Peregrinus, quia patria noſtra paradiſus.
meus in principio, vt colo-
a ¶In terra Geſſen. b ¶Diabolus.
¶Aſſyrij cum Nabuchodonoſor.
c ¶Adam enim ei nihil nocuerat, quare eum ad peccandum compelleret.
nus eſſet ibi, & Aſſur abſq;
a ¶In terra promiſſionis.
vlla cauſa calumniatus eſt
a ¶Quaſi: Quid moror amplius in Iudæa, vbi tam pauci fideles? tranſibo ad Gentes vnde fideles, tranſeamus ab his ſedibus.
eum. Et nunc quid † mihi
eſt hic, dicit dominus: quo-
a ¶De terra ſua, vel à Deo malè viuendo. vnde: Populus meus abla. eſt gratis.
niam ablatus eſt populus
a ¶Reges principes, ſacerdotes, per quorum peccata ſæpe populus tam corpore quam anima captiuatur.
meus gratis? Dominatores
a ¶Populi.
eius † iniquè agunt, dicit do-
a ¶Ter quotidie maledicunt dominum & Nazaræos eius.
minus. Et iugiter tota die
a ¶In ſynagogis, vel in Gentibus. vnde: Per vos nomen domini blaſphematur in Gentibus.
† nomen meum † blaſphe-
a ¶Quia blaſphemor à Iudæis.
matur. Propter hoc ſciet
a ¶Fideles à Chriſto Chriſtiani vocati.
populus meus nomen meū
a ¶Incarnationis.
in die illa: quia ego ipſe q lo
a ¶Olim per prophetas.
b ¶Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum.
c ¶Per meipſum.
¶Propheta de filio.
quebar, ecce adſū. † Quàm

a *Induere veſtimentis.* Moraliter. Anima quoq; ſi per pœnitentiam priſtinum robur receperit, vocabitur habitaculum ſancti, & ſic fiet templum Dei, nec pertranſibit per eam incircunciſus & immundus, de quibus dicitur: Si mei nō fuerint dominati, tunc im. e. Omnia autem quę promittuntur Sion & Ieruſalem, non vt Iudæi ſomniāt ad lapides & cineres illius dicūtur, vt inſtaurētur in priſtinum ſtatum: ſed ad populū Ieruſalem, quę occidit prophetas, corruens in paſſione Chriſti, in reſurrectione illius eſt reſuſcitatus: quando multa milia de Iudæis crediderunt, & reliquiæ ſaluæ factæ ſunt.

b *Quia non adijciet.* Hæc ad cęleſtem Ieruſalem, quā nullus immundus ingreditur.

c *Excutere.* Anima polluta ſordibus candorem priſtinum amittit, ſed excutit puluerem cum apoſtolis, quia imaginē terreni acceperat, vt portet imaginem cœleſtis. De puluere hoc dicitur: Nunquid confitebitur tibi puluis? &c. Soluuntur quoq; vincula colli, vt nō ambiat neruus ferreus collum tuū ſicut monilia, vt graui onere liberata, & recipiens priſtina ornamēta, ceſſet eſſe captiua, redempta ab eo qui venit prædicare captiuis remiſſionem: non corruptibilibus argento & auro, ſed ſanguine agni immaculati.

d *Gratis.* Nec commodum habuiſtis, nec incommodum effugiſtis, cum filium Dei tradidiſtis.

e *In Aegyptum.* Arguit Iudęos, & ventura prædicit. ſ. quòd deſcenderunt ſponte ad Aegyptios tempore famis, poſt ab Aſſyrijs ſine cauſa oppreſſi ſunt. In Aegyptū de. Q. Aegyptij voluerunt populum meū ſeruitute opprimere, & videbantur aliquid inde rationis habere, quia ſubuenerunt eis in famis neceſſitate. Sed ego liberaui eum, & eduxi eum per deſertum in terram promiſſionis. Sed quid cauſę eſt Aſſyrio, vt etiam in terra ſua opprimat illum, & calumnietur ei?

f *Quàm pul.* De eo qui ſuprà dixerat: Ego ipſe qui loquebar, ecce adſum, teſtatur propheta quod ipſe ſupra montes Euangelium prædicauit.

a *Annun-*

## NIC. DE LY.

¶ *raliter: & ipſis depreſſionibus fuit multum eleuata ſpiritualiter in receptione ſpiritusſancti, & in miraculis quæ fiebant per apoſtolos & alios ſanctos in nomine Chriſti, vt patet in Actibus apoſtolorum in pluribus locis, & in ſanctorum legendis. Secundum hoc igitur præſens capitulum in duas partes diuiditur: quia primò oſtenditur propoſitum in myſtico Chriſti corpore. ſecundò in ipſo capite, ibi: Ecce intelliget. Prima in duas, quia primò deſcribitur eccleſiæ depreſſæ ſublimatio, ſecundò eius dilatatio, ibi: Quàm pulchri. Prima in duas, quia primò oſtenditur propoſitum, ſecundò adducitur exemplum, ibi: Quia hæc dicit. Circa primum propheta alloquitur eccleſiam primitiuam dicens: Conſurge, conſurge, ad opera virtutum, & duplicatur li conſurge, ad maiorem excitationem.*

a Induere fortitudine tua Sion. *ad tolerandum conſtanter aduerſa, quia citò poſt aſcenſionē Chriſti ad cœlos, facta eſt perſecutio magna in eccleſia, Act. 8. & poſtea Romæ per Neronem & alios plures perſecutores eccleſiæ: ſed quia poſt perſecutiones eccleſiæ ſecuta eſt pax & honor, ideo ſubditur:*

b Induere veſtimentis gloriæ tuæ. *& hoc fuit impletum Conſtantini imperatoris tempore, qui pacem eccleſię per totum Romanum imperium dedit, & mirabiliter eam honorauit.*

c Quia non adijciet vltrà, &c. *ſic te calcando & vilificando.*

d Incircunciſus. *i. perſecutor Gentilis.*

e Et immundus. *ideſt perſecutor Iudęus. Si autem contra hoc obijciatur, quòd poſt mortem Conſtantini, Licinius perſecutus eſt eccleſiam, & poſtea Iulianus apoſtata: dicendum, quòd illæ perſecutiones nō fuerunt tantę quòd deijcerent eccleſiam ab honore, nec diu durauerunt. Licinius enim in bello fuit deuictus, & apud Theſſalonicam capite truncatus. Iulianus etiam apoſtata à ſancto Mercurio lancea fuit transfixus. Poteſt etiam dici ꝙ illa dictio, vltrà, cum dicitur: Non adijciet vltrà, &c. non importat ſemper perpetuitatem à parte poſt, ſed durationem temporis determinatam, & aliquando non multum longam, ſicut dictum fuit plenius ſuprà cap. ſecundo. Toto autem tempore Conſtantini poſt eius baptiſmum vniuerſalis eccleſia fuit in pace & honore.*

f Excutere de puluere. *ideſt de præcedenti abiectione, vel de puluere ad literam. quia multi Chriſtiani fuerant condemnati ad fodiendum & deportandū arenam, vnde pulueriżabantur: qui omnes fuerunt abſoluti de mandato Conſtantini.*

g Sede Ieruſalem. *in ſede honoris: quod tūc fuit impletum, quando Roma quæ erat caput mundi, facta eſt ſedes ſummi pontificis per Conſtantinum ſede imperiali translata apud Conſtantinopolim.*

h Solue vincula colli tui. *quia omnes Chriſtiani in diuerſis partibus orbis incarcerati, per Conſtantinum fuerunt liberati.*

i Gratis venundati eſtis. *i. ſine cauſa deputati operibus ſeruilibus.*

k Et ſine argento redimemini. *quia Conſtantinus non accepit inde pecuniam, ſed magis econuersò pecunias ſuas diſtribuit per orbem ad ædificationem eccleſiarum & ſuſtentationem miniſtrorum.*

l Quia hæc dicit dominus Deus. *Hic adducitur exemplum ad propoſitum, & ponitur hic duplex exemplum. Primum eſt de deſcenſu populi Iſrael in Aegyptum, cum dicitur:*

m In Aegyptum deſcendit populus meus in principio. *De quo deſcenſu habetur Geneſis quadrageſimoſexto.*

n Vt colonus eſſet ibi. *i. habitator ad euadendum famis periculum: ſed poſtea fuit ibi multum depreſſus & afflictus: ſed dominus liberauit eū. Iſta tamē liberatio hic non exprimitur, quia erat nota & famoſa: & ideo ſatis datur intelligi per hoc quod deſcenſus in Aegyptum tangitur: & idem dicendum de ſecundo exemplo, cum ſubditur:*

o Et Aſſur. *i. rex Aſſyriorum.*

p Abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. *tamen dominus mirabiliter liberauit ipſum tempore Ezechiæ, vt habetur 4. Reg. Conſequenter applicantur exempla ad propoſitum, cum dicitur:*

q Et nunc quid mihi eſt hic. *ideſt in perſecutione eccleſiæ, q.d. decet me eam liberare. Et ſubditur cauſa.*

r Quoniam ablatus eſt populus meus gratis? *quia in primitiua eccleſia multi fuerunt ablati per occiſionem de præſenti vita: & multi de locis ſuis per incarcerationes & exilia.* † ideſt, qđ contra eos agere debeo,

s Dominatores eius iniquè agunt. *quia Iudęi, ſub quorum dominio primò fuit eccleſia in Ieruſalem & Iudæa, iniquè tractauerunt populū Chriſtianum, & poſtea imperatores Romani & eorum præfecti.*

t Et iugiter tota die nomen meum blaſphematur. *ſ. nomen Chriſti, qui ab infidelibus magus & deceptor fuiſſe dicebatur.*

u Propter hoc. *i. propter iniurias dictas.*

x Sciet populus meus. *ſ. Chriſtianus.*

y Nomen meum. *i. efficaciam nominis mei per experientiam ſuę ſalutis. ſicut vocor Ieſus. i. ſalus vel Saluator.* † ſpernitur

z In die illa. *ſ. notabili famoſa, quando Conſtantinus recepit baptiſma.*

a Quia ego ipſe qui loquebar. *in humanitate aſſumpta diſcipulis meis.*

b Ecce adſum. *per ſaluationis effectū, & etiam in perſona propria, quia Conſtantinus de baptiſmo conſurgens confeſſus eſt ſe vidiſſe Ieſum Chriſtum.*

c Quàm pulchri. *Hic conſequenter deſcribitur eccleſiæ dilatatio per prędicationem apoſtolorum aliorumq; diſcipulorum, cum dicitur: Quàm pulchri. i. valde pulchri.* † Nah. 1. d. Rom. 10. c



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Annunciantis.* Chriſti per ſemetipſum, per apoſtolos, quibus ait: Pacē relinquo vobis, pacem meam do vobis. Super quos dominus ſedens prędicabat: Ipſi autem pedes Chriſti, prædicationem eius portando. Iohan.14.d

b *Vox ſpecu.* apoſtolorum & aliorū, qui in ſpecula ſunt ſemper, vt omnia pręuideant, & ſubiectos pręmoueāt.

c *Gaudete.* Primitiuam eccleſiam cōſolatur, de multitudine Gentiū, quæ excęcatis Iudæis in locum eorū ſubintrauerunt. Ducto autem populo à Romanis in captiuitatem, & ſuccenſis vrbibus, habitator aut nullus remanſit aut rarus. Eccleſia autem quæ quondam in eis fuit, multitudine Gentium, & reparata eſt & multiplicata eſt, vnde eis qui crediderunt dicitur: Gaudete, &c.

Pſal.97.a Pſal.88.c d *Brachium.* In brachio meo Gentes ſperabunt. Et alibi: Brachium tuum cum potentia.

1.Eſd.1.c †Sup.49.d e *Recedite.* hoc Iudæi ad ſe referunt, quando permittente Cyro regreſſi ſunt in Ieruſalē, & vaſa domini quæ Nabuchodonoſor aſportauerat, reportauerunt. Quibus (vt aiunt) mundiția indicitur, vt ab illis ſancta vaſa referantur. Et quia non in tumultu vel fuga exibunt, prædicitur: Sed melius ad apoſtolos & ad primitiuam eccleſiam hoc referimus. Antè enim quam Romani ſuperuenirēt, & apoſtoli in Gentes ſunt diuiſi, & alij fideles in regnum Agrippæ tranſierunt, à ſpirituſancto admoniti. †Denudauit

f *Exite.* in toto orbe Euangeliū prædicantes. Ite docete omnes Gentes.

Matt.18.d 1.Cor.3.d Act.9.c g *Vaſa domi.* Templum domini ſanctum eſt, quod eſtis vos. vaſa. ſ. aurea & argentea. vnde Paulus, vas electionis dicitur. Vel, vaſa domini, armatura Dei, lorica iuſtitię, clypeus fidei, galea ſalutis, & gladius ſpiritus, quod eſt verbum Dei. F

†2.Cor.6. d 45.diſ.c. recedite. 23.diſ.4.c. ecce. & c. recedite. Ephe.6.c h *Ecce intelliget.* ne dubitetur quis dixerit, qui loquebar ecce adſum: Et ꝙ ſit brachium domini, pater perſpicuè docet.

† 1.q.1.c. neceſſe. i *Sicut obſtu.* Non ſeruatur ordo hiſtoriæ. Superius enim loquebatur propheta in perſona patris de aſcenſione filij, & ſubitò ad paſſionem redijt.

## NIC. DE LY.

a Super montes. *i. terrenos principes fidem Chriſti recipientes ad prædicationem prædictorum.*

b Annunciantis. *i. legem Euāgelicam, quæ eſt lex pacis & amoris. Poſſet etiam hæc litera exponi de nuncijs Conſtantini miſſis per orbem ad denuntiandum eccleſiæ pacem. Sed prima expoſitio magis conſonat dicto apoſtoli, vt ſupra dictum eſt: & etiam literæ ſequenti, in qua ſubditur:*

c Dicentis, Sion &c. *Apoſtoli enim & alij prædicatores eccleſiæ prædicauerunt regnum Chriſti, propter quod dicitur Matt. 24.b. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, &c. vnde in fine legendarum ſanctorum communiter ponitur: Regnante domino noſtro Ieſu Chriſto, &c.*

d Vox ſpecu. *i. prælatorum, ſecundū quod dicitur Ezech.3.d. Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael, &c.*

e Leuauerunt vocem. *conſtanter prædicando.*

f Simul laudabunt. *concorditer gratias agendo.*

g Quia oculo ad oculum. *i. ſenſibiliter.*

h Cum conuerterit dominus Sion. *vidētes multitudinem Gentium conuerſam ad Chriſtum:*

† corruptus eſt p̄ viro aſpectus eius, & forma eius pre filijs hoim: Sic aſper.

---

a ¶Sanctos. ¶Iudęæ, vel apoſtolos, virtutibus eminentes.
b ¶Apoſtoli quorum pedes dominus lauit.

a **pulchri ſuper montes pedes annun-** a b

a ¶Nobis. b ¶Cum Deo & angelis.
¶Pacem his qui longe & his qui prope: ¶Hic eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum.

**ciantis & prædicantis pacem, an-**

a ¶Euangelium, gratiam ſpirituſſancti.
b ¶Nobis. c ¶Quam dedit.
¶Redemptionem & beatitudinem.

**nunciantis bonum, prędicantis ſa-**

a ¶O. b ¶Victo diabolo.

**lutem, dicentis: Sion, regnabit** c

a ¶Non peccatum. b ¶Audietur in toto orbe.
c ¶Super muros tuos conſtituti ſunt cuſtodes.

b **Deus tuus. Vox ſpeculatorum tuo-** d

a ¶Ipſi. ¶Alta loquentes. b ¶Prædicationis: In omnem terram exiuit ſonus eorum.
c ¶Corda quæ diſcordat non laudat.
d ¶Dominum.

**rum, leuauerunt vocem, ſimul lau-** e f

a ¶Cordis. b ¶Facie ad faciem.
¶Oculi mei ſemper ad dominum.

**dabunt: quia oculo ad oculū vide-** g

a ¶Ad fidem.
b ¶In conuertendo dominus capti. &c.

**bunt, cum conuerterit dominus** h

a ¶Eccleſiam. b ¶Quia inſtaurata.

c **Sion. † Gaudete & laudate ſimul** i

a ¶Reliquiæ Iudęorum apoſtoli & alij.
b ¶Per ſpiritumſanctum ſubintrante multitudine Gentium.

**deſerta Ieruſalē, quia conſolatus eſt**

¶Fidelem. a ¶Sanguine filij.

**dominus populum ſuum, redemit**

a ¶Generalem eccleſiam.
b ¶Incarnari fecit filium, vel prædicari vbique.

d **Ieruſalem. † Parauit dominus bra-** k

a ¶Cordium.

**chium ſanctum ſuum in oculis o-** l

a ¶Corde vel etiam corpore in iudicio.

**mnium Gentium, & videbunt o-**

a ¶Mundi cardines. b ¶Filium.

**mnes fines terrę ſalutare Dei nſi.**

a ¶O apoſtoli, ne peccatis eorum inuoluamini. vel quilibet ſancti. b ¶Ieruſalem.

e f **† Recedite, recedite, exite inde, pol-** m n

a ¶Iudæos morte & ſanguine Chriſti.
¶Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea.

**lutum nolite tangere. Exite de me-**

a ¶Ieruſalem. b ¶O apoſtoli.
¶A vitijs, à conſortio blaſphemantium: in necem quorum paratur exercitus Romanus.
c ¶Voſipſos. in quibus dominus vel arma iuſtitiæ.

g **dio eius: † mūdamini qui fertis va-** o

a ¶Timore. ¶Sicut p(..)tis de Aegypto, ſed in pace regis.
¶Quamuis enim cæſi, tamen victores extiterunt. ¶A Iudæis.

**ſa domini. Quoniam non in † tu-** p

a ¶Vt victi, ſed victores quotidie multi Iudæorum milia fidei ſubijcientes. b ¶Ad Gentes.

**multu exibitis, nec in fugā prope-** q

a ¶Euntes ad Gentes. b ¶Dux & moderator.

**rabitis. Pręcedet enim vos domi-** r

a ¶Ex Iudæis & Gentibus, vt fiat vnum ouile & vnus paſtor.

**nus, & congregabit vos Deus Iſrael.** s

a ¶Voluntatem meam.
b ¶Filius obediens vſque ad mortem.
¶Dei verbum & ſapientia.
c ¶Ideo.

h **Ecce intelliget ſeruus meus, et exal-** t u

a ¶Ad cœlos, vel per apoſtolorum prædicationem.
b ¶Super omnes cœlos.
¶Ad dexteram patris.

**tabitur, & eleuabitur, & ſublimis** x y

a ¶Admirantes miracula ante paſſionem.

i **erit valde. Sicut obſtupuerūt ſuper** z

a ¶In paſſione. ¶Quia conſputus, flagellatus, crucifixus. Reuera enim ſpecioſus præ filijs hominum.
¶Vnde maiora miracula.

**eum multi: ſic † inglorius erit inter** a b

a ¶Species ſine honore.

**viros aſpectus eius, & forma eius**

a ¶Lauabit ſanguine proprio. non ſicut in lege ſanguine agni. ¶In baptiſmo.

**inter filios hominum. Iſte aſperget** c

a ¶Prædeſtinatas.
b ¶Super ſapientiam eius prædicantibus apoſtolis.

**Gentes multas, ſuper ipſum conti-** d

---

*Chriſtum: & hoc fuit impletum tempore Conſtantini. Anno enim quo baptizatus fuit, tanta multitudo credidit, vt ad duodecim milia & amplius baptizandi adſcriberentur, vt habetur in geſtis ſancti Syluestri, abſq; mulieribus & paruulis, inde ſubditur:* G

i Gaudete & laudate ſimul. *ideſt loca ſeruituti Chriſti dedicata: quæ ante tempora Conſtantini ita fuerunt deſerta, quòd nullus Chriſtianus niſi furtim audebat accedere, ſed Conſtantinus per totum orbem iuſſit ea aperiri, & à fidelibus frequentari, & alia de nouo ædificari.*

k Parauit dominus brachium ſanctum ſuum. *i. filium, qui dicitur virtus patris. 1. ad Cor.1.d. Prędicamus Chriſtum Dei virtutem, &c. & ſic dicitur brachium domini, eo modo loquendi quo poteſtas ſecularis dicitur brachium ſeculare.*

l In oculis. *quia prędicatores tempore Conſtantini liberius potuerunt vbique diſcurrere: & multi valde exemplo Imperatoris incitati, fuerunt ad fidem Chriſti conuerſi, Gētilitate relicta: ideo ſubditur:*

m Recedite, recedite. *de cultu idololatrię.*

n Pollutum nolite tangere. *i. nolite extendere manus veſtras ad opera peccatorum. Et quia miniſtri eccleſiæ debent eſſe mundiores alijs, ideo ſequitur:*

o Mundamini qui fertis. *qui eſtis deputati ad cultum Dei, ſicut Leuitæ in veteri teſtamento, qui portabant vaſa cultus tabernaculi.*

p Quoniam non in tumultu exibitis. *ideſt per violentiam armorum, quod dicitur propter multos confeſſores & miniſtros Dei incarceratos, quos Conſtantinus liberè abſoluit.*

q Nec in fuga. *carcerem frangendo, & inde fugiendo.*

r Præcedet enim vos do. *per Conſtantinum liberando.* H

s Et congregabit vos. *cum fidelibus alijs ad laudandum Deum in eccleſiis.*

t Ecce intelliget. *Hic oſtenditur propoſitum in capite noſtro Ieſu Chriſto, qui fuit humiliatus & exaltatus, vt ſuprà dictū eſt. Et vtrumq; mixtim ponitur hic cum dicitur: Ecce intelliget ſer. quia habet ſcientiam diuinam ab æterno, & humanam ex tempore. Et quod intelligatur de Chriſto ad literam, patet per tranſlationem Chaldaicam, quę dicitur Thargum apud Hebræos, & tātę autoritatis eſt apud eos, quòd nullus auſus fuit ei contradicere. quę talis eſt hic: Ecce proſperabitur ſeruus meus Meſſias: propter quod antiqui Hebræi ab illo loco vſque ad finem 53. cap. expoſuerunt ad literam de perſona Chriſti.*

u Exaltabitur. *ad vnitatem ſuppoſiti diuini. Vel aliter: Exaltabitur. in ſua reſurrectione.*

x Et eleuabitur. *in ſua aſcenſione.*

y Et ſublimis erit valde. *ſedens ad dexteram Dei patris, Mar. vlt. d. Et dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei.*

z Sicut obſtupuerunt. *videntes miracula ante paſſionem facta, Matt.8.d. Porrò homines mirati ſunt dicentes, qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt ei? & ſimiliter doctrinam Chriſti audiendo miraculis confirmatam, Matt.7.d. Admirabantur turbæ ſuper doctrinam eius: erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens.*

a Sic inglorius erit. *i. vituperatus erit.*

b Inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios homi. *quando fuit conſputus & colaphis cæſus.*

c Iſte aſperget Gentes multas. *i. mundabit ſuo ſanguine & baptiſmate.*

d Super ipſum continebunt &c. *quod vidimus impletum in regibus ad fidem cōuerſis, qui nō ſolū continent ora propria à blaſphemijs, ſed faciunt etiam ſuos ſubditos continere, blaſphemos puniendo.*

¶ a Quia



## NICOL. DE LYRA.

A a Quia qui. non eſt. *credendo, & iſti ſunt Gentiles ad quos prophetæ miſſi non fuerunt, neq; audierunt Chriſtum perſonaliter prædicantē ſicut Iudæi: propter quod dicit Saluator Matt. 15.c. Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. ſ. ad prædicandum in perſona propria.*

---

a ¶Philoſophis, quorū ſapientia crucis p̄dicatione ſubuerſa eſt.
b ¶Gentibus. ¶Horum comparatione Iudæorum duritia reprehenditur, de quibus: Auditu audietis & nō intelligetis.

a **nebunt reges os ſuum. † Quia quibus**

a ¶Per prophetas. b ¶Corde credent.

**non eſt narratum de eo, † videbūt: &**

a ¶Ab ipſo in carne prædicante, de quibus: Beati qui non viderunt & crediderunt: b ¶Fide.

**quæ non audierunt, † contēplati ſunt.**

†Rom.15.c †viderunt †intellexerunt

*In cap. 52. vbi dicitur in poſt. Conſurge.*

## ADDITIO.

¶ In hoc cap. 52. vſ propheta quædam præambula præſupponere ad paſſionē Chriſti pertinentia, de qua dicturus eſt apertè & plenè in ſeq. cap. ſ. 63. vnde primò hortatur populum fidelem ad virtutes, di. Conſurge, conſurge: induere fortitudine tua Sion. Duplicatur autem hoc verbum, conſurge ad maiorem confirmationem. Vel per primum conſurge, intelligitur reſurrectio à peccatis. Per ſecundum verò proceſſus ad virtutes: & ſequitur: Induere fortitudine tua Sion. ſ. fortitudine gratiæ, per quā reſiſtitur aduerſitatibus mundanis, & diabolicis tentationibus, iuxta illud Lu.6.e. Eſtote fortes in bel. &c. Et quia per talem fortitudinem deuenitur ad ſtatum gloriæ, prout ibidem ſequitur: Et accipietis regnum æternum. ideo ſubditur: Induere veſtimentis gloriæ tuę Ieruſalem ciuitas ſancta. ſ. cęleſtis, de qua propriè verificatur qđ ſubditur: Quia non abijciet vltra &c. quam exhortationem & excitationem iterum ad maiorem confirmationem ſub alijs verbis repetit, di. Excutere de puluere. ſ. peccatorum, iuxta illud Pſal. 29. c. Nunquid confite. ti. pul. Conſurge. ſ. ad faciendum bonum. Ieruſalem ſede. ſ. mente quieta. Solue vincula colli tui &c. ſ. per contritionem veram, per quam vincula peccatorum ſoluuntur. qualiter aūt ſeu qua virtute poſſent huiuſmodi vincula captiuitatis peccatorum ſolui, ſubdit, di. Hæc dicit dominus: gratis venundati eſtis &c. In hoc. n. quod dicit, gratis venundati eſtis, intelligitur venūdatio quę eſt per peccatum. vnde ſup. 50. cap. dixerat: Ecce in iniquitatibus veſtris venundati eſtis. Nam qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, Ioh.8.d. In hoc autem quod ſequitur: Et ſine argento redimemini. oſtenditur quod paſſio Chriſti de qua intendit in proximo loqui, operata eſt ſalutem noſtram per modum redemptionis nō corporalis, ſecundum quam quandoq; aliqui pecuniali precio redimūtur: ſed per redemptionem ſpiritualem. ſ. per ſanguinē precioſum Chriſti. vnde 1. Pet. 1. c. Non corruptibilibus auro vel argento redēpti eſtis, ſed precioſo ſanguine agni immaculati & incontaminati

B Chriſti. Quæ quidem verba apoſtoli manifeſtè correſpondent prædictis verbis propheticis. ſ. cum dicitur. Sine argento redimemini. Et ad declarationem prædictorum ſubdit: Quia hæc dicit dominus Deus: in Aegyptum deſcendit populus meus. Vbi propheta oſtendit differentiam inter captiuitatem Babylonicam, & Aegyptiacam, à quibus fuerunt per Deum liberati, & captiuitatem peccati, ſeu diaboli à qua Chriſtus redemit humanum genus per ſuam paſſionem. Nam in prædictis duabus captiuitatibus licèt eſſent inter ſe differentes, quia Aegyptiacam incurrerunt ſponte deſcendentes in Aegyptum, vt coloni eſſent ibi, ut patet Gen.46. & ſic Aegyptij habuerunt aliqualem rationem detinendi eos, quia ſubuenerunt eis in famis neceſſitate, vt in glo. In captiuitate autem Babylonica quæ ſignificatur hic per Aſſur, eo ꝙ Aſſyrij cum Nabuch. venerunt, non fuit talis cauſa, vt in terra ſua calumniarentur & opprimerent eos, vt in glo. In vtraq; autem captiuitate prædicta, quæ ſolum corporalis erat, in manu violenta per coactionem opprimentium, ſufficienter fuerunt redempti per potentiam diuinam aduerſarios violenter populum Dei detinentes opprimentem, ut patet in ſacris ſcripturis de hoc loquentibus: Sed in hac captiuitate, à qua Chriſtus per ſuam paſſionem redemit, hoc non ſolum non cōgruebat. ſ. ꝙ Deus per ſuam ſolam potentiam diabolum ſpoliaret, eò ꝙ humanum genus per peccatum (quod ſecundum Aug. non eſt niſi voluntarium) captiuatum fuit: qua ratione erat iuſtè ſub ſeruitute diaboli derelictus à Deo, ut tractatur à doctoribus in 3. diſt. 19. & hoc eſt quod ſequitur: Et nunc quid mihi eſt hic, dicit dominus? quia ablatus eſt populus meus gratis. q. d. & nunc. ſ. in hac captiuitate hoc non ſufficit. ſ. per ſolam potentiam redimere. Quoniam ablatus eſt populus meus gratis. ſ. ſponte tradendo ſe peccato, ſeu diabolo, qua ratione conueniens eſt, vt per iuſtitiam redimatur. Si autem contra hoc dicatur, ꝙ Chriſtus per ſuam paſſionem non ſolum ab actuali, ſed à peccato originali principaliter redemit: Quod quidem originale peccatum non eſt voluntarium in ipſis deſcendentibus per propagationem. Dicendum quod licèt peccatū originale non eſt voluntarium in ipſis propagatis, fuit tamen uolūtarium in primis parentibus, à quibus trahunt originem. Et ideo ſimpliciter dicit: Ablatus eſt populus meus gratis. ſ. ſponte ſe tradidit diabolo ſeu peccato. & ideo non per ſolam potentiam redimendus eſt, ſicut in alijs captiuitatibus ſupradictis. & ſequitur: Dominatores eius iniquè agunt. q. d. licèt dominatores eius. ſ. principes tenebrarum iniquè agunt, deducendo eos ad peccandum, nihilominus, quia gratis. ſ. ſponte (vt dictum eſt) ſe tradiderunt. Et iugiter tota die nomen meum blaſphematur. ſ. eo ꝙ in eis remanet culpa peccati ſecundum quam Deus offenditur: & ideo dicitur blaſphemari iuxta illud ad Rom.2. d. Per vos nomen domini blaſphematur in Gentibus. Ex ſupradictis igitur concluditur, ꝙ captiuitas de qua agit non per ſolam potentiam opprimentem aduerſarios redimenda erat, ſicut aliæ captiuitates, ſed per aliquod remedium ſufficiens ad tollendam culpam ſeu maculam peccatorum: & ideo ſubdit: Propter hoc ſciet populus meus nomē meum in die illa. ſ. propter neceſſitatem, ſeu congruentiam prædictam ſciet populus meus. ſ. populus nouiter per me redemptus. nomen meum. ſ. nomen Ieſus, quod ſignificat redemptorem, ſeu ſaluatorem à tali captiuitate diaboli ſeu peccati, iuxta interpretationem huius nominis per angelum factā ipſi Ioſeph, Matt.1. Ipſe enim ſaluum faciet po. ſu. à p. e. & ſequitur: In illa die. ſ. tempore gratiæ, quando hoc nomen fuit manifeſtum. Tempus enim gratiæ dies dicitur, iuxta illud ad Rom.13. d. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit: Et quia hæc redemptio à Deo vero facta tranſcendit omnes alias redemptiones, quæ factæ fuerunt mediātibus angelis ſeu hominibus modo prædicto, ideo ſubdit: Quia ego ipſe qui loquebar. ſ. per prophetas, ecce adſum. ſ. per carnem aſſumptam. q. d. Redemptiones præteritæ particulares & corporales per angelos ſeu prophetas in perſona mea loquentes factæ ſunt, ſed hæc redemptio quæ ſpiritualis atq; vniuerſalis eſt, oportet vt per me fiat. Vnde ego ipſe qui loquebar ecce adſum. Item circa hoc quod dicitur: Sciet populus meus nomen meum. Notandum, ꝙ ſicut in redemptione Aegyptiaca fuit Moyſi, & deinde ſenioribus Iſrael, & deinde populo reuelatū nomen domini Tetragrammaton: ſecundum cuius veram ſignificationem ad Deum pertinet ſigna & prodigia facere facultatem naturæ excedentia, quę requirebantur ad illam redemptionem, prout fuit dictum Exo. 3. in additione ar. 7. ſic in hac redemptione vniuerſali reuelatum fuit nomen Ieſus, primò uirgini glorioſæ, deinde Ioſeph & alijs diſcipulis & fidelibus, per quod nomen intelligitur ſalus vel ſaluator à peccatis, vt dictum eſt. Sequitur: Quam pulchri ſuper montes. vbi poſtquam propheta oſtenderat, ꝙ prædicta redēptio ſpiritualis erat ab ipſo vero Deo fienda, de publicatione huius redemptionis dicit: Quam pulchri ſuper montes. Ad quod ſciendum, ꝙ facta redemptione per paſſionem Chriſti, licèt pluries ſuis apoſtolis in ſua reſurrectione apparuit, tamen de apparitione eius facta in monte Galilææ ſpecialem mentionem fecit prædicens mulieribus: Annunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam: quæ quidem apparitio fuit in quodam monte Galilææ. vnde Matt. 45. b. Vndecim diſcipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi conſtituerat illis Ieſus, de quo propriè poteſt intelligi iſtud verbum. Quam pulchri ſuper montes. i. ſuper montem, ſumendo plurale pro ſingulari, ſicut in alijs multis locis. Et ſequitur: Pedes annunciantis & prædicantis pacem. ſ. pedes Chriſti, qui in illo monte annunciauit eis, & iniunxit prædicationem Euangelij pacis, di. Eunte docete omnes Gentes. ſ. Euangelium pacis. Matt. 28. d. Annunciantis bonum, prædicantis ſalutem: quia tunc dictum fuit eis: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit, Mar. vlt. d. In quo verbo manifeſtè prædicauit ſalūtem omni credenti. dicentis Sion, regnabit Deus tuus: quia tūc Chriſtus dixit Sion. ſ. apoſtolis in quibus præcipuè eccleſia reſidebat: Data eſt mihi omnis poteſtas &c. Matt. vlt. d. Si autem quæratur quare pedes Chriſti ſingulariter nominauit propheta: dicendum, ꝙ in hoc deſignatur adoratio apoſtolorū fuiſſe ibi facta uſq; ad pedes: eo modo quo de mulieribus ibidem dicitur: Illæ autem acceſſerunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum: Et ſequitur: Vox ſpeculatorum tuorum: quod communiter exponitur de apoſtolis & prælatis eis ſuccedentibus. Sed ſaluo meliori iudicio, magis propriè videtur exponendum de patribus in limbo exiſtentibus, qui ſpeculatores vocantur in ve. teſta. Ezech. 3. d. & 33. b. Fili hominis ſpeculatorem te dedi. Iſti enim patres dicuntur leuare uocem & laudare præ gaudio ſuæ liberationis ſimul, quia coniunctim liberati fuerunt, & beatitudinem ſibi promiſſam & diu ſpectatam attigerunt. de quo dicit: Quia oculo ad oculum uidebunt. ſ. facie ad faciem. Cum conuerterit dñs Sion: Et ſequitur: Gaudete & laudate ſimul deſerta Ieruſalē, qđ ſatis propriè applicatur primitiuæ eccleſiæ, prout in glo. Parauit dñs brachium ſanctum ſuum &c. exponatur ſicut in poſt. referendo tamen ad tempus prædicationis apoſtolorum. Recedite, recedite, exite inde. exponatur de primitiua eccleſia ſicut in glo. quia antequam Romani ſuperuenirent, apoſtoli & alij fideles à Iudæa, quæ contaminata remanſerat ex occiſione Chriſti, in regnum Agrippæ tranſierunt, & ad alias Gentes ſpirituſancto admonente, ut in hiſtoria Eccleſiaſtica habetur. Sequitur: Mundamini ſcilicet à uitijs, qui fertis uaſa domini. Per uaſa domini ſecundum glo. intelliguntur ſancti. unde Paulus uas electionis dicitur, uel, uaſa domini ſunt armatura Dei. lorica iuſtitiæ, clipeus fidei, galea ſalutis, & huiuſmodi. Et ne quis æſtimaret ex hoc ꝙ dixerat: Recedite, recedite, exite inde: ꝙ in hac redemptione requirebatur receſſus corporalis per modum fugæ. ſicut in redemptione Aegyptiaca, Exo. 12. ideo ſubdit: Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. ſ. ſicut tūc. Præcedet enim uos dominus. ſ. ipſe Dei filius in perſona propria. Et congregabit uos dominus Deus Iſrael, in fide & charitate; quis autem ſit iſte Deus Iſrael ſtatim ſubdit, di. Ecce intelliget ſeruus meus,

C

D

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E meus, quem hic vocat ſeruum, eò q̃ fuit obediens vſq; ad mortem: de qua morte ſtatim in ſequenti cap. tractat. & ſequitur: Exaltabitur. ſ. ad cęlos ſecundum glo. quia per obediētiam vſq; ad mortem Deus exaltauit illum, vt habetur Phi. 2. d. Et eleuabitur ſuper omnes cœlos, & ſublimis erit valde. quia ad dexteram patris ſedens, hæc in glo. Antiqui autem Hebræorum iſtas eleuationes exponūt de Meſſia ſic: Exaltabitur pluſquam Abraham. Et eleuabitur pluſquam Moyſes. Et ſublimis erit valde, pluſquam angeli ſuperiores: Ex quo patet, q̃ Meſſias, de quibus etiam ſecundum ipſos loquitur propheta, eſſet ſublimior angelis ſuperioribus. Et cum ſecundum eos inter naturam diuinam & angelicam non ſit medium, conſequēter concedere habent, q̃ ipſe ſit Deus, & cum propheta hic vocat eum ſeruum, quod non competit diuinæ naturæ, ſequitur q̃ in ipſo ſint duæ naturæ, diuina. ſ. & humana, quod tamen ipſi negāt, licèt concedant præmiſſa. In his enim & ſimilibus non verentur veritati per eos implicitè conceſſæ contradicere. G

## GLO. ORD. CAP. LIII.

a Sup. 52. d.

QVis credidit. Propheta in perſona prophetarum conqueritur, quòd pauci ex Iudæis credunt, quod de aduentu filij ab illis audiunt.

b *Et brachium do.* Pater filium ſuum mundo nunciauit venturum, & ante ſcandalum crucis præmiſit gloriā reſurgentis. Eleuabitur & exaltabitur &c. Reſpondet ergo prophetarū chorus, ſe officium impleſſe, & brachium domini annunciaſſe.

c *Virgul.* Symmachus, ramus hominem ſignificans, qui proceſſit de vtero virginis.

† aſcendit

d *Sitienti.* Aquila, inuia, vbi virginitatis priuilegium demonſtratur: quia ſine ſemine de terra prius inuia creatus eſt.

e *Liuore.* Perſpicuū eſt, quia ſicut corpus laceratum & flagellatum, ita anima verè doluit pro nobis, ne ex parte veritas, ex parte mendacium in Chriſto credatur.

a Non

† forma ſi faceret vt deſideraremus eū † deſpectu & reliqua in nomina tiuo

## CAP. LIII.

¶Quaſi: Quam pauci ex Iudæis. a ¶His quæ audiuit a nobis.

a QVis credidit auditui no- a

a ¶Filius per quem pater omnia fecit.

b ſtro? & brachium domini cui re- b c

a ¶Vt crederet, quamuis a nobis audiret. b ¶Egredietur virga de radice Ieſſe. ¶Reſurgendo, aſcendendo, & mundum fide complendo.

c uelatum eſt? Et † aſcendet ſicut vir- d

a ¶Per omnia placens. b ¶De vtero virginis, mundo a virili concubitu.

gultū coram eo, & ſicut radix de ter- e f

a ¶Sicca. b ¶Opinione malorum.

d ra ſitienti. Non eſt ſpecies ei, neque g

a ¶Nos prophetæ oculis cordis.

decor. Et vidimus eum, & non erat h

a ¶Et in paſſione. b ¶Multo ante videre.

† aſpectus, & deſiderauimus eum i

a ¶A Iudæis pendentem in cruce, & pro nobis maledictū. b ¶Viliſſimum opinione. c ¶Omnium.

† deſpectum & nouiſſimum virorum, k

a ¶Verus homo, vere doluit.

rum, virum dolorum, & ſcientem l m

a ¶Pati. ¶Pro nobis aſſumptam, quam diuinitate ſuperauit. b ¶Diuinitas abſcondita in corpore. ¶Vnde ſupra: Tu es Deus abſconditus, & neſciebamus.

infirmitatem. † Et quaſi abſcondi n

¶Iudæis.

tus vultus eius, & deſpectus: vnde o

a ¶Multi ex nobis poſt tamen credituri. b ¶Dei filium. c ¶Sed. ¶Non putaſtis, ſed vere crucifixus, vere doluit. vnde. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.

nec reputauimus eum. † Verè lan- p

a ¶Peccata. b ¶Non ſuos. c ¶Non alius. d ¶A nobis.

guores noſtros ipſe tulit, & dolo-

a ¶Non ſuos. b ¶In corpore ſuo ſuper lignum. c ¶Qui ignorantes peccauimus, ſed pœnitentes credimus; in illorum enim perſona Iſaias loquitur.

res noſtros ipſe portauit. Et nos pu- q

¶Peccato eum.

tauimus eum † quaſi leproſum, & r

a ¶Pro peccatis ſuis. b ¶Abiectum propter nos, quia cum latronibus crucifixus. c ¶Nos putauimus eum le. ſed ipſe &c.

percuſſum à Deo, & humiliatū. Ipſe s

a ¶Foderunt manus meas, & pedes meos. ¶Vt ſuo vulnere noſtra vulnera curarentur.

autē vulneratus eſt propter iniqui-

a ¶Non ſuas. b ¶Flagellis, alapis, factus pro nobis maledictum.

tates noſtras, attritus eſt propter ſce

a ¶Flagellum, quo Deo & angelis reconciliari ſumus. b ¶Ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum.

lera noſtra. † Diſciplinā pacis no-

a ¶Virgarum.

e ſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati

## NICOL. DE LY. CAP. LIII.

F

QVis credi. *Ra. Sa. & Andreas exponunt hoc cap. ad literam de populo Iudæorum, dicentes, quod propheta de illo loquitur, quaſi de homine vno eo modo loquē di quo dicitur Exo. 4. f. Filius meus primogenitus Iſrael: ſed eorum peruerſitas patet per doctores Hebræorum antiquos, vt dictū eſt præcedenti cap. Item ſuper illud Geneſ. 29. e. Et introduxit eam Iſaac &c. dicit Rab. Moy. Hic eſt rex Meſſias, qui dedit cor ſuum ad petendum miſerationes pro Iſrael, & ad ieiunandum, & humiliandum ſe pro eis, ſicut ſcriptum eſt Iſa. 53. a. Ipſe autem vulneratus eſt ꝓpter iniquitates noſtras &c. Ex quo patet, quod ſecundum iſtum doctorē hoc capitulum loquitur de Chriſto ad literam: Hoc etiam patet per ſcripturas noui teſtamenti, quæ ſunt maioris autoritatis, quamuis à Iudæis non recipiantur. Quod enim dicitur in principio cap. Domine quis credidit &c. Iohan. 12. dicitur impletum in Chriſto. & ſimiliter ad Rom. 10. c. Item quod dicitur infra: Verè languores noſtros ipſe tulit &c. Matt. 8. dicitur impletum eſſe in Chriſto. Similiter quod poſtea ſubditur: Sicut ouis ad occiſionem ducetur &c. vſq; ibi: Qui abſciſus eſt de terra viuentium, Act. 8. dicit dictum ad literam de Chriſto. Similiter quod poſtea ſubditur: Et cum ſceleratis reputatus eſt. Matt. 15. dicitur impletum in Chriſto. Igitur ſequendo hanc ſententiam, dicendum, quòd hic ponuntur remedia contra impedimenta prædicta. ſicut fuit ſupra diuiſum cap. 50. Et diuiditur in tres partes ſecundum tria remedia. Secundum ponitur cap. ſeq. 55. cap. Primum autem impedimentum percipiendi fructum redemptionis Chriſti fuit Iudæorum peccatum, contra quod ponitur hic remedium paſſionis Chriſti, quæ ſufficit ad delendum omne peccatum quātum eſt ex ſe. Et diuiditur præſens capitulum in duas partes, quia primò Iſaias rei dicendæ deſignat altitudinē, ſecundò proſequitur dicendorum ordinem, ibi: Et aſcendet. Circa primum dicit:*

†Et auertebamus facies noſtra ab eo, adeo erat

†plaga per cuſſum.

†correctio ſup eū, vt nos haberemus pacē.

Diuiſio.

a Quis credidit auditui noſtro? *ideſt paſſionis Chriſti myſterio, quod ego & alij prophetæ audiuimus à ſpirituſancto. Præuidit enim Iſaias propheta Iudæos pro maiori parte non credituros, ſecundum quod dicitur Iohan. 8. f. Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis, non credebant in eum, vt ſermo Iſaiæ impleretur quem dixit: Domine quis credidit auditui noſtro? &c. & ſequitur: Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias: Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorū, &c. Et ſubditur: Hæc dixit Iſaias, quando vidit gloriam eius. & locutus eſt de eo.*

b Et brachium domini. *ideſt filius, vt dictum eſt cap. præcedenti.*

c Cui reuelatum eſt? *quaſi diceret paucis valde & incompletè.*

d Et aſcendet. *Hic conſequenter proſequitur dicendorum ordinem, & primò quantum ad modum naſcentis, cum dicitur: Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, ideſt coram Deo patre.*

e Et ſicut radix, *ſurſum fructificans.*

f De terra ſitienti. *ideſt virgine non humectata, vel fęcundata humano ſemine.*

g Non eſt ſpecies ei. *Hic conſequenter proſequitur ordinem ſuum quantum ad tolerantiam patientis. Et primò deſcribitur eius paſſio ignominioſa. Secundò, nobis fructuoſa, ibi: Ipſe autem. Tertiò ſibi finaliter glorioſa, ibi: De anguſtia. Iſta tamen diuiſio non eſt ſic præciſa, quin partes in aliquo conincidant: & ſic eſt cōmuniter per totum librum iſtum, ſicut à principio fuit dictum. Circa primum dicit: Non eſt ſpecies ei neque decor. quamuis enim ſecundum veritatem Chriſtus in humanitate aſſumpta fuerit ſpecioſus forma præ filijs hominum. Pſal. 44. a. tamen iſta ſpecioſitas fuit deturpata alapis in facie eius inflaturam & liuorem cauſantibus, & ſputis eam fędantibus.* Diuiſio.

h Et uidimus eum, & non erat aſpe. *quia præ horrore auertebant homines faciem.* H

i Et deſiderauimus eum. *Loquitur propheta in perſona ſui & aliorum ſanctorum aduentum Chriſti deſiderantium, ſecundum quòd dicitur Matt. 13. b. Multi prophetæ & iuſti deſiderauerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & cætera.*

k Et nouiſſimum uirorum. *ideſt valde abiectum.*

l Virum dolorum. *ideſt multi & magni doloris expertum, paſſiuè, ſicut vir ſanguinum dicitur qui eſt effuſor multi ſanguinis actiuè.*

m Et ſcientem infirmitatem. *ſ. carnis per experientiam, abſque tamen peccato.*

n Et quaſi abſconditus uultus eius. *præ verecundia.*

o Vnde nec reputauimus eum. *non tantum ſcilicet Saluatorem, ſed nec etiam alicuius valoris hominem. Et loquitur hic propheta in perſona Iudæorum tempore Chriſti exiſtentium, & connumerat ſe eis inquantum erat de populo Iudaico, ſicut Daniel connumerat ſe peccatoribus enormibus, qui fuerant in regno Iudæ 9. cap. quamuis particeps non fuiſſet.*

p Verè languores noſtros ipſe tulit. *ideſt infirmitates carnis, vt famem, ſitim, & ſimilia, quæ verè fuerunt in eo, ſicut & humanitas vera.*

q Et nos reputauimus eum quaſi leproſum. *ideſt vilem & abominabilem ad modum leproſi.*

r Et percuſſum à Deo & humiliatum. *propter peccata ſua propria. Impoſuerunt enim ſibi Iudæi, quòd haberet dæmonium, & quòd ſubuertebat populum, & multa alia crimina, vt patet ex decurſu Euangeliorum.*

s Ipſe autem uulneratus eſt. *Hic conſequenter oſtenditur paſſio Chriſti nobis fructuoſa, quia non paſſus fuit pro peccatis proprijs, ſed pro noſtris expiandis, & hoc eſt quod dicit: Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. & patet litera. Rab. Sa. dicit, quòd iſtud dicitur in perſona Gentilium: Et vocat Gentiles omnes præter Iudæos, dicens quod in aduentu Meſſiæ Gentiles videntes Iudæos per eum mirabiliter exaltari, dicent quòd afflictiones quas modo ſuſtinent*

ſ Iudæi



A a Non aperuit &c. Pilato vel Herodi. Pauca enim reſpondit, ne differetur ſalus humani generis.

b *Et quaſi agnus.* In cuius figura populus Iſrael agnum in Aegypto comedit. Hic eſt agnus qui tollit peccata mundi, qui occiſus eſt ab origine mundi, qui carne & ſanguine ſuo nos paſcit, & vellere protectionis nos veſtit.

c *De iudicio.* Iudex omnium iudicij non reperit veritatem, ſed ſine culpa damnatus eſt. Vnde admiratur propheta, quòd omnium Deus paſſioni ſe tradiderit.

d *Dabit impios.* ideſt Gentes, quæ ſine pietate, Deo patri, quia mortuus & ſepultus eos acquiſiuit, & diuites, Iudæos ſcilicet, diuitijs legis & prophetarum gloriantes.

e *Diuites pro morte.* Scribas & Phariſæos doctrinæ legis diuitijs gloriantes.

f *Semen longæuum.* Verbum Euangelij ſcilicet, quod non veteraſcet ſicut vetus teſtamentum. vnde: Exijt qui. ſe. ſe. ſ.

g *Et voluntas domini in manu eius dirige, &c.* Vt quidquid pater voluit, illius virtutibus impleatur. vnde: Seruaui eos in nomine tuo, & quos dediſti mihi cuſtodiui.

h *Saturabitur.* Fide Gentium: vnde: Eſuriens & ſitiens ſupra puteū Iacob emptis cibis vti noluit, quia iam Samaritanæ, & eorum qui de ciuitate ad eum exibant, fide ſatiatus erat.

i *Fortium diuidet ſpolia.* Vnde: Cum diuideret cęleſtis vel altiſſimus Gētes. Et alibi: Rex virtutum dilecti di. Et de Paulo: Mane com. præ. & veſ. di. ſpo.

k *Cum ſceleratis.* Vt ſceleratos à peccato redimeret omnia omnibus factus. Peccata enim noſtra portauit in cor. ſuo. Cuius imitator Paulus ait: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrificarem. B

a Roga.

a ¶A peccato. b ¶Miſericordia indigemus. ¶Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. c ¶Tradentes eum morti ¶Errauí, ſicut ouis quæ perijt, quæ videlicet humeris pij paſtoris eſt reportata.

ſumus. Omnes nos quaſi oues erra- a

a ¶Prauam. ¶Proprium errorem, de crucifixo ſentientes diuerſa. b ¶A Chriſto, qui eſt vera via, clamantes: Crucifige &c.

uimus, vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit, & dominus poſuit in eo ini- b

a ¶Pœnam omnium iniquitatum, vel peccatorum noſtrorum, quam ſuſtinere nequiuimus, ſuſtinuit homo Deus b ¶Hoſtia pro nobis in ara crucis.

quitatem omnium noſtrum. † Oblā- c

a ¶Nemo coegit vnde: Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam.

tus eſt, quia ipſe voluit, & non ape- d e

a ¶Innocens, manſuetus. b ¶Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.

ruit os ſuum. † Sicut ouis ad occiſio-

¶Qui tollit peccata mundi.

b nem ducetur, & quaſi agnus coram

a ¶Non repugnans, ſed cum cæderetur a militibus, obmutuit.

† tondente ſe obmuteſcet, & non ape-

a ¶Ideo. ¶Paſſionis. b ¶Iniuſto.

c riet os ſuum. De anguſtia & de iudi- f g

a ¶In reſurrectione, quando data eſt illis omnis poteſtas in cælo & in terra. b ¶Diuinam vel humanā, quam nemo ratione humana comprehendit vel diſſerit.

cio ſublatus eſt. † Generationem eius h i

c ¶Rarus aut nullus. b ¶A Iudæis, & ſi Deo inſpirante ſciuerit.

quis enarrabit? † Quia abſciſus k

a ¶Conuerſatione hominum. vnde: Eradamus eum de terra viuentium. ¶Vt viueret in cælo. b ¶Delendum,

eſt de terra viuentium: propter ſce- l

a ¶Peculiaris. b ¶Permiſſione vnde: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues gregis. c ¶Romanis.

d lus populi mei percuſſi eum. † Et da- m n

a ¶Iudæos. b ¶Quia vſq; ad mortem perſecuti ſunt eum & munierunt ſepulcrum ſigillantes cuſ.

e bit impios pro ſepultura, & diuites

a ¶Quia morti tradiderunt eum. b ¶Quod de nullo alio poteſt dici. Nemo enim mundus a ſordibus

pro morte ſua, eò quòd iniquitatem o

a ¶Facto iniuſtus fuit. b ¶Verbo verus fuit

non fecerit, neque dolus † fuerit in

a ¶Ideo quia. b ¶Pater. c ¶Sola gratia. d ¶Percutiam paſtorem &c.

ore eius, et dominus voluit contere- p

¶Conteri. a ¶Sic. b ¶Carnis. ¶Filius.

re eum in infirmitate. Si poſuerit ani- q

a ¶Vitam. b ¶Noſtro. c ¶Fideles in perpetuum regnantes.

f mam ſuam pro † peccato, videbit ſe- r

a ¶Redemptio humani generis. b ¶Patris.

g men † longæuum, & voluntas domi- s

¶Opere. a ¶Implebitur.

ni in manu eius dirigetur. Pro eo, t u

a ¶Iudæis prædicando, miracula faciendo, patiendo, requiem in eis non inuenit vnde: Vulpes foueas habent &c. Et alibi: Laboraui ſuſtinens. ¶Fruſtra, quia noluerunt conuerti. b ¶Eccleſias in toto orbe de Gentibus.

quòd laborauit anima eius, videbit x

a ¶Doctrina. b ¶Non iuſtificatus, ſed iuſtificans.

h & ſaturabitur. In ſcientia ſua iuſti- y z a

a ¶Qui peccatum non fecit. b ¶Filius formam ſerui accipiens. c ¶Non omnes. Quia multi vocati, pauci electi.

ficabit ipſe iuſtus ſeruus meus mul- b

a ¶Pœnam iniquitatum. b ¶Quia illi non poterant. c ¶In corpore ſuo ſuper lignum.

tos, & iniquitates eorum ipſe porta- c d

a ¶Quia factus obediens patri vſque ad mortem. b ¶Pro Iudæis negligentibus Gentes fideles. Poſtula a me, & dabo tibi Gentes &c. c ¶Dæmonum.

i bit. Ideo † diſpertiā ei plurimos, & for- f e

a ¶Apoſtolus, vt alius Iudæis, alius Gentibus præſit. b ¶Genus humanum a diabolo ereptum. c ¶Fiet hoc. d ¶Filius. ¶Sponte.

tiū diuidet ſpolia, pro eo q̃ tradidit g h i k

a ¶Vitam. b ¶Vnde: Reputatus ſum cum deſcendentibus in lacum. &c. ¶Latronibus.

k in mortē animā ſuā, † & cū ſceleratis

## NICOL. DE LY.

ſ *Iudæi in hac captiuitate, fuerunt propter peccata Gentilium: & in hoc ſibiipſi contradicit, quia alibi in multis locis dicit, quòd hæc captiuitas eſt propter peccatum vituli conflatilis expiandum. Exodo 32. a.*

a Omnes nos quaſi oues errauim. &c. *Quia nullus quantumcunque iuſtus potuit euitare omnino peccatum ſaltem veniale.*

b Et poſuit dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum. *ideſt pęnam pro iniquitatibus omnium expiandis: Et quia Chriſtus hanc pęnam ex maxima charitate ſuſtinuit, ideo ſubditur,*

c Oblatus eſt. *ſcilicet ad paſſionem.*

d Quia ipſe voluit. *propter obedientiam Dei patris, & liberationem humani generis.*

e Et non aperuit os &c. *verbis recalcitrando, & iniurias pro iniurijs reddendo: ſed magis coram falsè accuſantibus & iniuſtè iudicantibus tacendo, ſicut patet ex Euangelijs. Cætera patent.*

f De anguſtia, & de iudicio ſubla. &c. *Hic conſequenter oſtenditur eius paſſio finaliter glorioſa, quia per eam tranſiit ad reſurrectionis gloriam, Luc. vlt. Opportuit pati Chriſtum, & reſurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam ſuam. & hoc eſt quod dicitur: De angu. ſ. mortis.*

g Et de iudi. *quo omnes deſcendentes ex diuina ſententia detinebantur in limbo.*

h Sublata eſt, *per potentiam ſuæ reſurrectionis.*

i Generationem eius &c. *quod ſecundum Hieron. ſuper Matt. intelligitur de generatione diuinitatis, quæ inenarrabilis & incomprehenſibilis eſt non tantum ab hominibus, ſed etiam ab angelis. Ambr. Impoſſibile eſt ſcire generationis ſecretum, mens deficit, vox ſilet, non mea tantum, ſed etiā angelorum. videtur tamen mihi ſaluo meliori iudicio, quòd melius exponatur de ſpirituali generatione per multiplicationem fidelium, ideo ſubditur,* C

k Quia abſci. eſt de terra vi. *per mortem corporalem, ad quem ſecuta eſt multiplicatio fidelium. ſecundum quod dicitur Ioh. 12. d. Niſi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipſum ſolum manet, ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ad generationem verò æternam filij non videtur habere aliquam conuenientiam quod ſequitur: Quia abſci. eſt.*

† Oppreſſus eſt & afflictus.
a *Cuſtodiens Sab*. Hiero. Ne.ſit.ſ. de ſex diebus, quibus factus eſt mundus. De quibus Apoſtoli non erant, quibus dicitur: Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret, &c. Ego elegi vos de mundo, idcirco odit vos mundus.
b. *Et non dicat*. Hoc contra Iudæos, qui ſibi tantum aduentum Chriſti vendicabant, & alios deſperare cogebant. Sed non eſt diſtinctio Iudęi & Græci.
c *Eunuchus*. Propter regnum cęlorum qui mortificãt membra ſua ſuper terram, quales erant Apoſtoli: Quibus pro difficultate rei admirantibus, & dicentibus: Quis poteſt ſaluus fieri? reſpondit Saluator: Qui poteſt capere capiat. Vnde Apoſtolus de huiuſmodi eunuchis, ideſt virginibus dixit: Pręceptum domini non ha. conſili. autẽ do. Eunuchi à natiuitate, eunuchi ab hominibus facti, eunuchi propter regnum cęlorum, omnes conſolatur, quia in lege dicebatur: Maledictus q non reliquerit ſemen ſu.ter. Quod de ſemine ſpiritualis operis dicitur, non prolis.
d *Quia hic dicit domin*. Duo propoſuit, proſelytos ſcilicet & eunuchos. Prius eunuchis dat pręcepta viuendi, & pręmia promittit: poſt ad proſelytos venit, quibus ſimilia promittit. Hic ergo loquitur eunuchis, qui deſperantes dixerunt: Ecce ego lignum aridum, ne ſe putent ſubiacere maledictioni legis.
e *Et filios adue*. Poſt eunuchos ad aduenas tranſit. & præmia promittit.
f *In ſeruos*. Qualis Paulus, qui de ſe ait: Paulus ſeruus Chriſti Ieſu, & Moyſes famulus Dei.
g *Holocauſta eorum*. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Et: Exhibeatis corpora veſtra ho. Deo vi. Holocauſtum totum offertur Deo, & inceditur. Victimæ pars ſacerdotibus datur. Holocauſtum Deo tribuit, qui mundum, relinquit, vt ſemper vacet orationi. Victimam, qui Deo ſeruit, & quę mundi ſunt diſponit iuſtè.
h *Super altari meo*. Fidem ſuper quam omnia offerunt, ſine qua impoſſibilè eſt Deo placere.

## NICO. DE LYRA.

¶ a Beatus uir qui faciet hoc, & fil. *ſcilicet quod poſtea ſubditur:*
b Cuſtodiens Sabbatum, ne polluat illud. *Per Sabbatum, quod erat ordinatum ſpecialiter diuino cultui, intelligitur omne illud quod pertinet ad diuinum cultum in noua lege.*
c Cuſtodiens manus ſuas. *à malis operibus, in quibus maximè eſt tranſgreſſio Sabbati & cultus diuini, magis quàm in operibus corporalibus vtilitati hominum deſeruientibus.*
d Et n.dicat filius aduenæ. *Hic conſequenter remouetur error oriens circa prædictam diſpoſitionem. Et diuiditur in tres partes, ſecundũm tres errores: Secunda pars incipit ſequenti cap. Tertia. 58. capitu. Prima in duas, quia primò ponitur erroris remotio. ſecundò doctorũ punitio, ibi: Omnes beſtiæ: Prima adhuc in duas, quia primò error tollitur, ſecũdò cõtraria veritas aſſeritur, ibi: Quia hæc dicit. Iſte autem error primus procedit ex defectu naturali, ſcilicet generis & prolis. Ex hoc enim quòd Gentiles conuerſi ad Iudaiſmum non admittebantur ad cætum Iudæorum æqualiter, quia recipiebantur ad legis obſeruantiam, non tamen admittebantur ſtatim ad ea quæ erant honoris,*

a ¶Hominibus. b ¶Quia beati qui cuſtodiunt iu. & fa. iuſtitiam omni tempore. c ¶Fortis.
mea, vt reueletur. Beatus uir qui a
a ¶Iudicium & iuſtitiam. b ¶Interioris hominis. vnde in Leuitico ſæpe homo homo dicitur.
facit hoc, & filius hominis qui ap
a ¶Strenue. b ¶Feriando a vitijs: inſiſtendo bonis operibus.
prehendet iſtud. Cuſtodiẽs Sab- b
a ¶Male operando. ¶Scilicet.
batum, ne polluat illud: cuſto- c
diens manus ſuas, ne faciat om-
a ¶Quodlibet peccatum. b ¶Proſelytus. ¶Gentilis.
ne malum. Et non dicat filius d
¶Per circunciſionem.
aduenæ, qui adhæret domino di e
¶Hoc. ſ. a ¶Cum veniet non dignans me æquali gloria.
cens: Separatione diuidet me do f
¶Iſraelitarum.
minus à populo ſuo. Et non di- g h
cat eunuchus: ecce ego lignum i
a ¶Quia ſine prole. ¶Vere.
aridum. Quia hęc dicit dominus k
a ¶Continentibus. ¶Vnde: Beata ſterilis immaculata, quę non cognouit virum in delicto. b ¶A vitijs ceſſando.
eunuchis. † Qui cuſtodierint Sab
a ¶De præceptis meis.
bata mea, & elegerint quæ ego l
a ¶Non præcepi. vnde: Qui poteſt capere capiat. ¶Continentiam. ¶Non quæ pro imbecillitate permiſi. b ¶Omni fide. c ¶Bonum. ¶Quod pepegerunt mecum in bapiſmo.
volui, & tenuerint fedus meum, m
a ¶In domo patris mei man. mul. ſunt. b ¶In numero prædicatorum. ¶Vt muniant ſubiectos verbo & exemplo.
dabo eis in domo mea & in mu n o
a ¶Quod nulla obliuione delebitur. ¶Excellentius ſcilicet, quam ſi filios & filias generaſſent.
ris meis locum, & nomen me- p q
¶Chriſtianum, quod non deficiet.
lius † à filijs, & filiabus. Nomen r
ſempiternũ dabo eis, quod non
¶Vel is. a ¶Gentilis.
peribit. Et filios aduenæ qui ad- s
a ¶Fide. b ¶Dabo. c ¶Seruiendo, honorando.
hærent domino vt colant eum,
a ¶Quaſi filij. b ¶Quod eſt Chriſtus. c ¶Chriſti. ¶Filij.
& † diligant nomen eius, vt ſint
a ¶Eunuchum aduenam.
ei in ſeruos: omnem cuſtodien-
¶Vt ſupra.
tem Sabbatum, ne polluat il-
a ¶Vt ſemper inſtet orationi. vnde: Sine intermiſſione orate.
lud, & tenentem fœdus meum:
a ¶Chriſtum ipſum, qui mons domini, vel eccleſiam præſentem, vel dogma veritatis.
adducã eos in montẽ sãctũ meũ, t
a ¶In eccleſia vel in æterna beatitudine.
& lętificabo eos in domo oratio- u
a ¶Spiritualia. b ¶Eunuchorum, qui ſe totos conſecrant domino.
nis meæ. Holocauſta eorum, & x
a ¶Victima a vincendo. b ¶Aduenarum, qui ad tempus vacant orationi.
uictimæ eorum placebunt mihi
a ¶Chriſto. b ¶Non figurale templum.
ſuper altari meo: † Quia domus
a ¶Eccleſia, extra quam nec ſacrificij nec orationis locus eſt. b ¶Non taurorum, non hircorum.
meã domus orationis vocabi-
a ¶Non tantum Iudeis. b ¶Hoc promittens.
tur cunctis populis, ait domi- y
a ¶In vnum ouile. vnde: Vt filios Dei, qui erant diſperſi congrega. in vnum.
nus Deus, qui congregat di- z
a ¶Iſrael duodecim tribus per mundum, vel per diuerſos errores. ¶Quibus ſcribit Petrus, quaſi electis aduenis diſperſionis. b ¶Diſperſis congregatis. c ¶Ego pater.
ſperſos Iſrael. Adhuc congre- a

*honoris, ſed aliqui in tertia generatione & aliqui in decima, & aliqui nunquam, vt dictum fuit plenius Deuterono. vigeſimotertio. & ex hoc credebant quòd in præmio beatitudinis eſſet tanta diſtantia. & hoc remouetur cum dicitur: Et non dicat filius aduenæ, id eſt, Gentilis natione.*
e Qui adhæret do. *per veram fidem.*
f Separatione diuidet me do. *in retributione iuſtorum.*
g A populo ſuo. *ſci. Iudaico. Similiter: quia defectus prolis in lege erat vituperabilis, aliqui ſimplices prole carentes, quamuis eſſent de populo Iſrael, æſtimabant ſe deficere à pręmio iuſtorum, eò quod non multiplicauerant populum: & hoc remouetur cùm dicitur:*
h Et non di. eunuchus. *id eſt impotens ad generandum.*
i Ecce ego lignum aridum. *& non faciens prolis fructum: & ſubintelligitur diminutio mercedis vel ablatio.*
k Quia hęc. *Hic conſequenter contraria veritas aſſeritur, videlicet quòd eunuchus, & Gentilis veniens ad fidẽ, tantum bonum cõſequetur gratiæ in præſenti & gloriæ in futuro, cæteris tamen paribus, quantum recipiet Iudæus natione & dotatus multa prole, & hoc patet impletum in noua lege, Act.10.g. vbi ſpiritusſanctus in ſigno viſibili deſcendit ſuper Cornelium & alios Gentiles cum eo exiſtentes, ſicut ceciderat ſuper Apoſtolos & alios fideles de Iudæis exiſtentes. propter quod dicit Paulus Apoſtolus Rom.10.c. Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci: nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. & hoc eſt quod dicitur: Quia hæc dicit domi. id eſt debitè Deum coluerint.*
l Et elege.quæ ego uolui. *ſcilicet iuſtè viuere cum proximo.*
m Et tenu.fœ.meum. *id eſt legem Euangelicam per quam Deo fœderamur.*
n Dabo eis in do.mea. *i. in eccleſia militante, vt dictum eſt ſuprà.2.ca.*
o Et in mu. me. *i. in eccleſia triumphante, quæ per muros intelligitur, eò quod violentia non poteſt ibi inferri.*
p Locum. *recipiendo gratiam in præſenti & gloriam in futuro.*
q Et nomen me. *Iſtud propriè refertur ad illos qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, per caſtitatis obſeruantiam, quæ melior eſt & magis meritoria quàm fœcunditas prolis, ſecundum quod dicit Saluator Mat.19.b. Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum, qui poteſt capere capiat. i. tãtum bonum propter ſui altitudinem non præcipitur, ſed conſulitur.*
r Nomen ſempiternum dabo eis. *quod non poteſt intelligi de vita præſenti, vbi non continuatur nomen talium per ſucceſſionem generationum, ſed intelligitur de vita beata. Conſequenter oſtenditur propoſitum in Gẽtilibus, cum dicitur:*
s Et fi.ad. *& patet ſentẽtia ex dictis vſq; ibi:*
t Adducam eos. *i. in gloriam cæleſtem, vbi nihil admittitur niſi ſanctum. Apoc.21.g. Nõ intrabit illam aliquid coinquinatum: Et præmittitur hic ſtatus eccleſiæ triumphantis, eò quòd eſt primus in intentione. Et ſubditur ſtatus eccleſiæ militantis, cum dicitur:*
u Et lę.e. *orationes eorum acceptando, ideo ſubditur:*
x Holocau.e. *& dicuntur holocauſta & victimæ quæcunq; bona ad gloriam Dei facta. Pot etiã hoc accipi ſpecialiter de euchariſtia, quę eſt ſacrificiũ fideliũ, & dicit holocauſta et victimæ in plurali, quia continet in ſe virtutem omnium ſacrificiorum ueteris legis modo ſupereminenti.*
y Cunctis po. *ſine aliqua acceptatione. ꝑ qđ dixit Petrus Act.10.e. In veritate cõperi, qđ non eſt perſonarum acceptor Deus, &c.*
z Qui congregat diſperſos Iſrael. *i. omnes electos in vnitate charitatis & fidei.*
a Adhuc &c. *quia poſt cõgregationẽ fideliũ in vita pñti mõ pdicto, fiet iterũ cõgregatio ipſorũ in cęlo & illa cõgregatio amplius non diſpergeť.*

† Iere.5 b. Mat.21.b. Mar.11.c Luc.19.g.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E eſt Deo placere. Vnde: Iuſtus autem in fide ſua viuet.

† cōgregationes — Abacu. 2. a. — Luc. 23. c.

a *Omnes be.* Vox prophetæ, qui aduocat Romanos ad excidium Ieruſalem, quibus penè totus orbis ſeruiebat. Vel per beſtias dæmones, quibus ad deuorandum Iudæi traditi ſunt.
b *Cęci.* Non habentes Chriſtum verū lumen, vel fidem & alias virtutes.
c *Canes.* Sicut canes gregē, ſic prælati debent cuſtodire plebem. Canes im. Quod eſt: Sicut canes ſine diſcretione etiam bonos ſępe perſequuntur: ſic & Iudæi impudenter clamauerunt: Crucifige crucifi eum: nec domini ſaturati ſunt opprobrijs.
d *Venite ſuma.* Sic peruertebāt qui corrigere debuerant. Et quia omnes peccauerunt, traditi ſunt in manus Romanorum. Moraliter. Venite videmus exempla malorum, nec inebriemur vino in quo eſt luxuria, nec voluptatibus obruamur, nec contra aduerſarios muti ſimus.

Moraliter — Ephe. 5. d. — † d. ſanitationem

## NICOL. DE LYRA.

a Omnes be. *quia error præmiſſus procedebat ex ignorantia credentiū. Hic conſequenter ponitur punitio doctorum, qui debebāt eos de contraria veritate docere: & ita fuit in deſtructione Ieruſalem per Titum, qui Sacerdotibus noluit parcere, dicens, iuſtum eſſe ſacerdotes cum templo perire. Et hoc eſt quod dicitur: Omnes beſ. a. id eſt multitudo exercitus Romani.* (†Iere. 6. c.)
*b* Venite ad deuorandum vniuerſæ beſtiæ ſaltus. *id eſt ad deſtruendum ſacerdotes & templum. & cauſa ſubditur:* (†Sap. 2. b.)
F *c* Speculatores eius. *id eſt ſacerdotes & doctores, ad quos ſpectat pericula prænidere, & populo nunciare.*
*d* Cæci o. *id eſt in cognitione Saluatoris, quē reprobauerunt. propter quod de ipſis dicitur Matt. 15. c. Cęci ſunt & duces cęcorum.*

a ¶Chriſtum. b ¶In prædeſtinatione.
gabo ad eum †congregatos eius.
a ¶Gentes ſine ratione. b ¶Mundi. c ¶De longinquo.
a Omnes beſtiæ agri venite ad de- a b
a ¶Iudæum non credentem in Chriſto. ¶Cœleſtem panem carnem agni. b ¶Ne tradas beſtijs animas con. fi.
uorandum, vniuerſæ beſtiæ ſal-
a ¶Incultæ Gentilitatis. b ¶Scribæ & Phariſæi, Sacerdotes, reges, principes. ſic & hodie in eccleſia. ¶Quia. c ¶Si cæcus cæcum ducat, ambo in foueam cadunt.
b tus. Speculatores eius cæci om- c d
a ¶Deum veram lucem.
nes, neſcierunt vniuerſi, † canes e
a ¶Sine voce prædicationis contra inimicos. b ¶Quia aſtricti vitijs. c ¶Prædicare.
muti, non valentes latrare, viden f
a ¶Sapientes in mundo. b ¶In peccatis.
tes vana, † dormientes & aman- g
a ¶Quibus decipiebantur a dæmonibus. Quaſi: nō poſſunt loqui veritatem ſed mendacium.
c tes † ſomnia, & canes † impudētiſſi
a ¶Peccatorum. vnde: Canis reuerſus ad vomitum. Et alibi: Qui deuorant plebem meam ſicut eſcā.
mi neſcierunt ſaturitatem. Ipſi pa h
a ¶Qui & canes. b ¶Legis & prophetarum. vnde: Erratis neſcientes ſcripturas.
ſtores ignorauerunt intelligen- i
a ¶Prauam. b ¶Non Dei. ¶Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt.
tiam. Omnes in viam ſuam decli k
a ¶Quia a via domini declinauerunt. b ¶Quę ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti quærentes.
nauerunt, † vnuſquiſque ad auari l
a ¶A principibus. ¶A planta pedis, vſque ad verticem non eſt in eo ſanitas.
tiam ſuam, à ſummo † vſque ad
a ¶Populum. b ¶Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.
d nouiſſimum. † Venite ſumamus m
a ¶Vel ſiceram: In Hebr. enim ſicera eſt omne quod inebriare poteſt.
vinum, & impleamur ebrietate:
a ¶Vnde ſupra: Neſcierunt ſaturitatem.
& erit ſicut hodie, ſic & cras, & n
multò amplius.

G *e* Canes mu. *quia non latrabant contra populi vitia, eò quod erant ſimilibus & maioribus peccatis irretiti.*
*f* Videntes uana. *quia tunc magis ſtudebant in curioſis, vtpotè curſu ſyderum, & ſimilibus, quàm in lege & prophetis. propter quod Saluator dixit eis Matthæi decimoſexto a. Faciem cœli dijudicare noſtis, ſigna autem temporum non poteſtis. Et vocat ibi temporum ſigna, quæ de aduentu Chriſti per prophetas erant dicta.*
*g* Dormientes & amantes ſomnia. *in hoc notat eos de carnalitate, & etiam de guloſitate, cùm ſubditur: Canes impudentiſſimi neſcierunt, & cæte.*
*h* Ipſi paſtores. *id eſt ſacerdotes & doctores, qui paſcere debent populum verbo & exemplo.*
*i* Ignorauerunt intelligentiam. *veram ſcripturarum. propter quod Saluator improperat eis Marc. ſeptimo, quòd irritabant mandata Dei propter traditiones ſuas. & de falſo intellectu in ſcriptura arguit eos in pluribus locis Euangelij.*
*k* Omnes in ul. ſu. decli. *Et quæ ſit illa ſubditur cum dicitur:*
*l* Vnuſquiſque ad aua. ſuam. *Sacerdotes enim & Scribæ multum ad auaritiam declinauerunt, & ſub ſpecie religionis, oblationibus & conſimilibus populum multipliciter ſpoliabant, propter quod ſtatuerant in templo homines qui vendebant oues & boues & numularios, vt dictum fuit plenius Iohan. 2. & Matt. 21. vnde & in libro Heb. quod dicitur Ionia, & eſt autenticus apud Iudæos, dicitur quod in ſecunda domo erant auaritiæ intenti. Et vocatur ſecunda domus templum in reditu captiuitatis Babyloniæ ædificatum, vbi Chriſtus fuit oblatus, & vbi legitur pluries docuiſſe.*
H *m* Venite ſumamus vi. *Iſtud erat verbum eorum ſemetipſos ad carnalitates inuitantium.*
*n* Et erit ſi. h. ſic &. *quia ſemper inueniebant nouos modos extrahendi pecuniam à populo ad continuandum iſta, & ampliandum.*

*e* Canes

## GLOS. ORDINARIA. CAP. LVII.

I *Vſtus perit.* Hæc referūt Iudæi ad Iſaiam, qui ſerra lignea ſectus eſt à Manaſſe impijſſimo rege, & alios prophetas quos ipſe occidit, appellant viros miſericordiæ. Sed verius hoc de illo dicitur, qui eſt ſummè iuſtus: de quo: Nihil tibi & iuſto illi. Et Pilatus: Quid faciam de Ieſu, qui dicitur iuſtus? (Mat. 17. b. — Ibidem. ſ.)
b *Et ne. eſt.* Propter ſpeculares cęcos & canes mutos.
c *Qui.* quia cæci & multi ignorantes ſapientiam, non cogitant ea quæ Dei ſunt.
d *Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo, qui ambulauit in.* Propheta precatur vt Chriſtus veniat, & reſurgens à mortuis requieſcat in cu. in gloria. ſ. paternæ maieſtatis, vel in eccleſia in qua in directione ambulauit: quia peccatum nō fecit, nec ineſt do. in o. c.

† & nemo eſt qui aduertat, qđ iuſtus prę malo perit. — 1. Pet. 2. d.

a Super

## NICO. DE LYRA. CAP. LVII.

I Vſtus pe. *Hic remouetur error ſecundus qui prouen iebat ex defectu pęnali. Ex hoc enim quòd aliqui conſiderabant iuſtos de cōmuni curſu temporaliter affligi præ cæteris, & maximè Chriſtum & Apoſtolos & infideles alios in primitiua eccleſia, cogitabāt quod hoc eſſet pro peccatis eorum, & refugiebant vitam & doctrinam ipſorum, ad oppoſita vitia ſe conuertentes in nouo & veteri teſtamēto: & ſecundum hoc præſens capitulum diuiditur in duas: quia primò error excluditur. ſecundò malitia eorum arguitur ibi: Vos autem. Circa primum dicitur:* (Diuiſio — † adulteri)
*a* Iuſtus perit. *i. Chriſtus qui morte confuſibili ex hoc mundo tranſiit.*

*b* Et ne.

*b* Et ne. eſt qui rec. *quod hoc non eſt propter ſuum delictum, ſed propter noſtrum expiandum.*
*c* Et ni miſericordiæ. *id eſt Apoſtoli alijque fideles ex compaſſione animarum ſe laboribus & tormentis exponentes.*
*d* Colligun. *de vita præſenti, ſicut fructus maturi ad reponendum in horreo cęleſti.*

## CAP. LVII.

a ¶Quia. ¶Chriſtus moritur. b ¶Opinione infidelium, vel immenſitate tormentorum. c ¶Reproborum Iudæorum.
a b c I Vſtus perit, & † nemo eſt q re- a b
a ¶Eum pro nobis non poſſe cruciari. b ¶Apoſtoli miſericordia Dei ad nos miſſi.
cogitet in corde ſuo, & uiri miſe- c
a ¶De mundo ad Deum per tormenta tranſeunt.
ricordiæ colligunt: † qa non eſt q d e
a ¶Eos iniuſte pati, & ideo iuſte coronari. b ¶A præſentia peccati: vel quia peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitiæ viuamus:
intelligat. A facie enim mali- f
a ¶Vt mala ſcilicet ſeculi non videat. b ¶Ad dexteram patris. ¶Chriſtus.
d tiæ collectus eſt iuſtus. † Veniat g h
a ¶Ad Gentes per Apoſtolos, quibus dictum eſt: Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. b ¶Chriſti. c ¶Aeterna beatitudine.
pax, requieſcat in cubili ſuo, qui- i k
a ¶Recto tramite rediens, ad patrem. b ¶Sublato iuſto.
ambulauit in directione ſua. Vos l m
a ¶Auſcultate verba mea. b ¶Iudaicæ Gentis, quæ & idola coluit, & auguria obſeruauit.
autē accedite huc filij auguratri-
a ¶Quę derelicto Deo adhęret diabolo. b ¶Quę mœchata eſt cum ligno & lapide.
cis, ſemē † adulterę, & fornicarię. n

*e* Non eſt qui intel. *quod hoc ſit bonum ipſorum, ſed magis ad malum vt eſtimant, quod excluditur cum ſubditur:*
*f* A facie e. ha. *hominum præſentis vitæ.*
*g* Collectus eſt in. *in horreo cęleſti.*
*h* Veniat pax. *cæleſtis ſuper eum.*
*i* Requieſcat in c. *id eſt in gradu gloriæ ſibi præparato.*
*k* Qui ambula. *in præſenti vita.*
*l* In directione ſ. *non declinando à recta via.*
*m* Vos. *Hic conſequenter arguitur errantium malitia, ſcdò cōmendatur redeuntium pęnitentia, ibi: Qui autem. tertiò amborū differentia, ibi: Nō enim, & c. Prima in duas: quia primò arguitur malitia populi Iudaici captiuitatem Babylonicam præcedens, ſcdò ſubſequens, ibi: In multitudine. Malitia autem præcedens potiſſimè fuit idololatria, propter quam ſecuta eſt captiuitas illa, vt patet ex 4. Re. & 2. Palip. & hoc eſt quod dicitur: Vos au. acce. huc filij au. i. Gentis Iudaicæ, quæ fuit multum intenta augurijs tempore Manaſſe & aliorum regum malorum.*
*n* Semel adul. & for. *ſic eſt in Heb. et in libris correctis. Vocatur aūt hic adulter ipſum idolum, & fornicaria ipſa Iudæa, quæ per idololatriam cum idolo fornicata fuit: & ſic poſteri eorum dicuntur filij fornicariæ & adulteri. & non ſolū illi qui fuerūt ante captiuitatē Babylonis, ſed etiam illi qui fuerunt poſt, etiam tempore Chriſti, quia ſicut merita patrum, vt Abraham, Iſaac, & Iacob, recordantur ad laudem bonorum, ita mala idololatrarum improperantur malis.*

a Super



A a *Super quem.* Vox filij Super quem lu. Q. Niſi ſuper me. dicētes: Prophetiza, quis eſt qui te percuſſit?
b *Nunquid non.* Tropologicè poſſunt hęc de hæreticis legi, qui ſunt filij ſceleſti, mendaces, ſemen diaboli, qui eſt pater mendacij, qui conſolantur ſe in ſectæ ſuæ ſimulacris: ſubter lignum frondoſum. ſ. voluptates ſuas. Sicut Adam poſt peccatū abſcondit ſe ſubter lignum, ne Dei pateret aſpectui. Hi filios quos deceperunt, immolant in vallibus, id eſt in baratro impietatis ſubter imminētes petras, quæ ſemper minantur ruinam. Quæ pro diuerſitate mendacij & varietate peruerſorum dogmatum plures dicuntur petræ. Nos autem vnam petram habemus, quę ſemper populum Dei ſequitur, de qua populus Iſrael bibebat, cū familiaritate domini fruebatur.
c *Libamen.* Vinum, oleum, & huiuſmodi liquores. Sacrificiū panis, victima, & huiuſmodi.
d *Super mon. ex.* Hæretici quoque qui eleuantur in ſuperbiam, qui eccleſiæ humilitate contēpta ſibi excelſa promittunt, dogmatum ſuorum montes aſcendunt, vbi cubile ſuum dæmonibus proſtituunt. Et quia cōuerſi ſunt retrorſum, vxorem Loth imitantes, mutantur in ſtatuam ſalis, habentes imaginem eccleſiaſticæ conditurę, & ſaporem non habentes: qui proijciuntur foras, vt conculcentur ab hominibus.
e *Et poſt oſti.* Q. Non ſolùm in montibus idola adoraſti, ſed etiā poſt oſtiū poſuiſti, vt ingrediens & egrediens videres, & ſemper adorares.
B f *Quia iuxta me di.* Metaphora adulterę, ſicut ſupra meretricis, quaſi dormiente viro clam ſuſcipiat adulterum, & diſcooperiat pallium, dilatet ſtratum, & faciat pactum quaſi dotis inſtrumentum: In quo ſignificat, quod etiam in templo ſimulacrum Baal poſuerunt, ſicut & meretricem arguerat, quòd in introitu domorum & in locis tenebroſis poſt oſtia pſtituta ſit omnibus expoſita intrantibus.
g *Miſiſti legatos.* Vt afferrent longinqua idola, quaſi non ſufficiant vicina. Et in hoc Babylonios & Aegyptios Deos ſignificat.
h *In multitudine viæ tuæ laboraſti.* Qui ambulat via regia non laborat. Vna eſt via veritatis, quę dicit: Ego ſum via, veritas & vita. Multæ ſunt vitæ mundanorum. vnde: Non ſicut viæ meæ ſunt viæ veſtræ.

a Qui au-

## NICO. DE LYRA.

a Super quem luſiſtis? *id eſt illuſiſtis Chriſtum ſputis & colaphis illudendo.*
*b* Super quem dilataſtis os? *ipſum diffamando & vituperando.*
*c* Et eieciſtis linguam. *ipſum blaſphemando, quæ patent in multis locis in Euangelio. quaſi dicat, hoc non feciſtis ſuper hominem tantùm, ſed etiam ſuper Deum & ſaluatorem veſtrum.*
*d* Nunquid non uos filij ſceleſti. *id eſt ſceleribus pleni.*
*e* Semen mendax. *quaſi dicat, ſic.*
*f* Qui conſolamini in dijs ſubter omne lignum frondoſ. *Ibi enim colebant idola, & in locis vmbroſis iuxta hoc luxuriam exercebant in venerationem aliquorum idolorum, ſcilicet Veneris & Priapi.*
*g* Immolantes paruulos in torrentibus. *ita quòd ſanguinem in parte decurrere faciebant intra aquam ad habendum ibi diuinationem.*

*h* Subter

a ¶Niſi ſuper me? b ¶In paſſione. ¶Conſpuendo faciem, vellendo barbam.
a † Super quem luſiſtis? ſuper quem a b
a ¶Inclamantes: Crucifige crucifige. b ¶Vnde: Poſuerunt os ſuum in cœlum. c ¶Samaritanus es tu, & dæmo. ha.
dilataſtis os, & eieciſtis linguam? c
a ¶Quaſi: Vos ita feciſtis, qui eſtis filij ſcele. b ¶Vos ex patre diabolo eſtis.
b Nunquid non vos filij ſceleſti, ſe d e
a ¶Filij diaboli, qui eſt pater mendacij. Vnde: Mendax eſt, & pater eius.
men mendax? Qui † conſolami- f
¶Alienis.
ni in dijs, ſubter omne lignum
a ¶Immolauerunt filios & filias ſuas dæm. ¶Dijs. b ¶Innocentes.
frondoſum, immolantes paruu- g
¶Velim.
los in torrentibus ſubter eminen h
a ¶Quaſi: Derelinquens domum Dei, iuxta torrentes immolaſti.
tes petras. In † partibus torrentis i
¶O Ieruſalem. a ¶Cultus idolorum. ¶Dijs.
pars tua: hæc eſt ſors tua. Et ipſis k
a ¶Sacrificaſti.
c effudiſti libamen, obtuliſti ſacri- l m
a ¶Peccatis tuis.
ficium. Nunquid ſuper his † non n
a ¶Vindicando: quia. b ¶Quaſi: Merito indignabor, c ¶Hoc in tempore Iſaiæ, ſub rege Achaz maxime.
d indignabor? Super montem ex- o
a ¶Vt idola coleres, & luxuriam expleres.
celſum & ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcēdiſti vt im
a ¶Tutelæ ſimulacrum in tuitionem domorum.
e molares hoſtias. Et poſt oſtium p
¶Id eſt. a ¶Idolum in memoria habendum.
& retro poſtem poſuiſti † memo
a ¶Etiam. ¶Te.
f riale tuum. Quia † iuxta me diſco q
a ¶Diabolum.
operuiſti, & † ſuſcepiſti adulte-
a ¶Vt ſuſciperes.
rum. Dilataſti cubile tuum, & r
a ¶Vt ad me non redires.
pepigiſti cum eis fœdus. Dile- s
a ¶Adulterium. b ¶Adulterorum. c ¶Opere d ¶Sine verecundia, vt turpitudinem non abſconderet.
xiſti ſtratum eorum † manu aper
a ¶Diabolico. Diabolus enim rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. ¶Idolum Moabitarum. Moloch vel Molon interpretatur rex, cui ornabat ſe Ieruſalem.
ta: & ornaſti te regio vnguēto, & t u
a ¶Quaſi varia ornamenta quæſiſti, vt viſu & odore adulteros prouocares. ¶Inſuper.
g multiplicaſti pigmenta tua. Miſi x
a ¶Ideo. b ¶De culmine caſtitatis in baratrum libidinis.
ſti legatos tuos pcul, et humilia- y
h ta es vſque ad inferos. In multitu- z
a ¶Actionis prauæ. b ¶Declinando ad dexteram vel ad ſiniſtram.
dine uiæ tuæ † laboraſti: nec di- a
a ¶Pœnitendo. ¶Ab opere malo. b ¶Abundantiam diuitiarum ¶Alias Viam.
xiſti: † Quieſcam. Vitam ma- b
nus tuæ inueniſti: propterea non c
a ¶Corde & ore. ¶Me. b ¶Pro diuitijs cuſtodiendis. ¶Quia in diuitijs confidens me rogare noluiſti. Et ideo multos timuiſti.
† rogaſti. Pro quo ſollicita ti- d
a ¶Hoſtes vel Deos, a quibus te eas habere putabas. b ¶Dicens: Omnia quæ locutus eſt dominus faciemus. c ¶Dicentis: Honora dominum, & confortaberis.
muiſti? quia mentita es, & mei e
a ¶In lætitia tua.
non es recordata: neque cogi- f
¶Hoc ſcilicet.
taſti in corde tuo, † quia ego ta-

C *b* Subter eminētes petras. *De rupibus enim ſolent torrentes deſcendere.*
*i* In partibus torrentis pars tua. *hoc dicitur, quia ad immolandum pueros eligebant talia loca,*
*k* Et ipſis. *id eſt idolis.*
*l* Et effudiſti libamen. *de parte ſanguinis puerorum. Libamen enim eſt oblatio de liquidis.*
*m* Obtuliſti ſacrificium; *de carnibus eorum.*
*n* Nunquid ſuper his non indi. *q. d. ſic. Tum propter effuſionem ſanguinis innocētis: Tum quia hoc fiebat ad impendendum obſequium idolis.*
*o* Super mont. excel. *ad fornicādum per idololatriam.*
*p* Et poſt oſtium. *vt ſic ingrediendo & egrediendo domum, videres idolum, vt ſic non elaberetur de tua memoria.*
*q* Quia iuxta me diſcooperuiſti. *loquitur de Iudæa ſicut de adultera effrenata, quæ in eodem lecto recipit adulterum cum marito: & hoc fuit impletū potiſſimè tempore regis Manaſſe, qui poſuit idolum in templum domini. 2. Paralip. 33.*
*r* Et pepi. cum eis fœd. *ſ. idololatriæ.*
*s* Dilexiſti ſtra. eo. m. aperta. *ſ. ad faciendum expenſas magnas in idololatria.*
*t* Et orna. te regi. *ſic eſt in Heb. & in libris correctis.*
*u* Vnguento. *quo meretrices pingunt facies ſuas, vt magis placeant adulteris. & hoc fuit impletū maximè tempore Ioram filij Achaz regis Iſrael per Iezabel matrem eius, quæ ad introitum Iehu in Iezrahel depinxit oculos ſuos ſtibio, & c. vt placeret ei, ſicut habetur 4. Reg. 9.*
*x* Miſi. le. t. pro. *ſ. ad Theglatphalaſar regē Aſſyriorum tempore Achaz, vt patet 4. Reg. 16. & ad regem Aegypti tempore Sedechiæ, confidendo de hominibus, & de domino diffidendo: propter quod ſecuta eſt captiuitas Babylonica, vt habetur 4. Regum. vlti. ideo ſubditur:*
D *y* Et humiliata es uſque ad inferos. *In Hebræo habetur: Vſque* שאול *ſeol. quod aliquando accipitur pro foſſa, aliquando pro inferno, & vtroque modo accipitur hic, quia in captiuitate Babylonica multi fuerunt mortui in peccatis ſuis, quorum cadauera in foſſis fuerunt proiecta, & animæ ad infernum deſcenderūt.*
*z* In multitudi. *Hic conſequenter ponuntur peccata Iudæorum poſt captiuitatem Babylonicam, inter quæ primum fuit auaritia, vt dictum eſt ſupra: & ex hoc proceſſerunt alia, quia ſecundum quod dicitur 1. Tim. 6. b. Radix omnium malorum eſt cupiditas. & hoc eſt quod dicitur: In multitudine. quia rectores populi, vt ſacerdotes & huiuſmodi, per diuerſas vias quærebant extorquere pecunias à populo.*
*a* Nec dixiſti, quieſcam. *quia auaritia ſemper iuueneſcit.*
*b* Vitam manus tuæ in. *id eſt omnia neceſſaria ad vitam venerunt tibi ad manum.*
*c* Propterea non ro. *me deprecando deuotè, quia homines pleni diuitijs obliuiſcuntur Dei. Deutero. 31. b. Incraſſatus eſt dilectus & recalcitrauit: incraſſatus, impinguatus, dilatatus, ſcilicet diuitijs. & ſequitur: Dereliquit deū factorem ſuum, & cætera.*
*d* Pro quo ſolicita timuiſti? *Hic incipit verſus in Hebræo, & legatur interrogatiuè, vt ſit ſenſus: Pro quo ſolicita timuiſti? quaſi diceret, non pro me, nec pro cultu nominis mei, ideo ſequitur:*
*e* Quia mentita es. *ſcribitur enim Exod. viceſimoquarto a. Venit ergo Moyſes, & narrauit plebi vniuerſa verba domini atque iudicia. Reſponditque totus populus vna voce: Omnia verba domini quæ locutus eſt faciemus: & ſic promiſit pro ſe & pro ſua poſteritate legem domini ſeruare, quod non fecit.*
*f* Neque cogitaſti in corde tuo, quia ego t. & qua. & c. *i. diſſimulās punire peccata vſque ad tp̄s, tamen poſtea punio grauius, ideo ſubditur:*

† coitiō cū dijs. — † conſolationem ac ciuiam? Pingere faciem ſtibio. — † ſuffitum tuum. — † ab ſeq; me — - fœdus — † in loco quem vidiſti. Et profecta es cū oleo ad regem. — † an non ego ſēper tacerē, & tu nō timeres me?



a Ego

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Qui autem fiduciam habet mei.* Qui idola non coluerunt, vel in captiuitatem ducti pęniterunt: ſub Zorobabel & alijs ducibus reuerſi, Deum ſuum in loco ſuo adorauerunt ſecũdum Heb. Qui au.fi. Allego. Qui in eum verè cõfidunt, terram viuentiũ hæreditabũt, ſecundum illud: Credo videre bona domini in terra viuentium. *Allego. Pſal. 26.d.*

b *Poſſide.mon. ſan.tu.* ſ. legem veteris & noui teſt. vtrunque enim in monte datum. Et ad præmiorum † altitudinem inuitat. vel Chriſtum, de quo: Venite aſcendamus ad montem domini. *† multitudinem* *Mich. 4.a.*

c *Et dicam.* ego Chriſtus ſcilicet Apoſtolis. Viam faci. bene prædicãdo, præbete iter in exemplum eis bene operãdo. auferte offendicula per baptiſmũ peccata abluendo, idolorum cultum prædicatione amouendo.

d *Quia hæc dicit.* Increpatione contra Ieruſalem finita, venit ad eos qui confidunt in dño, quorum reuerſioni iter iuſſerat præparari. Vnde & à laudibus Dei incipit, & quæ redeũti populo ꝓmiſerit, conſequenter oſtendit.

e *Non enim in ſempiternum liti.* Non in ſempiternum ſeruabo iram meam, neque cauſabor cum creatura mea, ſed percutiam in præſenti, vt ſanem in futuro.

f *Quia ſpi.* Pax gaudiũ, vita omnium, quo ſenſum dat & intellectũ. Q. Quia & ſpiritum viuificãtem tribuo, & animam creo, indignũ eſt vt æternaliter pereant. Referuntur autem hæc generaliter ad omnes fideles, qui corripiũtur in præſentià domino, ſpecialiter ad Iudæos. *- dominus*

g *Abſcondi à te faciem meam.* Scilicet auxilium meum, vt amplius deſideres dicens, Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. *Pſal. 79.b.* F

h *Abijt.* Quod quidam intelligẽs ait: Tota die contriſtatus ingrediebar. *Pſal. 37.b.*

i *Vias eius.* Allego. Videt actiones bonas credentis populi, & reddit conſolationẽ ſpiritusſancti, qui paracletus. i. conſolator dicitur, quam Adam per inobedientiam perdidit, pęnitẽtibus & peccata lugentibus reddit. *Allego.*

k *Creaui.* Q. Liberationem à captiuitate, quã per Ieremiã poſt lxx. annos ꝓmiſi, opere cõpleui. Crea. fructũ l. Allegori. Quod de filio per prophetas ꝓdixi, adimpleui, faciens per ipſum pacem Iudæis, qui per legem propè; & Gentibus, quæ à Deo longè: quia ſine lege *Iere. 25.c.* *Allego.*

a ¶Diſſimulando. Quaſi: & ſi non timore, ſaltem propatientia mea r dit . ¶Ad horam non ſemper. Tacui: nunquid ſemper tacebo? b ¶Peccata tua.

cẽns, & quaſi non vidẽns, & mei

a ¶Sed. ¶Qui diu tacui. b ¶Omnibus. ¶Tandem tradens te Chaldęis, Romanis vel iudicio. c ¶Ironice.

oblita es. Egõ annunciabo iuſti- a b

a ¶Idola. ¶Quę contra me egiſti tempore paſſionis.

tiã tuam, & opera tua nõ prode- c d

a ¶In iudicio. b ¶Ad me tempore captiuitatis, vel in die iudicij. c ¶A periculo.

runt tibi. Cùm clamaueris, libẽ- e f

a ¶Dij ex diuerſis Gentibus acquiſiti.

rent te congregati tui. Et omnes g

a ¶Deos. b ¶In tempore captiuitatis. c ¶Impetus hoſtium. d ¶Idem eſt.

eõs auferet ventũs, tollet † aura.

a Qui autem fiduciam habet mei, h

a Viuentium. b ¶Ieruſalem cęleſtem, vel ſcripturas ſanctas.

b hæreditabit terrãm, & põſſidebit i

¶Chriſtum.

c montem ſanctum meum, & † di- k

a ¶Cyro & principibus eius. b ¶Populo meo repatriandi licentiam date. c ¶Doctores.

cãm: Viã fãcite, præbẽte iter, † de- l m

a ¶Ne impediatis ſemitam eorum.

clinãte de ſemita, auferte offendi-

a ¶Omnia nociua vel quæcumque difficilia videntur, veſtra interpretatione diſſoluite.

d cula de via populi mei. Quia hęc

a ¶Super omnes Gentes dominus, non loco ſed merito eorum in quibus habitat. vnde: Exaltabo te domine, quoniam ſuſce.me.

dicit dominus ẽxcelſus & ſublimis

a ¶Sine fine ſine principio.

mis habitans æternitãtem, & ſan

a ¶Sanctificetur nomen tuum. b ¶Cęlo vel cęleſtibus.

ctum nõmẽ eius in excẽlſo, & in n

a ¶Filio, vel quolibet per fidem & dilectionem. b ¶Habitat. c ¶Cor contritum & hu. Deus non.

ſanctõ habitans, ẽt cũ cõntrito &

a ¶Remiſſione peccatorum & incremento virtutum.

humili ſpiritu, vt viuificet ſpiritũ

a ¶Vt conſolando, de triſtitia ſeculi ad lætitiam, de morte ad vitam tranſeant.

humilium, & viuĩficet cor contri

e torum. Non enim in ſempiternũ o

a ¶Ego pater excelſus & ſublimis. a ¶Ac ſi dicat, iram & vltionem non ſemper effundam ſuper eos.

litigãbo, neque vſque † ãd finem p

f iraſcar, qa ſpiritus à facie mea † e- q r

a ¶Sanctus. ¶Anima ſcilicet. vnde. Inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. b ¶Quia ſcilicet iniquitatem concupiuit, non vna contentus.

grediet, & flatũs ego faciã, † prõ- s

a ¶Iudaici populi.

pter iniquitatem auaritię ẽius ira t

a ¶Ad breue vt ſanarem. ¶Per Aſſyrios, per Chaldęos, tandem per Romanos. b ¶O Iudęe.

g tus ſum, & pẽrcuſſi eũ. Abſcon- u

a ¶Contra e propter idololatriã, & pro nece filij mei.

di à te faciem meam, & indignã-

a ¶Vt non in facie hominum, ſed in corde pęniteret. b ¶Amens ſicut Cain, cui dictum eſt: Vagus & profugus eris ſup. ter. c ¶Actione praua.

h tus ſum. Et ãbijt † vãgus in viã- x y

a ¶Conuerſionis. ¶Opera bona. b ¶Iudaici populi.

i cordis ſui. Viãs ẽius vidi, & ſana- z a

a ¶Quem vulnerauetam. b ¶Ad patriam. ¶Ad pœnitentiam. ¶A captiuitate, dum in captiuitate fleret peccata ſua. c ¶Quem eieceram. d ¶Hęreditatem propriam.

ui eũm, & redũxi ẽum, & rẽddidi b c

a ¶Veras, multæ enim falſę. b ¶Populo vel principibus. ¶Subiectis.

conſolãtiones ipſi & lugẽntibus d

a ¶Malo peccatoris pœnitentiam quam mortem.

k eius. Creaui fructum labiorum e

a ¶Hęc eſt promiſſio eius: Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis. b ¶Scilicet. c ¶A terra ſua.

pacẽm, pacẽm ei qui lõngẽ eſt, f g

NICO. DE LYRA.

a Ego annunciabo. *Id eſt manifeſtabo.*

b Iuſtitiam tuam. *id eſt iniuſtitiam tuam, quia ironicè loquitur, ſicut fatuo ironicè dicitur: Tu es multum ſapiens.*

c Et opera tua. *id eſt diuitiæ tibi congregatæ.*

d Non proderunt tibi. *ideò ſubditur:*

e Cum clama. *in anguſtia obſidionis per Romanos.*

f Liberent te congregati tui. *ſ. numi aurei & argentei, quos indebitè congregaſti. q.d. nõ poterunt. ideò ſubditur:*

g Et omnes eos auferet uentus. *id eſt Romanorum impetus.*

h Qui autem. *Hic conſequenter deſcribitur reuertentium pęnitentia: quia ad prædicationem Chriſti & Apoſtolorũ plures de Iudæis crediderunt, & pœnam per Romanos inflictã euaſerunt: quia ante aduentum Romanorum in Iudæam admoniti fuerunt fideles per angelum, vt tranſirent in regnũ Agrippæ, qui erat confœderatus Romanis, vt habetur in Eccleſiaſtica hiſtoria. ideo dicitur: Qui autem fiduciam h.m. i. in me, & non in pecunijs ſuis, cuiuſmodi tunc erant fideles, nihil propriũ poſſidentes, vt habetur Act. 4.* G

i Hæreditabit ter. *ſcilicet Ieruſalem, in qua eſt mõs Sion. Aelius enim Adrianus Imperator Ieruſalem deſtructam per Titũ reedificauit, prohibens Iudæos habitare in ea, & cõcedens eius habitationem Chriſtianis. ideò ſubditur:*

x Et dicam. *id eſt dici faciam per Aelium Adrianum.*

l Viam facite. *ſ. q populus meus Chriſtianus abſq; vllo impedimẽto poſſit ibi redire. Poteſt etiã aliter exponi, ut per hoc quod dicitur hic, Hæreditabit terram: intelligatur terra viuentium, quam verè pęnitentes poſſidebunt. vnde quod ſubditur poſtea:*

m Declinate de ſemita, auferte &c. *In Heb. habetur: Expedite viam. Quod ſic gloſſat Ra. Sa. Amouete de vijs veſtris figmentum malum: per quod intelligit inclinationem fomitis ad peccatũ. & ſic patet, quod ſecundũ ipſum paſſus iſte non intelligitur ad literam de expeditione viæ materialis in reditu Babylonicæ captiuitatis, vt aliqui expoſitores noſtri volũt dicere, ſed de expeditione viæ in reditu ad Deũ per pęnitentiam. Et huic dicto concordat quod ſubditur: Quia hæc dicit excelſus & ſublimis habitans æternitatem. Sequitur.:*

n In ſancto ha. & cum con. & hu. ſpiritu.

o Non enim. *Hic conſequenter ponitur obſtinatorum & pęnitentium differentia in punitione & remedio. Circa quod ſciendum, q aduenientе punitione ceſſat comminatio & ira punientis, prout quilibet experitur: & hoc modo loquitur dominus dicens: Non enim in ſempi. liti. peccatoribus comminando.*

p Neque uſque in finem *id eſt ſemper.*

q Iraſcar. *cuius ratio ſubditur:*

r Quia ſpiritus à facie mea egredietur. *Loquitur de ſeipſo ad modum hominis punĩetis, de cuius naribus egreditur fumus & flatus. q.d. punitione facta ceſſabit ira mea.* H

s Propter iniquitatem auaritiæ eius. *ſupple & aliorum malorum ad hanc auaritiam ſequentium.*

t Iratus ſum, & percuſſi eum. *per exercitũ Romanorum. Auaritia enim Phariſęorum & Sacerdotũ fuit eis occaſio deridẽdi Chriſtum, ſecundum quod dicitur Lucę. 16.d. Audiebãt autem hæc omnia Phariſæi, qui erãt auari, & deridebant eum: & ex conſequenti odium contra ipſum conceperunt, ex quo vlterius eius mortem procurauerunt: propter quod poſtea per Romanos puniti fuerunt.*

u Abſcondi. *ſcilicet me, gratiam meam ab eis iuſtè ſubtrahendo.*

x Et abijt uagus. *per diuerſa vitia.*

y In uia cordis ſui. *pronitatem fomitis ſequendo.*

z Vias eius uidi. *quia omnia nuda & aperta ſunt oculis Dei.*

a Et ſanaui eum. *id eſt dedi pro omnibus ſanationis ſufficiens remedium.*

b Et reduxi eum. *per pœnitentiam: quod intelligitur non de omnibus, ſed de verè pœnitentibus ſolùm.*

c Et reddidi conſolationes ipſi. *id eſt donũ ſpiritusſancti in ſigno viſibili Apoſtolis alijſq; credentibus, Act. 2.*

d Et lugentibus eius. *quia eadem die ad prædicationem Petri multi corde compuncti receperunt fidem Chriſti, ſecundum quod dicitur Actuum ſecundo. g. Et appoſitæ ſunt in illa die animæ circiter tria milia: & propter hoc ſubditur:*

e Creaui fructum labiorum. *Id prædicationis Chriſti & Apoſtolorum.*

f Pacem. *ſcilicet gratiæ in præſenti & gloriæ in futuro. quibus ſubditur:*

g Pacem ei qui longè eſt. *id eſt populo Gentili ad Chriſtum conuerſo, qui legem & prophetas non habuerat.*

*a Et qui*



A lege: & ſanaui eum à peccato, ſcilicet vtrumque populum.

a *Impij au.* Supra de illis qui in captiuitate pęnitentiam egerunt, & ideo liberati ſunt, & de illis ſpecialiter loquitur, qui in infidelitate ſua remanſerũt. vnde: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei, & cętera.

NICO. DE LYRA.

a Et qui prope eſt. *id eſt populo Iudaico legem & prophetias habenti. Hanc autem ſcripturam inducit Apoſtolus, Ephe. 2.d. in Chriſto impletam di. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuiſtis. Ex quo patet, quod paſſus iſte non intelligitur ad literã de nũcijs Cyri per regnum ſuum miſſis ad denunciandum licentiam datam Iudęis redeundi pacificè in Iudæam, vt aliqui expoſitores noſtri volunt dicere.*

b Impij autem. *id eſt Iudæi in ſua malitia obſtinati.*

c Quaſi mare feruens. *quia perſequebantur ad mortem credentes in Chriſto, vt patet in Actibus Apoſtolorum in pluribus locis.*

d Et redun. flu. e. in c. & lu. *Sicut enim fluctus maris venientes ad littora generant ibi lutum, quod poſtea à tranſeuntibus conculcatur, ſic perſecutiones à Iudæis illatæ Chriſtianis meruerunt quod conculcarentur tanquam viles à Romanis.*

e Non eſt eſt pax impijs dicit dominus Deus. *quia Iudæi qui remanſerunt obſtinati, ſunt per orbem vagi in opprobrio & ſeruitute graui.*

*In cap. 57. vbi dicitur in poſtil. Qui autem habet fiduciam mei.*

ADDITIO.

Cùm quod dicitur hic: Qui autem habet fiduciam mei: exponatur de fidelibus Chriſti nihil proprium poſſidentibus: Hoc quod ſequitur: Hæreditabit terram & poſſidebit mõtem ſanctum meum, nullo modo intelligendum eſt de Ieruſalem illa materiali: quanuis enim Adrianus Imperator illam Ieruſalem conceſſiſſet Chriſtianis ad habitandum, nunquam tamen eſt dicendũ quod hęc propheta prænoſticauit in præmium fidei & ſpei fidelibus Chriſti. vnde talis expoſitio tanquam Iudaica eſt reſpuẽda: & ſecunda quam ponit Poſtillator, eſt propriè catholica & vera. B

GLOS. ORDINARIA. CAP. LVIII.

Clama. Dominus ad prophetas, vel ad Apoſtolos: finito ſcilicet priori cap. in quo pax iuſtis, & nulla requies nunciatur impijs.

c *Qua.tu.* Vbi Apoſtolis dicitur: In mõtem excelſum aſcende tu qui euan. Si. nec buccina nec tuba aſſumit, ſed mõtem iubetur aſcendere, & propria voce perſonare. Hic autem, quia & peccatores ſunt, & deorſum qbus eſt nũciandum, non iubet propheta in mõtem aſcẽdere, ſed tantum vocem ſuã ſicut tuba exaltare, & futura nunciare bella. vt quomodo mortui ad vocẽ tubæ ſunt viuificandi, vnde: Canet. n. tuba, & mortui re. ſic Iſrael peccato mortuus audiat ſcelera ſua.

d *Popu.m.* Ac ſi dicat: videant qualem patrem perdiderunt, qui etiam peccatores populum ſuum vocat.

e *Qua.* Hoc eſt quare ego nõ exaudiam eos, ſicut illos q in eccleſiã iuſtitiam faciunt, iuſtè & piè viuẽtes, Chriſtũ verũ Deum & verum hominẽ confitentes.

f *Rogant.* Alia temeritas Iudæorũ, quaſi confidentes in conſcientia bona, iudicium iuſtum poſtulant, ſecundũ illud: Iudica me domine, quoniã ego in inno. m. ingreſ. ſum.

g *Quare ieiu.* Obliti ſunt veteris hiſtoriæ, quod dominus nõ reſpexit ad munera Cain, eo quod non rectè diuidebat cũ fratre ſuo, cui charitatem Dei inuidebat.

a ¶Non vni tantum Genti, ſed toti mundo.

& qui propẽ dixit dominus, & ſa a

a ¶A peccato. b ¶Pœnitentem. c ¶In circuitu impij ambulant. ¶Iudæi inclamantes, reus eſt mortis. d ¶Semper turbati, irati.

a naũi eũm. Impij autẽm quaſi mã b c

¶Quia dixerunt: Sanguis eius ſuper nos &c.

re feruens, quod quieſcere non

a Perſecutionis. ¶In Chriſtianos. b ¶Maris.

poteſt: & redundant flũctus eiũs d

a ¶Erunt ſcilicet conculcati, vt lutum, aduenientibus Romanis. ¶Dæmonibus. b ¶Peccati

in cõnculcationem & lũtum.

a ¶Chriſtus. ¶In circuitu impij ambu.

† Non eſt pãx impijs, dicit domi e nus Deus.

CAP. LVIII.

a ¶Tu tamen. ¶Aperte abiecto timore prænunciat captiuitatem iam imminentem, & multorum necem aduenientibus Romanis. b ¶A prædicatione. c ¶Vt ab omnibus poſſis audiri.

b c C † Lamã ne cẽſſes, quaſi tũ- f g

a ¶Quaſi: Adhuc potes reſipiſcere.

d ba exalta vocẽ tuã: & ãnnũcia po h

a ¶Execrabilia, idololatriam, homicidium, & huiuſmodi. ¶Maiora.

pulo meo ſcẽlera eorum, & do- i k

¶Minora.

mui Iacob peccata eorum. Me l m

a ¶Quotidie. b ¶Ore & ſi non corde ad templum, ad ſynagogam conueniendo, legem Dei legendo.

etenim de diẽ in diem quærunt,

a ¶Actiones, voluntates. b ¶Non vere.

e & ſcire viãs meas võlunt. Quaſi n o

¶Quia idola non coluit.

Gẽs quæ iuſtitiam fecerit, & quæ

a ¶Chriſtum qui omnes iuſtificat. idem eſt iudicium: quia pater non iudicat quemquam. ſed omne iudicium de. fi. ¶Legem vel veram fidem, de qua iuſtus viuit.

iudiciũm Dei ſui non dereliquerit.

a ¶Voce. vnde: Populus hic labijs me hono. &c. ¶Vt ſcilicet faciam.

f rit. Rõgant me iudicia iuſtitiæ, p

a ¶Quaſi: ideo non exaudiam. b ¶Cui non loco propinquatur ſed merito.

& apprõpinquare Dẽo volunt. q

a ¶Iniuſtitiæ arguunt Deum, quaſi non reſpiciat opera bona. ¶Dicentes. b ¶Ventris eſuriem putant virtutem. vnde: Ieiuno bis in Sabbato.

g Qũare ieiunãuimus, & non ãſpe r

a ¶Afflíximus, ieiunando. b ¶Vitam animalem.

xiſti: humiliauimus ãnimas no- s

a ¶Non placuit tibi b ¶Reſponſio. ¶Quaſi: Ideo non exaudio, quia ſine miſericordia, & pro laude & pro vana gloria ieiunatis.

h ſtras, & nẽſciſti? Eccẽ in die ieiu- t u

a ¶Non mei. b Ieiunia non contemno. ſed quæ obſunt ieiunijs. c ¶Carnalis non Dei. ¶In cibis lautioribus.

i nij vẽſtri † inuẽnitur võluntas ve-

a ¶Ideo forſitan ſępe ieiunabant, vt repetendis debitis vacarent.

ſtra, & omnes † debitores veſtros x

a ¶Cum lite. b ¶Quia. ¶Homo interior veſcitur carnibus draconis, qui datur in eſcam populis Aethiopum. c ¶Contra debitores.

k repẽtitis. Eccẽ ad litẽs & conten- y

a ¶Exigentes etiam quę non commodaſtis. b ¶Exteriùs. c ¶Reſiſtentes. d ¶Quod peius eſt.

tiõnes ieiunatis, & percũtitis pu- z

a ¶Quaſi ſi vultis vt exaudiam vos. b ¶Sine miſericordia. ¶Pro laude hominum vt audiatur dum oratis in ſynagogis & in angulis platearum, vt videamini ab hominibus.

l gno impiè. Nõlite ieiunare, ſicut a

a ¶Intra in cubiculum, & clauſo oſtio ora patrem tuum.

vſque ad hanc diem, vt ãudiatur b

in excelſo clamor veſter. Nunqd c

h *Ecce in die.* Ieiunium Deo acceptũ eſt non ſolum à cibis, ſed ab omnibus rebus illicitis abſtinere. C *De con. di. 5. c. ieiuniũ.*

i *Volun.ve.* Greg. Voluntas ad iuſtitiã, pignus pertinet ad iram. Incaſſum per pęnitentiã corpus atteritur, ſi inordinatis moribus mens vitijs diſſipatur.

k *Repetitis.* Qui repetit non habẽtem, Deo facit violentiam.

l *Nolite ieiunare ſicut vſque ad hanc diem.* Ne videatur reprobare ieiunium: docet quomodo ſit ieiunandum.

*a Colligatio-*

NICO. DE LYRA. CAP. LVIII.

Clama ne ceſ. *Hic remouetur tertius error procedens ex defectu morali. Aliqui enim confidentes de apparenti iuſtitia ſeu ſimulata, per hoc præſumebant ſaluari: & iſtud multùm vigebat tempore Chriſti, vt patet ex decurſu Euangelij, vbi multùm arguitur hypocriſis Phariſęorum, Sacerdotum & Legiſperitorum. Et ſecundum hoc iſtud capitulum in duas partes diuiditur: quia primò falſum remedium excluditur. ſecũdò verum excluditur, ibi: Nonne hoc eſt. Prima adhuc in duas, quia primò falſitas ponitur, & ſecundò excluditur, ibi: Ecce in die. Circa primũ Deus pater alloquitur hominem Chriſtum dicens.* *Diuiſio.* *† 43. diſ c. ſit rector.*

f Clama ne ceſ. *prædicationem debitè continuando.*

g Quaſi tu. exal. vo. tu. *manifeſtè docendo: hoc enim modo prædicauit Chriſtus, vt patet in Euangelio.*

h Et annun. po. meo *ſci. Iſrael.*

i Scelera eo. *i. peccata contra Deum cõmiſſa.*

k Et domui Ia. *qui alio nomine dictus eſt Iſrael.*

l Peccata eo. *commiſſa in proximum. huic populo prædicauit Chriſtus in propria perſona: propter quod dicit Mat. 15.c. Nõ ſum miſſus niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael.* D

m Me etenim de diem quę. *legẽdo ſcripturas, de quo multũ gloriabantur: tamẽ hoc magis faciebant ad habendum dominium ſuper populum, qui tunc gubernabatur per Sacerdotes & Legiſperitos, quam propter notitiam veritatis.*

n Et ſcire vi. me. vol. *id eſt prætendant quòd hoc velint.*

o Quaſi gens quæ iuſti. fe. *cum tamen contrarium egerit. Secundò gloriabantur de oratione: & quantum ad hoc dicitur:*

p Rogant me iudi. iu. *i. q iudicem pro eis contra aduerſarios, ſcilicet Romanos, qui eos tenebant ſubiectos.*

q Et appropinqua. Deo vo. *ſ. in iudicio ad allegandum ſuam iuſtitiam, ideo ſubditur in perſona eorum:*

r Quare ieiunauimus, & non aſpexiſti? *per exauditionem.*

s Humiliaui. animas noſtras. *id eſt noſmetipſos in cilicio & cinere.*

t Et neſciſti? *per approbationem. Quòd autẽ tempore Chriſti talia ieiunia facerent, patet Matt. 9.b. vbi diſcipuli Iohãnis dixerunt Chriſto: Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequẽter, tui autem diſcipuli non ieiunant?*

u Ecce in die ieiu. *Hic excluditur remediũ falſum per reſponſionem domini, cùm dicitur: Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſt. Et accipitur hic voluntas pro appetitu ſenſitiuo, quem ſequebantur contra dictamen rationis & diuinæ legis, ideo ſubditur:*

x Et omnes debitores veſtros repetitis. *cũ auſteritate, etiam impotentes ad ſoluendũ, & tempore prohibito, ſcilicet anno ſeptimo qui eſt remiſſionis, Deute. 15.*

y Ecce ad lites & conten. ie. *i. in die ieiunij veſtri talia exercetis.*

z Et percuti. pugno impiè. *iniuriando proximo non ſolum verbis, ſed etiam factis, ideo ſubditur:*

a Nolite ieiunare. *per talem modum.*

b Vt audiat in excelſo clamor veſter. *cõtẽtiones & brigas ſuſcitãdo.*

c Nunquid tale eſt ieiu. q.e. *id eſt probaui.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Colligationes*. Peccata intelligimus, quæ in die ieiunij pro-
E ximis dimittere iubemur, vt nobis dimittat Deus, vt ſecuri
Matt. 6.b. dicamus: Dimitte no.de.&c.LXX. apertius. Omnẽ ſcriptu-
ram iniquam conſcinde, falſa.ſ.chirographa, quibus ſæpe
pauperes deprimebant impiè. Si enim impium eſt debi-
tum ab eis exigere, qui non poſſunt reddere, multò magis ab
Tropo. his qui non debent. Tropologi. Qui ieiunat ab omnibus malis, & vult ieiunium ſuũ reſpici, non ſolum declinet à malo, ſed & faciat bonum, vt ſoluat omne vin
† vt curuet ſicut iugũ culum iniquitatis, quo ſimplices hęreticorũ ligati ſunt fraudibus.
Pſal.124.a. vnde: Declinantes autem in obligatione, adducet dominus cum o.ini. Huiuſmodi enim qui confracti ſunt, dimittere debet vir eccleſiaſticus, atq; diſſoluere oẽm ſcripturam hæreticorum. Vnde propheta: Væ qui ſcribũt iniquitatem, &c. Frangat quoq; eſuriẽ
Matt.15.d. Ioh.6.b. tibus panẽ doctrinæ. Dominus eñ fractos panes Apoſtolis tradidit, quos eis in ſeptem ſportis & duodecim cophinis cõminutos atq; confractos in Euangelio nõ
† iugi integros, ſicut erant in lege, dereliquit, vt haberent quod pauperibus erogarent. Quos non habentes calorem fidei, & extra eccleſiam algentes frigore infidelita-
Nonne hoc.f. tis inopes atq; peregrinos, inducat in domũ eccleſiæ, & operiat incorruptionis pallio, vt tunica
Luc.8.d. Chriſti veſtiti nõ maneant in ſepulcris: quod de eo legimus, qui poſſeſſus à dæmonũ legione, in monumentis mortuorũ habitabat nudus. Cumq; hoc fecerit, carnẽ ſuã ne deſpexerit: i. ſpiritua
F liter domeſticos fidei, quod dixerunt LXX. domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris.

b *Frange eſurienti panem*. Panẽ eſu-
Ieiuniũ quomodo ſit faciendum. rienti frangimus cum Chriſti fidem (qui panis viuus eſt) & ſcri-
¶Vinum.

† cõportant illud, bibent in a-

a ¶Eccleſijs. b ¶In domo patris mei manſiones multæ ſunt. c ¶O cuſtodes murorum.

trijs ſanctis meis. Tranſite

---

n Super muros tuos Ieruſalem conſtitui cuſtodes. *ideſt conſtituendos à Deo prædixi, vt ſit verbum Iſaiæ. Dicit autem hic gloſſa Hebraica, quòd per muros intelliguntur hic patres ſancti, Abraham, Iſaac, Iacob & cęteri, quorum merita ſunt poſteris quaſi defenſionis muri. Et per cuſtodes angeli ſancti, eorum merita coram Deo recolentes. Et nos multò fortius ſecundum veritatem poſſumus dicere, quòd iſti muri ſint apoſtoli, ſecundum quod dicitur Apocal. viceſimoprimo.d. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, & in ipſis nomina duodecim apoſtolorum & agni ſcripta. Et per cuſtodes intelliguntur angeli ad cuſtodiam fidelium deputati, eorum merita coram Deo præſentantes. Et quia pro bono ſtatu eccleſiæ non ſolum angeli ſunt ſolliciti, ſed etiam homines deuoti, ideo eos exhortando ſubdit:* G

o Qui reminiſcimini domini ne ta. *ceſſando à precibus & laudibus diuinis.*

p Donec ſta. *contra omnem aduerſitatem.*

q Et donec ponat Ie. *ideſt eccleſiam.*

r Laudem in terra. *quod implebitur circa finem mundi, quando omnes conuertentur ad fidem Chriſti.*

s Iurauit dominus. *Hic conſequenter deſcribitur Saluatoris veritas, quia non ſufficeret poteſtas ad ſaluandum, niſi ſimul adeſſet veritas in adimplendo promiſſum. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur huius veritatis oſtenſio. ſecundò ex hoc inducitur quædam ſalubris monitio, ibi: Tranſite. Primum oſtenditur per certitudinem iuramenti, cum dicitur: Iurauit dominus in dextera ſua. Ideſt in filio, qui dicitur eius dextera & brachium, vt ſup. 53. a. Brachium domini cui reuelatum eſt?*

t Si dedero. *ideſt non dabo.*

u Triticum tuum. *Triticum eccleſiæ eſt ſacramentum euchariſtiæ in pane tritico confectum, quod non eſt infidelibus dandum. Nec per hoc quod additur.*

x Vltra. *Intelligendum eſt, quòd antè fuerit eis datum: quia hæc dictio vltra, non ſemper importat talem anteceſſionem, ſicut patet Deut. vlt. d. vbi dicitur: Non ſurrexit vltra propheta ſicut Moyſes, qui poſſet dominum videre facie ad faciem, &c. quia nec ſimilis ante eum fuerat in conditionibus ibidem expreſſis.* H

y Et ſi biberint. *ideſt non bibent.*

z Filij alieni. *à fide catholica.*

a Vinum tuum. *ideſt Chriſti ſanguinem ſub ſpecie vini contentum.*

b In quo laboraſti. *Licèt enim ſummus Sacerdos Ieſus Chriſtus hanc conſecrationem faciat, tamen Sacerdotes ad hoc laborant ieiunijs & orationibus, & alijs pijs operibus ſe diſponendo, vt verba conſecrationis debitè proferant, & ſacramentum percipiant.*

c Quia qui congregabunt illud. *ſcilicet triticum prædictum.*

d Comedent, & laudabunt dominum. *per congregationem hic intelligitur labor fidelium, diſponendo ſe ad debitè communicandum, ſicut dictum eſt de Sacerdotibus. Nominatur tamen iſte labor nomine congregationis: quia iſtud ſacramentum eſt ſacramentum eccleſiaſticæ vnitatis. Eſt etiam circa hoc ſacramentum labor fidelium corporalis in præparatione materiæ, ſcilicet panis & vini, in quibus conficitur hoc ſacramentum.*

e Et qui comportant illud. *ſcilicet vinum. per comportationem intelligitur hic labor prædictus fidelium.*

f Bibent in atrijs ſanctis meis. *ideſt in locis diuino cultui conſecratis. Ex hoc patet, quòd nõ eſt hic ſermo de pane triticeo & vino communiter acceptis, quibus vtuntur homines in locis non ſacris, & magis quàm in ſacris: quia loca ſacra non ſunt epulis & conuiuijs communibus apta, nec erant in veteri lege.*

g Tranſite. *Hic ex prædictis ponitur monitio ſiue exhortatio. Ex hoc enim quòd Saluator eſt potens & fidelis in promiſſis adimplendis, debent omnes ad eccleſiam tranſire, cui bona promiſſa promittuntur, & conceduntur: & hoc eſt quod dicitur: Tranſite. ad eccleſiam militantem.*

a Tran-

---



A a *Per portas.* Miniſtros eccleſiæ, qui alios introducunt. Vel virtutes, quæ ducunt in cęlum, quaſi de virtute in virtutem.

b *Planum fac.it.* auferendo ſcandala, in baptiſmo remittendo peccata.

c *Eligite lapides: & leua.* Vel, proijcite ſecundum I.xx, quod eſt auferre duritiam infidelitatis a cordibus hominum, vel reprobos & duros a conſortio fidelium.

d *Dici.fi.Si.* ſ. primitiuæ eccleſiæ, q̃ ex Iudæis primũ. vnde: Filij matris meę pugnauerunt contra me. Vel ſecũdum illud: Quotquot aũt receperũt eũ, &c.

e *Et vo.e.* dicentes: Vos eſtis populus ſanctus, vos eſtis redempti a domino Deo. Sic.n. quidam codices habent.

## NICOL. DE LY.

a Tranſite. *ad triumphantem.*

b Per portas. *porta militantis eſt baptiſmus. Porta triumphantis eſt extrema vnctio, quæ eſt ſacramẽtum exeuntium de hoc mundo ad tranſeundum ad cęlum.*

c Præpa. viam po. *Vos prædicatores & ſacerdotes ſacramenta miniſtrantes.*

d Planum facite. *amouendo impedimenta, quæ ſunt peccata. Vnde hic dicit Ra. Sa. quòd hoc dicitur de figmento malo, per quod intelligit fomitem inclinantẽ ad peccatum. Et ſic patet etiam ſecũdum ipſum, quod nõ eſt*

---

a ¶Tanquam vigiles omnia præuidendo, ne miniſtri vel cadant vel ſomno torpeſcant. b ¶Doctrina & exemplo. c ¶Rectam.

tranſite per portas, præparate viam

¶Volenti intrare.

populo, planum facite iter, & † eligi

a ¶Prædicando. b ¶Crucis ſ. paſſionem & reſurrectionẽ annunciando. c ¶Nationum, non tantũ in Iudæa.

te lapides: & leuate ſignum ad po-

a ¶Fidem paſſionis & reſur. b ¶Per apoſtolos.

pulos. Ecce dominus auditum fecit

a ¶O cuſtodes vineæ b ¶Eccleſiæ.

in extremis terrę. † Dicite filiæ Siõ:

a ¶Secundo aduentu ſcilicet in die iudicij cum poteſtate magna & maieſtate. b ¶Bonorum & malorum.

† Ecce ſaluator tuus venit, ecce mer

a ¶Poteſtas iudicandi.

ces eius cum eo, & opus illius corã

a ¶Apoſtoli & alij doctores congaudentes eis quos acquiſierunt. b ¶Alias populum ſanctum redemptum a Deo. Sic habet Hebraica veritas, ſicut ait Hier. & ſenſus apertus.

eo. Et vocabũt eos populus ſanctus,

¶O eccleſia. a ¶Sanguine ſ.ſuo. vnde: Venit filius hominis quæ. & ſ. ſa quod pe. Hæc eſt enim ouis quam paſtor bonus quærere venit aliis in deſerto dimiſſis.

redempti à domino. Tu autem

vocaberis ciuitas quæſita, & non

derelicta.

---

hic ſermo de præparatione materialis viæ. C

e Et leua. ſig. ad po. *virtutem ſanctæ crucis eis prædicando. Et quia iam factum eſt quantum ad aliquos credentes in omnibus terræ habitabilis locis à tẽpore apoſtolorum, ſecundũ quod diffuſius declaraui ſuper illud pſ. 18. In oẽm terrã exiuit ſonus eorum. ideo ſubditur: Ecce do. au. fe. in ex. ter. Et ſubditur,* † remoueto

f Di.fi.Si. *i. congregationi fidelium.*

g Ecce Sal. tu. ve. *i. veniet ad iudicium, ſicut per incarnationem iam venit in mundum.*

h Ecce merces eius cum eo. *ad reddẽdum pęnam vel præmium ſecundum merita, & demerita hominum.* † Zach.9.c Matt.21.a

i Et vo. *ſcilicet angeli ſancti, qui erunt executores diuini iudicij.*

k Eos. *ſcilicet electos.*

l Populus ſan. *eos ad gloriam reducendo.*

m Tu autem. *ſcilicet eccleſia.*

n Vocaberis ciui. quæ. *ſcilicet à domino & angelis ſanctis.*

o Et nõ derelicta. *in manibus dæmonum cum reprobis.*

*In cap. 72. vbi dicitur in poſt. Et videbunt Gentes iuſtum tuum.*

## ADDITIO.

¶ Hoc quod dicitur: Et videbunt Gentes iuſtum tuum, poteſt intelligi de viſione Chriſti in corpore aſſumpto, in qua Deus viſibiliter cognoſcitur, & etiam de viſione euchariſtiæ eadem ratione.

---

## GLO. ORD. CAP. LXIII.

a QVis eſt iſte. Quidam angeli non plenè cognoſcentes myſterium incarnationis, paſſionis, reſurrectionis, videntes ad cęlos aſcendere dñm cum multitudine angelorum & ſanctorum hominum propria virtute, non auxilio angelorum, admirantur incarnatio- B nis, & paſſionis, & reſurrectionis, & aſcẽſionis myſterium: & quomodo ſibi & alijs aperiat regnum cęlorũ: vnde & angelis dñm comitantibus dicunt: Quis eſt iſ. Et Dauid ſimiliter: Quis eſt iſte rex gloriæ? Videtur tamen Aug. dicere ſuper Gen. ꝙ omnes angeli ab ipſa creatione ſua, ſtatim cognouerunt in cõtemplatione ſui creatoris, quidquid ipſe erat facturus. Hieronymus aũt apertè declarat, quia quidã angeli donec perficeretur myſteriũ incarnationis, ad plenũ nõ cognouerũt.

a De

## CAP. LXIII.

¶Hoc in perſona angelorum quaſi myſterium ignorantium, & ideo quærentium. ¶Quam magnus quam potens, quæ admirabilis cum tanto exercitu.

a QVIS eſt iſte

## NIC. DE LY. CAP. LXIII.

a QVis eſt iſte. *Capitulum iſtud exponitur de Chriſto communiter ab Hebræis expoſitoribus & Latinis, aliter & aliter tamen. Dicit enim Ra. Sa. quòd per Edom cum dicitur hic: Quis eſt iſte qui venit de Edom, intelligitur Romanum imperium, prout fuit in latitudine ſua, quando dominabatur vniuerſo orbi, di. ꝙ Meſſias in aduentu ſuo multos de habitatoribus orbis interficiet: propter hoc deſcribitur hic eius veſtimentum ſanguine rubricatum, & omnes reſiduos Iudæis ſubijciet. & ad hoc aptat literam prout poteſt. Sed non proſequor hanc expoſitionem, quoniam fundatur ſuper falſum, cum aduentus Chriſti tranſierit in præteritum. Catholici verò communiter exponunt de Chriſto poſt paſſionem ſuam redeunte ad patrem, ſequentes in hoc beatos Hier. & Diony. ſecundum quos illud quod dicitur: Quis eſt iſte qui venit de Edom. eſt verbum angelorum Chriſtum aſcendentem admirantium, & de eius myſterijs plenius doceri & illuminari petentium. aliter tamen: quia ſecundum Hieron. eſt verbum angelorum inferiorum quærentium edoceri à ſuperioribus. Secundum Dion. verò 7. cap. cęleſtis Hierar. eſt verbum omnium: quia etiam ſupremi angeli quæſierunt de prædictis plenius edoceri. Sed iſtis videtur obuiare dictum Aug. 5. ſuper Gen. ad literam. vbi dicit, quòd angeli à principio cognouerunt omnia myſteria gratiæ fienda. Cui dicto reſpondetur ab alijs, quod licèt cognouerint dicta myſteria in generali, non tamen quantum ad omnes conditiones particulares, & de iſtis quæſierunt plenius edoceri. Hanc autem expoſitionem non intendo proſequi per omnia, quia diffusè traditur in gloſſis & aliorum poſtillis: ad quas quilibet poteſt recurrere: nec ipſam intendo in aliquo reprobare, ſed tantum per modum inquiſitionis ſcolaſticæ aliqua circa eam dicere. Primum eſt, quòd iſta expoſitio in aliquibus videtur extranea, quia ſecundum ipſam cum dicitur hic: Quis eſt iſte qui ve. de Edom. Per Edom intelligendus eſt locus vnde Chriſtus aſcendit, ſcilicet mons Oliueti vel Ieruſalem: quæ eſt iuxta eum. Quòd autem Ieruſalem vel Iudæa intelligatur per Edom, videtur extraneum, cũ Idumæa ſemper fuerit Iudææ inimica, ſicut Eſau ipſi Iacob. Item quod dicitur infra. Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea. ſic exponitur ab eis: vt ſit verbum Chriſti de ſua paſſione loquentis. Et aſperſus eſt ſanguis eorum, ideſt ſanguis meus, qui dicitur* D *eorum, eò ꝙ eſt effuſus per procurationem Iudæorum. Hoc extraneum videtur, quia non recolo me vidiſſe alibi in ſcriptura talem loquendi modum. Item Chriſto aſcendente, myſterium incarnationis non erat in effectu completum, quantum ad ſubſtantiam facti & circunſtantias. Talia verò poſtquam ſunt in effectu poſita non videntur excedere facultatem cognitionis angelicæ, & maximè, quia angeli etiam inferiores qui mittuntur in miniſterium, fuerunt in iſtis miniſtri, vt patet de angelis natiuitatem Chriſti nunciantibus ipſis paſtoribus, & de angelis apparentibus Mariæ & Ioſeph & Magis, & conſimilibus, vt patet ex Euangelio in pluribus locis: & ideo dubium videtur, quod aſcendente Chriſto quærerent plenius edoceri de paſſione Chriſti, dicendo: Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? &c. vt dicit expoſitio iſta. Item dato quòd non ſit ibi aliquod tale dubium, ſeu modus loquendi extraneus, tamen non ſumus artati ad tenendum ipſam, vt videtur. Tum quia ſacra ſcriptura expreſsè non determinat, quod iſte debeat eſſe ſenſus huius ſcripturæ, ſicut determinat de pluribus alijs in hoc libro ſcriptis, & alijs veteris teſtamen. locis. Verbi gratia, quod dicitur ſupra in principio. 61. a. Spiritus domini ſuper me, eò quòd vnxerit me. Saluator dicit Luc. quarto c. impletũ fuiſſe in ſeipſo. Tum ſimiliter nec autoritas eccleſiæ determinauit hoc quod viderim vel audierim, ſed ſolum ad hoc habemus autoritates ſanctorum Dionyſii, & Hieronymi: ex quibus non habetur argumentum neceſſarium, ſed tantum probabile, quod ſic debeat intelligi, vt habetur in ſumma ſancti Thomæ parte prima artic. octauo primæ quæſtionis. Et ideo dicit ſanctus Auguſt. in epiſtola ad Vincentium donatiſtam, qui arguebat contra ipſum de dictis ſancti Hilarij. Ad quod reſpondens dicit. Hoc genus literarum ab autoritate canonis diſtinguendum eſt. Non enim ſic leguntur tanquam ita ex eis teſtimonia proferantur, vt contra ſentire non liceat, &c. Item de obſcura traditione ſacræ ſcripturæ in pluribus locis, & maximè in prophetis vna cauſa à doctoribus aſſignatur, vt per ſtudioſos multipliciter exponatur. ſecundum quòd dicitur, Daniel 12.b. Tu autem Daniel claude ſermones & ſigna librum vſque ad tempus ſtatutum: pertranſibunt plurimi, & multiplex erit ſcientia, ideſt expoſitio, vt dicunt doctores noſtri. Propter quod abſque præiudicio aliquo expoſitionis prædictæ intendo aliam proſequi, quæ mihi clarior videtur. prædicta verò ſic diffusè poſui, non ſolum pro iſto loco ſacræ ſcripturæ, ſed etiam pro alijs, vt diligens lector conſideret quæ expoſitiones ſacræ ſcripturæ neceſſariò ſunt tenendæ, & quæ non. Ad euidentiam expoſitionis ponendæ, conſiderandum, quòd Edom & Boſra in Hebr. ſunt nomina propria, &*



appel-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *De Edom*. Edom: Ab edulio rufæ lentis, propter quod vendidit primogenita. Vel à colore: interpretatur enim terrenus vel ſanguineus: & mundum ſignificat. Eſau verò querceus vel roboreus. Seir, hiſpidus, ideſt piloſus. Hic autem non ipſum hominem, ſed mundum ſecundum interpretationem ſignificat. Sicut Boſra, ideſt munita vel firma, non rem ſuam hic, ſed infernum ſecundum ſuam interpretationem ſignificat, vbi firmiter quaſi ſub multis cuſtodibus animæ tenebantur. vnde: Quis deducet me in ciuitatem munitam? Vel terrenam Ieruſalem, quæ firmiſſimis muris munita fuit, in qua paſſus eſt dominus. vnde Homerus: ſecundum Ioſephum, Ieron inquit, à quo Ieruſalem, interpretatur munita vel firma. Boſra autẽ ciuitas, neq; in terra promiſſionis neq; in Edom ſita, ſed in Moab. Venit ergo Chriſtus de mundo ſanguineo, venit de Boſra, tinctis veſtibus, ideſt corporeis membris, de ciuitate munita, ſcilicet Ieruſalem, vbi paſſus. Vel de inferno ſpoliato victor cum fidelibus ſuis.

Gen.25.d †colore Pſal.59.c Ioſephus li.7.cap.3. †magnus

b *Formoſus in ſto*. Formoſum, calidum. Vnde formoſus quaſi calidus, quia ex calore rubeus & roſeus efficitur vultus, & inde ſpecioſus.

c *Quare ergo*. Tanquam dicant angeli: Dicimus, quod loqueris iuſtitiam, & ſalus †omnium in tuo eſt arbitrio, ſed ſcire volumus, quare veſtimẽta tua ſint velut muſto tincta: & tunica (quæ deſuper contexta eſt, & ſcindi non poteſt, & ab vtero virginali tantum candorem habuerit quantum fullo non poteſt facere ſuper terram) quare ſanguine cruentetur? Magis tibi clementia conuenit quàm crudelitas. Quibus reſpondetur: Ideo ſcilicet.

† hominũ

d *Torcular calcaui ſolus*. Scilicet crucem & omnia tormẽta paſſionis, in quibus quaſi prælo preſſus, vt etiam ſanguis funderetur. Torcular, pro ſupplicijs peccatorum ponitur. vnde Ieremias: Torcular calcauit dominus virgini filiæ Iuda. Interdum in cõgregatione nouorum fructuum. Vnde in bonam partem quidam Pſalmi, pro torcularibus intitulantur.

Tren.1.e

e *Solus*. Solus Samſon præciſis crinibus Philiſthæis exponitur, nec angelus nec archangelus vel quilibet cœleſtis ſpiritus. Denique humani generis nullus, vel Iudeus vel Gentilis auxiliator, ſolus pugnat, ſolus ſuperat.

Iud.16.a

f *Aſperſus eſt*. Sanguis meus, eorum rancore, dæmonum ſuaſione effuſus. vnde: Diabolus miſit in cor, vt traderet eum Iu. &c. Eorum eſt ſanguis ſuaſione fuſus, & ipſi ibidem victi & occiſi. Similiter ſanguis Chriſti Iudæorum dicitur, quia fuderunt: & inde vindictam ſuſtinuerunt. Et eſt à ſimili victoris dictũ & victi, cuius ſæpe ſanguis ſuper veſtimenta victoris aſpergitur.

Iob.13.a † tribulationis

g *Et non fuit qui adiuua*. vnde, Omnes amici mei dereliquerunt me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me.

h *Et ſalua*. Hiero. ad Aug. & Alipium. Impietatem Sabellij declinantes, tres perſonas expreſſas ſub proprietate diſtinguimus: non ipſum ſibi patrem, non ipſum ſibi filium, non ipſum ſibi ſpiritũſanctum eſſe dicentes: ſed aliam patris, aliam filij, aliam ſpiritusſancti perſonam eſſe. Non enim nomina tantummodò, ſed proprietates nominum confitemur.

Iob 16.b. ſecundum literam. †iuuit me

a Miſe-

¶In cælum. ¶Mundo.

qui venit de Edom †tinctis

¶Prius ſanguine, ſcilicet in cruce, vel quia etiam tunc apparebant cicatrices eius. ¶Membris corporeis. ¶Quis eſt?

veſtibus de Boſra? Iſte for-

¶Specioſus forma præ filijs hominum. ¶Habitu humanitatis. ¶Vel ambulans ſuper cælos omnes. ¶Nullo egens auxilio.

moſus in ſtola ſua, † gra-

¶Sine, in plenitudine diuinitatis ſuæ. ¶Alias fortitudinis.

diẽs ĩ multitudine virtutis

¶Angelis tacentibus ipſe reſpondet. ¶Cui datum eſt iudicium. ¶Reddens vnicuiq; ſecundum opera ſua.

ſuæ. Ego qui loquor iuſti-

¶Contra dæmones.

tiã, & † propugnator ſum

¶Genus humanum. ¶Homicidas, adulteros & huiuſmodi. ¶Rurſus quærunt angeli. ¶Si talis es.

ad ſaluãdum. Quare ergo

¶Sanguine tuo. ¶Corpus.

rubrum eſt indumentum

¶Mẽbra rubra ſicut muſto nigro ſubrubeo. ¶Quaſi: Tibi non conueniunt iſta ſed homicidis & adulteris, & huiuſmodi.

tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torcula-

¶Interrogantibus reſpondet Chriſtus tam plene, vt nõ neceſſe ſit amplius quærere ſic, Ideo ſcilicet quia. Torcular cal. ¶Preſſuram crucis ſuſtinui ſolus. ¶Quamuis calcatus tertia die reſurrexi.

ri? Torcular calcaui ſolus,

¶Omnes apoſtoli relicto eo fugerunt. ¶In adiutorium mihi. ¶Nec Petrus.

& de Gentibus nõ eſt † vir

¶Quamuis occiſus. ¶Iudæos, dæmones.

mecum, Calcaui eos in fu-

¶Vindicta. ¶Furor ſibilus iræ longa. vnde. Furor eſt ira breuis. ¶Auferens dæmonibus mundi principatum, & Iudæis locum & Gentem, Sacerdotium, templum & omnem dignitatem per Romanos.

rore meo, & cõculcaui eos in ira mea. Et aſperſus eſt

¶Meus. ¶Ab eis fuſus. ¶Membra.

ſanguis eorum ſuper veſti-

¶Ideſt.

mẽta mea, et omnia indu-

¶Opinione eorum. ¶Inquinari permiſi.

menta mea inquinaui. †Di-

¶In Dæmones vel in Iudæos. ¶Dum pendebam in cruce.

es enim vltionis in corde

¶Quia. ¶Tempus acceptabile. ¶Generis humani.

meo, annus †redemptionis

¶In cruce. vnde: Cõſiderabam ad dexteram & videbam, & non erat qui cognoſceret me.

meę venit. Circumſpexi, &

¶Mihi. ¶Quilibet. ¶Adiutorium, vnde: Expectaui qui ſimul cõtriſtaretur, & non fuit. & qui conſolaretur & non inueni.

non erat auxiliator: †quæ-

ſiui, & nõ fuit qui †adiuua-

¶Saluationem mihi fecit ſcilicet reſurrectionem. ¶Verbum carni vnitum, vel fortitudo mea ſaluauit mihi omnes prædeſtinatos ad vitam.

ret. Et †ſaluauit mihi bra-

¶Vindicta in Iudæos & dæmones.

chiũ meũ, et ĩdignatio mea

ipſa auxiliata eſt mihi. Et

¶Iudæos.

cõculcaui populos in furo-

¶Repleui afflictione & miſeria per Romanos.

re meo, & inebriaui eos in indignatiõe mea: & detraxi

## NIC. DE LY.

¶ appellatiua: prout autem ſunt propria: Edom eſt nomẽ filij Iſaac, qui alio nomine vocatur Eſau, Gen. vicesimoquinto, & etiam terræ ab eo denominatæ, quæ Latinè dicitur Idumæa. Boſra verò vel potius Biſra, ſic enim ſcribitur in Hebræo, nomen eſt ciuitatis, vnde fuit Iobab rex Edom, Gene. 37. Prout verò ſunt nomina appellatiua, Edom ſignat rubedinem, & Boſra munitionem. His igitur prædictis veniamus ad diuiſionem. Superius enim poſita eſt facta per Chriſtum ſaluatio, hic conſequenter ponitur ſaluationis diſcretio, quæ perfectè fiet in finali iudicio. Tunc enim Saluator ſegregabit electos à reprobis, ſicut ſegregat paſtor oues ab hedis, Matt. 15. Illud autem iudicium præcedet perſecutio Antichriſti & eius exterminium. Et ideò primo ponitur Antichriſti exterminatio. ſecundò iudicij executio, cap. ſequenti. Circa primum ſciendum, quòd ſicut dicit Methodius martyr, & doctores communiter, ad detegendam Antichriſti perfidiam, mittentur à Deo Enoch & Elias. Qua detecta, Iudæi conuertentur ad fidem Chriſti pœnitentiam agentes. Et ideo hic primo ponitur Antichriſti deiectio, & ſecundò Iudæorum conuerſio, ibi: Miſerationum domini. Circa primum Iſaias præuidens Antichriſti poteſtatem futuram, & per Chriſtum ſubitò deijciendam, admiratiuè dicit de Chriſto: Quis eſt iſte. id eſt quam victorioſus.

a Qui venit de Boſra. *ideſt de Ieruſalem ciuitate munita, in qua Antichriſtus ſedet in templo tanquam ſit Deus. 2. Theſal. 2. & ipſam muniet ad ſui ſtabilitionem.*

b De Edom tinctis veſti. *ideſt rubricatis ſecundum quod dicitur infra: Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? & per hoc deſignatur interfectio Antichriſti. Quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui in monte Oliueti iuxta Ieruſalem. Et loquitur hic propheta de Chriſto ad modum hominis victoris, cuius veſtimenta ſunt rubricata ſanguine victorum ab eo.*

c Iſte formo. in ſtola ſua. *ideſt in humanitate ſua glorioſa, quæ eſt quaſi veſtimentum diuinitatis, Phil. 2. a. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.*

d Gradiens in multitudine virtutis ſuæ. *quia tunc apparebit cum angelorum multitudine. Conſequenter ponitur Chriſti reſponſio ad quæſtionem prophetæ dicentis.*

e Ego qui loquor iuſtitiam. *ſpiritu oris mei interficiendo impium & magnam partem ſibi adhærentium.*

f Et propugnator ſum ad ſaluandum. *ſcilicet electos de perſecutione Antichriſti. Et conſequenter quærit propheta iterum.*

g Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? *& patet ex dictis ſententia. Et ſubditur Chriſti reſponſio dicentis.*

h Torcular calcaui ſolus. *& accipitur hic continens pro contento, ſcilicet torcular pro vuis in torculari calcatis, per quas hic intelligitur Antichriſtus & ſatellites eius.*

i Et de Gen. non eſt vir mecum. *quia nullus de hominibus poterit deijcere Antichriſtum.*

k Calcaui eos in furore meo. *ideſt in vindicta iuſtitiæ meæ.*

l Et aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta. *& patet ex dictis ſententia.*

m Dies enim vltionis. *ſcilicet ſanctorum de imperio Antichriſti interfectorum.*

n In corde meo. *ſcilicet firmiter diſpoſita.*

o Annus redemptionis meæ venit. *reddendo ſibi & ſatellitibus ſuis pœnam debitam pro peccatis. Vel aliter: Annus retributionis, ideſt iudicij generalis.*

p Circumſpexi, & non erat auxiliator. quæſiui &c. *exponatur ſicut ſupra: De Gentibus non eſt vir mecum.*

q Et ſaluauit mihi. *ſcilicet electos meos de perſecutione Antichriſti.*

r Brachium meum. *ideſt potentia mea.*

s Indignatio mea. *contra Antichriſti mala.*

t Ipſa auxilia. eſt mihi. *inquantum ex decentia diuinæ iuſtitiæ procedet iſta vindicta. Loquitur hic propheta de futuro per modum præteriti, vt frequenter fit in prophetis, propter certitudinem prophetiæ.*

u Et conculcaui populos in fu. *Antichriſto adhærentes.*

x Et inebriaui eos. *auferendo eis ſenſum & potentiam euadendi.*

y Et detraxi in ter. *annihilando ipſam.*

¶ a Miſera.



a *Miſera*. Propheta in perſona Iudaici populi pœnitentis, & miſericordiam domini recognoſcentis.

b *Se. indul.* Q. Ducti enim in Babylonem propter peccata noſtra, reducti ſumus miſericordia eius.

c *Non eſt*. Vox quæ eſt Ioth, apud Heb. ambigua eſt, & ſignificat, nõ vel, & ipſe. Vnde vtroq; modo poſſumus legere. ſ. In omni tri. eorum non eſt tribulatus compatiendo: ſed ad horam diſtulit auxilium, vt cogeret ad rogandum. Vel, & ipſe tribulatus eſt, compatiens tãdem eorum iniurijs & miſerijs. Et miſit eis angelum qui ſaluaret eos, Michaelem. ſ. qui præpoſitus erat illi populo. vnde: Nemo eſt adiutor meus niſi Michael princeps veſter, qui aſtat pro filijs populi mei.

d *Spiritum ſ. e.* ſ. Moyſi. vnde: Exacerbauerunt Moyſen in caſtris, & Aa. ſan. domini. Vel ſancti eius, Chriſti, cui credere noluerunt. Filius. n. Dei qui nos redemit, ipſos de Aegypto & mari rubro liberauit. Spiritus ſan. vel ſancti eius. Quidam codices habent. ſ. ſpiritumſanctum, quem cõtriſtat, qui virum ſpiritualem contriſtat. vnde: Qui vos tangit, quaſi qui tangit pu. ocu. mei. Vel, angelum in cuſtodiam miſſum, quem ſępe malè faciendo offenderunt.

e *Moyſi*. quia nõ eſt alius qui orat pro eis.

f *Vbi eſt*. Propheta videns populi ſui abiectionem, miſeriam & afflictionem iam imminẽtem propter filij Dei negationem, condolendo exclamat di. Vbi eſt Q clementia omnipotentis?

g *Vbi eſt qui p.* Moyſi. ſ. quia orante Moyſe, tulit dominus de ſpiritu eius, & dedit ſeptuaginta viris.

h *Quiſci*. Vel dicitur. Cum Moyſes mare percuſſiſſet, & in duodecim vias ſcidiſſet, & alijs hæſitantibus, tribus Iuda ingreſſa eſt, & ob hoc regni dignitatem adepta eſt.

i *Spi. do.* angelus. ſ. vnde: Et præcedet te angelus meus. Spiritus. n. naturæ nomẽ eſt, Angelus officij.

K *Atten. de cęlo, & vi.* Dominus vbique totus & ſemper eſt. vnde: Cęlum & terram ego impleo. Dicitur tamen ſedem habere in cælo, ſecundũ illud: Cęlum mihi ſedes, quia. ſ. in cęleſtibus angelis, & hoĩbus iuſtis (quorũ. ſ. conuerſatio eſt in cęlis) eius volũtas præcipuè fit.

a *Vbi*

¶In nihilum. ¶Iudæorum vel dæmonum.

terram †virtutẽ eorum. Miſerationum

¶Preſſus pondere malorum. ¶Prædicabo quia iuſtus dominus in omnibus vijs ſuis. ¶Signa & miracula.

domini recordabor, laudem domini ſu

¶Bonis vel malis, quæ prodeſt peccatis noſtris. ¶Pro malis.

per omnibus quæ reddidit nobis domi

¶Datorem.

nus, & ſuper multitudinem bonorum

¶Aliàs mus.

domui Iſrael, quæ largitus eſt eis ſecun-

¶Non eorum merita. ¶Ideſt.

dum †indulgẽtiam ſuam, et ſecundum

¶Vel miſericordiarum.

multitudinem miſerationum ſuarum.

¶Dominus. ſ. videns eorum pœnitentiam. ¶Iſrael.

Et dixit: †Veruntamen populus meus

¶Qui. ſcilicet ſunt. ¶Me. ¶Sicut alij. ¶Vel tis: filij ſcilicet ſunt populi non negantis, ideſt patriarcharum, prophetarum, qui in me crediderunt. ¶Dominus. ¶Pœnitentibus.

eſt, filij †non negãtes. Et factus eſt eis

¶In Aegypto, in deſerto.

ſaluator. In omni tribulatione eorum

¶Vel, & ipſe, ſaluator compaſſus. ¶Vnde: Angeli eorum ſemper vident faciem patris &c. quia ſemper in præſentia Dei ſunt.

† nõn eſt tribulatus, & angelus † faciei

¶Non meritis eorũm.

eius ſaluauit eos. In dilectione ſua & in-

¶Miſericordiæ ſuæ. ¶Ab Aegypto, & a Babylonia, vel a morte æterna in ſanguine filij.

dulgentia ſua ipſe redemit eos, & por-

¶Ab Aegypto in terram promiſſionis. vnde: Expandit alas ſuas & aſſumpſit eos, atq; portauit in humeris ſuis. ¶Super alias Gentes. ¶Ab initio ex quo elegit eos in populum.

tauit eos & † eleuauit eos cunctis diebus ſeculi. Ipſi autem ad iracundiam

prouocauerunt, & afflixerunt ſpiritum

¶Quia prius amicus infirmos ſanando, mortuos ſuſcitando. ¶Male agentibus.

ſancti eius. Et conuerſus eſt eis in inimi

¶Opinione. ¶Vltorem mali. ¶Per Romanos 42. anno aſcenſionis. ¶Immiſſis hoſtibus in eos. ¶Credere nolentes. Poteſt enim ad tempus incarnationis hoc referri. ¶Poſt flexus ad miſericordiã pro Moyſe ſeruo, qui orauit pro eis in deſerto: Aut dimitte eis, aut dele me de libro quem ſcripſiſti.

cum, & ipſe debellauit eos. Et recorda-

¶Saluati oratione Moyſi.

tus eſt dierum † ſeculi, Moyſi & populi

¶Moyſes ſcilicet.

ſui. Vbi eſt qui eduxit eos de mari cum

¶Moyſe & Aaron, Maria, Vr & alijs. ¶Ineffabilis miſericordia Dei.

†paſtoribus gregis ſui? Vbi eſt qui po-

¶Populi. ¶Paracletum. ¶Filij.

ſuit in medio eius ſpiritum †ſancti ſui?

¶Vbi eſt. ¶De Aegypto. ¶Proſpere. ¶Filio qui potentia & virtus patris eſt.

Qui eduxit ad dexteram Moyſen bra-

¶Vbi eſt potentia eius, qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones? ¶In xij. vias. ¶Mare rubrum.

chio maieſtatis ſuæ: qui ſcidit aquas an

¶Laudem.

te eos, vt faceret ſibi nomen ſempiternũ:

¶Profunditates maris.

qui eduxit eos per abyſſos, quaſi e-

¶Sine impedimento.

quum in deſerto non impingentem:

¶Inoffenſo curſu. ¶Deſcenderunt ſcilicet in terram promiſſionis.

quaſi animal in campo deſcendens, ſpi-

¶Ideo ſcilicet offendere non potuit, quia ſpiritus do. &c. ¶Populi. ¶Sine offenſa.

ritus domini ductor eius fuit. Sic † ad-

¶In terra promiſſionis. ¶Per tot miracula.

duxiſti populum tuum, vt faceres tibi

¶Glorioſum. ¶In perſona pœnitentis populi. ¶Qui tanta feciſti nobis. ¶Miſeriam noſtram. ¶Miſerere, ſecundum illud: Videns vidi afflictionem populi mei.

nomen gloriæ. Attende de cęlo, & uide

## NIC. DE LYRA.

¶ a Miſera. *Hic conſequenter ponitur conuerſio Iudæorum ad Chriſtum. vbi primò pro gratia impetranda recoluntur beneficia antiqua. ſecundò ponitur eorũ petitio deuota, ibi: Vbi eſt. Circa primũ recoluntur primò in generali beneficia exhibita Iudæis, cum Iſaias dixit in eorũ perſona: Miſerationum domini recordab. & patet ſententia, vſque ibi:*

b Et dixit. *ſcilicet dominus.*

c Veruntamen populus meus eſt. *ideſt quamuis ſint peccatores in multis etiam à temporibus antiquis, tamen elegi eos in populum à tempore Abrahæ, cui data fuit circunciſio, quæ eſt ſignum diſtinguens Iſrael à Gentibus.*

d Filij non negantes. *ſcilicet nomen meum in afflictione Aegypti, quaſi dicat: Decens eſt propter hoc apud me ipſorum miſereri. ideo ſubditur,*

e Et fa. eſt. *quam ſuſtinuerunt.*

f Non eſt tri. *ſ. populus Iudaicus quantum demeruit, & ideo ſubditur,*

g Et an. fa. e. *i. à facie Dei miſſus.*

h Saluau. e. *ſecundum quod dicitur Exo. 24. e. Tollensq; ſe angelus domini, qui præcedebat caſtra filiorum Iſrael, abijt poſt eos, & cum eo pariter columna nubis, vt Aegyptij non poſſent nocere eis. Et ibidem ſubditur, vt toto noctis tempore ad inuicem accedere non valerent.*

i In dilectione ſua. *gratuita.*

k Et indulgentia ſua. *remittente eorum peccata.*

l Ipſe redemit eos. *ſcilicet dominus, & non ex populi iuſtitia. Quod patet ex ingratitudine ſequenti, cum ſubditur,*

m Ipſi autem. *ſcilicet dominum in fabricatione vituli. Exo. 32. & in multis alijs factis, vt patet in libris veteris teſtamenti.*

n Et afflixerunt ſpiri. ſancti eius. *ſcilicet Moyſi, cuius ſpiritum multoties, & multipliciter afflixerunt, vt patet in libris Exo. & Deut. & Num.*

o Et con. eſt eis in ini. *ſcilicet dominus, non ex odio, ſed iuſtitia, puniens eos per vicinos eorum, vt patet libro Iudicum. et poſtea per reges Aegypti, Aſſyriorum, & Babylonis. quarto Regum.*

† qui corã ipſo eſt.

p Et recordatus eſt dierum ſe. *Quia ſicut per Moyſen liberauit eos de captiuitate Babylonica per Cyrum.*

q Vbi eſt qui edu. *Hic conſequenter ponitur petitio eorum deuota, & primò pro liberatione à pœna, ſecundò pro liberatione à culpa, ibi: Tu autem. Circa primum dicitur in perſona Iudæorum tempore Antichriſti futurorum quãtum ad pœnitentes. Vbi eſt qui eduxit eos de ma. ſ. rubro, aquas coram eis diuidendo, Exo. 24.*

Diuiſio.

r Cum paſtoribus gregis ſuis. *ideſt cum Moyſe & Aaron. Pſal. 76. d. Deduxiſti ſicut oues populum tuum, in manu Moyſi & Aaron. quaſi dicat: Ita faciliter poſſet nos educere de perſecutione Antichriſti. Et hoc modo ſubintelligendum eſt in omnibus ſequentibus partis huius.*

s Vbi eſt qui poſuit in medio eius. *ſcilicet populi Iſraelitici.*

t Spiritum ſancti ſui. *ſcili. Moyſi, cui dedit ſpiritum prophetandi, & ſapientiam & conſtantiam ad educendum Iſrael de terra Aegypti.*

u Qui eduxit ad dex. Moyſen. *ideſt ad partem bonam & proſperam, liberando eum de perſecutione Pharaonis, eum occidere volentis, Exo. 2.*

† ſanctitatis ſuæ.

x Brachio maieſtatis ſuæ. *ideſt fortitudine deitatis ſuæ.*

y Qui ſcidit aquas ante eos. *ſcilicet maris, vt patet ex dictis.*

z Vt faceret ſibi nomẽ ſempiternum. *Ad gloriam enim nominis Dei recolitur & recoletur in futuris generationibus iſtud factum.*

a Qui eduxit eos per aby. *ideſt per profundum maris rubri.*

b Quaſi equum in deſerto non impingentem. *ideſt promptè & abſque aliquo impedimento procedentem.*

c Quaſi animal in campo. *ideſt in terra plana, vbi non habet obſtacula.*

†deduxiſti direxiſti

d Deſcendens ſpiritus do. *ideſt angelus à Deo miſſus.*

e Ductor eius fuit. *vt patet ex prædictis.*

f Sic adduxiſti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ. *Iſtud enim factum fuit reductum ad memoriam vſque nunc, & reducetur in poſterum ad gloriam diuini nominis.*

g Attende de cæl. *ad orationem noſtram.*

h Et uide de habitaculo ſancto tuo. *afflictionem noſtram, ſicut alias feciſti. ideo ſubditur,*

e Et



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Vbi eſt ze.& for.* Q. Quia peccauimus, & nos odiſſe cępiſti, E receſſit zelus tuus: quo recedente receſſit fortitudo, & paternorum viſcerum ſuperatur affectus.

Inf.66.a

b *Et Abra.ne.* Q. Quia te offendimus, filios ſuos non agnoſcit eſſe filios ſuos, quia.ſ. diſſimiles illi receſſimus à Deo, qua de cauſa nō orat pro nobis, quia nihil impetraret, vnde ad Ieremiam: Noli orare pro populo iſto, q̃a non exaudiā te: Peruerſi.n. filij oratione ſanctorū patrum non poſſunt liberari. Vnde ad Ezechielē: Si fuerint tres viri in medio Ieruſalē: Noe, Daniel, & Iob, filiū & filiā non liberabunt, ſed ipſi ſoli iuſtitia ſua liberabunt animas ſuas. & de Iacob ſimiliter. Abrahā neſciuit nos, &c. Abraham de Gētibus ad fidē vocatus eſt & pro qualitate prioris & ſequētis conditionis ſortitus eſt mutationē nominis. Iacob quoq; vt appellaret Iſrael, multo labore acquiſiuit. vnde Abrahā habet tres vxores, Iacob quatuor. Iſaac vſq; ad finē antiquū nomen poſſedit, & eccleſiæ indicās caſtitatē, vna fuit vxore contentus. Iſti ergo qui precātur de peioribus commutationem in meliorem ſtatū, eorum aſſumunt ſimilitudinē, quibus læta poſt triſtia ſucceſſerunt. Hoc autem eſt quod petiuit, vt qui pater eorum eſt, non obliuiſcatur filiorum ſuorū, ne per ipſos nomē Dei blaſphemet in Gētibus.

Ier.7.c · † Bar.2.d · Ezec.14.e · Gen.17.a & 32.f · † 13 q.2 c. qui diuina §.q demortuis. · Sup.52.b

c *Quare er.* Paulus ad Corinthios ſcribēs, ad vnius.ſ. populū ciuitatis, pro varietate habitantiū, ſanctorū .ſ. & peccatorū, nūc laudat, nunc reprehendit: Sic pſens capitulum q̃d ex oratione populi Deum deprecātis contexitur, nunc laudat dn̄m, nunc accuſat, iuxta ſecundā regulā Ticonij, q̃ eſt de corpore dn̄i mixto.

2.Cor.11.a · †Paruo tempore poſſedit populus ſanctus tuus

d *Quaſi in prin.* Anteq̃ vocares nos in Abraham. Vel cū in Aegypto colebamus idola ſine rege, ſine principe, ſine prophetis, ſine Deo, ſine lege, ſine Sacerdote, q̃ partim in aduē F tu Chriſti, omnino poſt eius aſcenſionem completa ſunt. Complentur aūt quotidie ſecūdum illam maledictionem: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Dum enim permanſerint in vetuſtate legis, nec ſuſceperint veritatem G Euāgelij, nō vocabunt populus Dei, à Chriſto. ſ. Chriſtiani.

† quaſi a principio non fuiſſet dominatus noſtri, & quaſi nunq̃ inuocatum fuiſſet nomen tuum ſuper nos.

a ¶Angelis & alijs iuſtis.
de habitaculo ſancto tuo, & ſolio glo-
a ¶Vnde: Iam non iraſcar tibi, & zelus meus receſſit a te. ¶Quo dilexiſti nos & patres. b ¶Quia eduxiſti patres noſtro de Aegypto.
a riæ tuæ. † Vbi eſt zelus tuus & forti- a b
a ¶Vbi eſt. b ¶Affectuum circa nos.
tudo tua, multitudo viſcerū tuorum, c
a ¶Quaſi obliuiſceretur miſereri Deus.
& miſerationum tuarū? † Super me d
a ¶Creator. ¶Auguſtinus dicit: Quia mortui neſciunt, etiam ſancti, quid agant viui, etiam eorum filij.
continuerunt ſe. † Tu enim pater no- e
a ¶Iacob ſcilicet & Iſaac quoq; adiunxiſſet, niſi per extrema medium intelligi voluiſſet.
b ſter, & Abrahā neſciuit nos, & Iſrael f
¶Creator.
ignorauit nos. Tu domine pater no- g
¶Permanet. ¶Laus.
c ſter, & redemptor noſter, à ſeculo no- h i
a ¶Erroris & duritiæ cauſa videtur, dum non corripit delinquentes. b ¶Permiſiſti.
men tuum. Quare errare nos feciſti k
a ¶Mandatis. b ¶Indurari permiſiſti, ſuſpendendo flagella, ſecundum illud: Indurabo cor Phara.&c.
domine de vijs tuis, indurāſti cor no- l m
a ¶Ad miſericordiam.
ſtrum ne timeremus te? † Conuertere n o
a ¶Patres noſtros. ¶Abraham & Iſrael, qui non cognouerunt nos. ¶Scilicet. ¶Vel poſſeſſionis.
propter ſeruos tuos, tribus hæredita- p q
¶Sine pugna, ſine labore.
tis tuæ. † Quaſi nihilum poſſederunt r
¶Nos. ¶Olim. a ¶Chaldæi, Babylonij, Romani.
populum ſanctum tuum hoſtes no- s
a ¶Templum.
ſtri, conculcauerunt ſanctificationem t
¶Quia. ¶Sine Deo.
d tuam. Facti ſumus † quaſi in principio u
cum non dominareris noſtri, neq; in-
a ¶Dum populus Dei non vocantur.
uocaretur nomen tuum ſuper nos.

## NICOL. DE LYRA.

a Vbi eſt ze. tuus. *quo dilexiſti patres electos?*
b Et fortitudo tua. *quoties liberaſti eos.*
c Multitudo vi. tuo. *ideſt pietatum quibus eis bona præſtitiſti.*
d Super me con.ſe. *à condeſcenſione: In iſta enim tribulatione mea ceſſauerunt.*
e Tu enim. *Hic conſequenter petitur liberatio à culpa. Circa quam primò allegatur pietas & potentia diuina, cum dicitur, Tu enim pater noſter. In generatione enim mater miniſtrat materiam, & pater dat formam: & ideò in generatione hominis Deus dicitur pater, quia corpori organizato infundit animam creando.*
f Et Abra.neſciuit nos. *q.d. ab eo non habemus animam nec à Iacob.*
g Tu do. pater no. *animam dando.*
h Redemptor no. *ipſam iuſtificando.*
i A ſeculo no. tuum. *ſcilicet patris noſtri redemptoris.*
k Quare erra. nos feci. domine? *ideſt permiſiſti.*
l De vijs tuis. *ideſt præcipuè & conſilijs Euangelicis.*
m Induraſti cor noſtrum. *ſubtrahendo gratiam tuam cor mollificantem, tamen iuſtè pro noſtra incredulitate.*
n Ne timeremus te. *Non eſt intelligendum iſtud cauſatiuè, ſic quòd Deus ſubtrahat gratiam ſuam, vt per hoc ab hominibus excludat diuinum timorem: ſed intelligitur tantum conſecutiuè: Ad ſubtractionem enim gratiæ ſequitur ſubtractio timoris filialis, qui eſt ei annexus.*
o Conuertere. *peccata noſtra remittendo, & nos iuſtificando.*
p Pro.ſer.t. *i. propter merita patriarcharū in Chriſti venturi mortuorū. ideo ſubditur,*
q Tribus hære. tuæ. *Et vt petitio ſit magis exaudibilis, adhuc recolitur atrocitas perſecutionis Antichriſti, cum dicitur,*
r Quaſi nihilum poſ. po.ſan.tu. *ſ. Chriſtianum, ipſum nihil reputando.*
s Ho. no. *ſ. Antichriſtus & ſibi adhærētes.*
t Conculcauerunt ſanctifi. tuam. *Antichriſtus enim conculcabit eccleſiam Dei, cultum eius auferendo.*
u Et ſu. *Q.d. tanq̃ extranei à te dimiſſi ſumus in manibus inimici tui.*

*In cap.63. vbi dicitur in Poſtil. Primum eſt, quòd iſta expoſitio in aliquibus videtur extranea.*

### ADDITIO I.

¶ Expoſitio ſanctorum in hoc loco non videtur extranea, ſi bene conſideretur, ſed ſatis rationabilis, non obſtantibus Poſtillatoris rationibus contra eam factis. Et ideo ſicut per modum inquiſitionis ſcholaſticæ eam Poſtillator impugnauit, ſic pari modo defendēdā eſſe videtur. Ad hoc enim quod primò dicit, quod Ieruſalē, ſeu Iudæa non debet intelligi per Edom, cum Idumæa ſemper fuerit Iudææ inimica, dicendum quod deſcendentes à Iacob ſecundum carnem, & ab eius fide recedentes, ſicut fuit ſynagoga Iudæorum, Chriſtum negantium & crucifigentium talis ſynagoga mera tranſit in Idumiticam inimicitiam contra veram Iudæam; vnde & nomen Idumææ ſibi vendicat, quæ ab exordio fuit Iſraeli inimica, prout plenè declaratum eſt ſupra 34. cap. in additione, vbi oſtenſum fuit, q̃ per Idumæam intelligitur ibi ad literam ſub ſenſu metaphorico ſynagoga Iudæorum, quę eſt ſynagoga Sathanæ, Apo.2.c. Similiter per Boſra eadem intelligitur ſynagoga ad literam ſub alia ratione: vide ibi. Item ad hoc quod dicit, q̃ ex hoc quod dicitur: Aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, non rectè intelligitur de ſanguine Chriſti, quia non inuenit talem modum loquendi in ſcripturis ſacris. Dicendum quòd ſicut in ſcripturis ſacris quandoque attribuuntur Chriſto aliqua, quæ ei non competunt ſecundum ſe, ſed ſecundum alias conſiderationes, vt cum dicitur in Pſal. in perſona Chriſti. Verba delictorum meorum. In quibus verbis Chriſtus dicit delicta aliorum eſſe ſua, inquantum pro eis pœnam ſuſtinuit, vt ipſe Poſtil. ibidem exponit: Sic in hoc loco aſperſus dicitur eſſe ſanguis eorum, non quia eſſet eorum ſanguis propriè, ſed quia per procurationem eorum fuit effuſus; vel etiam quia ipſi fecerunt ſe obnoxios huius ſanguinis, di. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Item ad hoc quod dicit, quod Chriſto aſcendente myſterium incarnationis iam erat in effectu completū. Dicendum, quod licèt angeli viſione beatifica myſteria gratiæ cognoſcunt, non tamen omnia, neq; æqualiter omnes, ſed ſecundum quod Deus voluerit eis reuelare, vt in prima parte. q.57. art. vlt. in corpore quæſtionis. Et ideo cognitio omnium myſteriorum incarnationis Chriſti videtur excedere facultatem angelicę cognitionis, vnde de talibus angeli amplius quærebant edoceri. Dato etiā quod hæc ratio eſſet ualida, tamen adhuc cogeret exponere hanc prophetiam de Chriſto poſt paſſionem ſuam ad patrem redeunte; & hoc exponendo quod dicitur hic: Quis eſt iſte qui venit de Edō? ſit uerbum Iſaiæ admirantis de victoria paſſionis, prout Poſtillator uult ſecundum ſuam expoſitionem. Item ad hoc quod dicit, q̃ non artamur ad tenendum expoſitionem prædictorum ſanctorum, dicendum, q̃ licèt verum eſt, q̃ ea quæ habentur tantum ex dictis ſanctorum doctorum, non ſunt tantæ autoritatis, ut ex eis teſtimonia proferantur, prout dicit Aug. tamen ſecundum pietatem ſeu ex dono pietatis oportet honorare ſanctos, & non contradicere temerariè eorum ſcripturis, prout in ſecunda ſecundæ. q.121. ar.2.

Pſal.21.a

*In eo.cap. vbi dicitur in Poſt. Indignatio mea contra Antichriſti mala.*

### ADDITIO II.

¶ Vbi nos habemus: Indignatio mea, in Hebr. habetur: Ira mea auxiliata eſt mihi: Cuius ſenſus eſt; Nam ſecundum philoſophū, ad præſentiam uindictæ delectatio ſequitur. Quæ quidem uindicta ſi ſit perfecta totaliter excludit iuſtitiam, in prima ſecunda. q.48. unde hic loquitur Deus ad modum hominis, qui uindictam perfectam exercens per ſuam iram, ex hoc conſequitur quietationem & delectationem; & ſic ira auxiliatur irato, de quo dicit; Ira mea ſeu indignatio mea auxiliata eſt mihi.



A *In eodem cap. vbi dicitur in poſtil. Tu enim pater noſter. In generatione enim mater miniſtrat materiam.*

### ADDITIO III.

¶ Sicut Deus infundit animam corpori organizato creando, ita etiam eſt creator materiæ de nihilo eam producendo. vnde ſecundum conſiderationem Poſtillatoris, ſic pertineret ad Deum reſpectu hominis ratio maternitatis, ſicut & paternitatis. Et ideo aliter videtur dicendum. Pro quo attendendum eſt, q̃ ad hoc q̃ affectum filialem habeamus ad Deum, requiritur donum ſpiritusſancti. ſ. donum pietatis, per quod donum cultum & officiū exhibemus Deo vt patri, ſecundum illud Ro.8.c. Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. vnde ſecundum S.Tho. in 2.2.q.121.ar.1. in reſponſione ſecundi argumenti, Deo exhibere cultum vt patri, eſt excellentius quā exhibere cultum Deo vt creatori & domino. Et ideo ad proclamandum paternalem pietatem Dei cum dixiſſet: multitudo viſcerum tuorum &c. ſubdit: Tu enim pater noſter. q.d. non ſolum ad te clamamus, vt creatorem ſeu dominum, ſed vt patrem, cui magis pertinet oſtendere viſcera miſerationum ad filios. & ſequitur: Abraham neſciuit nos. q.d. paternitas tua erga nos non eſt ita ſicut paternitas Abrahę vel Iſraelis, quia tu non ſolum es pater, ſed etiam dominus & redemptor: vnde ſubdit: Tu pater noſter, redemptor noſter à ſeculo &c.

### REPLICA.

IN cap.63. Poſtillator allegat expoſitionem B.Dionyſij & B.Hieronymi exponentium prout communiter de Chriſto, poſt paſſionem redeunte ad patrem. Sed dicit ſalua reuerentia ſanctorum illam expoſitionem nec velle ſequi nec reprobare, ſed per modum ſcholaſticę inquiſitionis pauca circa ea dicere. Primum quod illa expoſitio videtur ad literam eſſe extranea, vbi per Edom accipitur mons olіueti vel Ieruſalem, cum Edom fuit Iudeæ ſemper hoſtis, ſicut Eſau Iacob. Secundò circa hoc quod dicitur: Et aſperſus eſt ſanguis eorū ſuper veſtimenta mea: exponitur quod ſanguis Chriſti dicatur ſanguis Iudæorum, quia per procurationem eorum effuſus eſt, dicit Poſtillator ſe non recolere ſimilem modum loquendi in ſcripturis. Tertiò eſt ſibi dubium, quò ad admirationes hic poſitas, quas iſta expoſitio dicit eſſe angelorum &c. Et finaliter ſe excuſans à ſequella illius expoſitionis dicit: Dato quod non eſſet talis loquendi extraneitas, non ſumus tamen artati ad tenendam illam expoſitionem: Tum quia ſacra ſcriptura expreſsè non declarat, q̃d B iſte ſit ſenſus huius ſcripturę, & non alius, ſicut in pleriſq; locis fit, exemplum ſup.8.cap. Ecce virgo concipiet: ſenſus illius determinatur autoritate Euangelij, & ſic de alijs. Nec eccleſia determinauit, ſed ſolum habemus ad id autoritatem Dionyſij & Hieronymi: ex qua non habetur argumentum neceſſarium quamuis probabile, prout vult S.Thom. prima par. ſummæ art.8.1.q. in reſponſione ad ſecundum argumentum. Et hoc idem vult B.Aug. ad Vincentium Donatiſtam, qui arguebat cōtra eum de dictis B.Hilarij: cui reſpondit B.Aug. dicens: Hoc genus ſcripturarum ab autoritate ſacri canonis diſtinguendum eſt. Non.n. ſic leguntur tanquam ex eis teſtimonia proferantur, vt contrà non liceat ſentire. Sic & eiſdem B.Aug. libros ſuos non vult legi, vt neceſſitatem credulitatis imponant, vt C vt patet in libris retractationū. Sed his bene dictis, & ad multa valentibus Burg. ſe opponit volens dicta motiua Poſtil. euacuare, Ad primum reſpōdet per ſenſum quem ipſemet dicit metaphoricum, q̃ per Edom ſignificetur Ieruſalem: Quod ſi ita eſt, nihil eſt ad propoſitum, quia Poſtillator dicit ad literam non ad metaphorā. Nam multa ſunt vera per metaphorā, quę ad literam, (vt termini ſonant) ſunt abſurda, vt Iud.9.b. Ierunt ligna, vt eligerent ſibi regem: vnde ſicut ſecundum Burg. & omnes communiter doctores à ſolo ſenſu literali ſumitur efficax argumentum. igitur etiam à ſolo ſenſu literali, non à metaphorico ſumitur efficax ad argumentum reſponſio: quia igitur Burg. per metaphoram reſpondet, non euacuat primū Poſtillatoris argumentum. Ad ſecundum argumentum Poſtil. reſpondet Burg. per literę corruptionem, quia mutat actiuum in paſſiuum: propheta enim in perſona Chriſti dicit hic de ſanguinis effuſione, quam actiuè Chriſtus fecit, non quam paſſiuè ſuſtinuit: patet hoc ex litera in qua dicitur: Calcaui eos in ira, & conculcaui in furore meo, & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtem meā &c. Hic ſit ſermo de ira, furore & indignatione Chriſti, quæ in effuſione ſanguinis Chriſti, qui de corpore eius effuſus eſt, locum non habent: quia in ea ex parte Chriſti nec fuit ira, nec furor, nec indignatio, ſed charitas, patientia, & diuina miſeratio. Ad tertiū argumentum Poſtil. Burg. reſpondet quaſi actus aliquis hierarchicus eſſet inquiſitiuus. Quod non videtur verum, quia actus hierarchici ſunt ſuperiorum ad inferiores, vt docet B.Dionyſius. Cum igitur nō ſit minor difficultas in quærendo quam in determinando quæſita, talis igitur actus hierarchicus ſi eſſet, non eſſet inferiorum ad ſuperiores, ſed econuerſò. Sunt igitur actus hierarchici reuelationes ſpōtaneę non inquiſitiones exactæ. Sunt etiam beati in his quæ oſtenduntur contenti, non inquirendo curioſi: & videtur in hac parte Bur. Poſtillatorem non rectè vidiſſe, quando dicit eum ſentire, q̃ illę inquiſitiones ſint Iſaię de victoria paſſionis Chriſti. Nō.n. Poſtil. hoc dicit, ſed dicit q̃d Iſaias admiratur per huiuſmodi inquiſitiones de victoria Chriſti contra Antichriſtum, de qua & Burg. ratione compulſus dimittendo ſententiam ſanctorū & ſequendo Poſtil. exponit hunc paſſum: Et indignatio mea auxiliata eſt mihi, cōtra Antichriſtum inquit. Ad vltimam rationem Poſtil. non rectè innuit Burg. quaſi Poſtil. temerariè ſe opponat dictis ſanctorum, quod patet in ſua proteſtatione, quia vt dicit, ſine præiuditio ſententiæ ſanctorum intendo aliam proſequi. In eod.cap. vbi dicitur: Tu pater noſter es. Poſtil. dicit quod Deus potius dicitur pater hominis, quam mater, quia miniſtrat formam, mater verò materiam in hominis generatione. Burg. volens hoc bene dictū infirmare, arguit, quod ſecundum dictum Poſtil. Deus habet ita rationem maternitatis ſicut paternitatis, creando materiam miniſtrat, ſicut formam. Reſpondeo quamuis Deus creauit materiam primā, ex hoc tamen non dicitur mater in generatione hominis, quia non cōponitur homo ex illa materia prima & anima, ſed ex corpore & anima. Corpus.n. organizatum non eſt ex nihilo, per conſequens non eſt creatum, ſed opere parentum generatum. Parens autem in hoc opere miniſtrās materiam verè mater dr̄, adminiſtrans formam dr̄ pater: quia igitur Deus huic corpori generato dat formam. ſ. aīam, igitur dicitur pater. Eſt igitur obiectio Burg. tentatiua, ſicut in vico ſtraminum Pariſius conſueuit fieri contra beiaunos. D

## GLO. ORD. CAP. LXIIII.

a VTinam dirum. In perſona ſua, & omniū prophetarum, aduentum Chriſti deſiderantium loquitur Iſaias præuidens aduentum filij, abiectionem ſui populi, vocationem Gentium: Et hoc eſt: Vtinam di.ce. Item Dauid: Inclinauit cęlos & deſcendit.

Pſal.143

a Aquæ

## NIC. DE LYRA. CAP. LXIIII.

VTinam. *Aliqui doctores catholici exponunt principium huius capituli de primo Chriſti aduentu: ſed hoc non videtur cōuenienter dictum, quia primus Chriſti aduentus fuit in maxima humilitate, & ſic deſcriptus fuit futurus, Zach.9.b. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator, & ipſe pauper &c. vnde ſuper illud Gen.49.b. ligans ad vitem pullum ſuum, &c. dicit Ra.Moy. quando veniet rex Meſſias in Ieruſalē ad ſaluandum Iſrael, ipſe erit cingulans aſinum ſuum, & equitans ſuper eum, vt ducat ſe cum humilitate, ſicut ſcriptum eſt Zach.9.b. Et ipſe pauper. Hic autem aduentus eius deſcribitur cum magna poteſtate & terrore: propter quod magiſter Alexander de aies exponit de hoc ſecundo aduentu eius. ſ. ad iudicium, qui in poteſtate magna erit & maieſtate, Luc.21. Igitur hanc ſententiam ſequendo, dicendum, quòd poſtquam deſcriptum eſt Antichriſti exterminium, hic conſequenter deſcribitur iudicium: circa quod primò ponitur ſanctorum deſiderium, ſecundo ipſum iudicium, ibi: Ecce tu iratus es. Prima in duas, quia primò ponitur deſiderium. Secundò, huius deſiderij motiuum principium, ibi: A ſeculo. Circa primum ſciendum quod licèt iudicium futurum horrendum ſit reprobis, tamen deſiderandum eſt electis, qui tunc in anima & corpore beatificabuntur: propter quod Saluator, Luc.21. loquens apoſtolis de iudicio futuro dicit: His autem fieri incipientibus reſpicite & leuate capita veſtra, ideſt exhilarate corda, vt exponit Gregor. Quoniam appropinquat redemptio veſtra: Hoc autem præuidens Iſaias dicit.*

Diuiſio.

## CAP. LXIIII.

a ¶Quia hoſtes noſtri conculcauerunt ſanctificationem tuam. b ¶Excita domine potentiam tuam & veni. ¶Propere veniendo, promiſſa implendo.
a VTinām dirumperes cœ- a
a ¶A maieſtate (in qua nobis inuiſibilis) viſibilis in carne.
b ¶Quia ſi deſcenderes, à fa.ſ.à præſentia.
los & deſcenderes, à facie tua b
a ¶Superbia Iudæorum, vel demonum. b ¶Lignum, fœnum, ſtipula: Deus noſter ignis conſumens eſt.
montes defluerent, ſicut exuſtio c

a Vtinam dirumperes cœlos & deſcen. *ſcilicet ad iudicium. licèt enim tunc non rumpantur cœli ſuperiores, qui non ſunt ſciſſibiles, tamen cœlum aereum, de quo dicitur in Euāgelio: Volucres cœ.&c. inflammabitur igne conflagrationis, iudicis aduentum præcedente, ſecundum quod dicitur Pſal. 96.a. Ignis ante eum præcedet. & ſic cœlum aereum quodam modo lacerabitur. Quod dicitur cœli pluraliter, ponendo plurale pro ſingulari, ſicut Exo. trigeſimo ſecundo, b. dicitur: Iſti ſunt dij tui. de vitulo conflatili qui erat vnicus: vel aliter, propter diuerſas partes aeris, ſcilicet ſuperiorem montes tranſcendentem, & inferiorem. Ignis enim conflagrationis attinget vtranque partem, quia tantum aſcendet quantum aquæ diluuij, quæ quindecim cubitis vltra cacumina montium aſcenderunt, Gen.7.d.*
b A facie tua mon. deflue. *quia ante aduentum iudicis montes terræmotu corruent.*
c Sicut exuſtio &c. *Igne enim conflagrationis materia montium cum alia terra purgabitur.*

a Aquæ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Aquæ arderent*. Symmachus. Aquæ maris arderent igni. Quod eſt, populi mundi inflammarentur igne charitatis. vnde: Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt ardeat? & ſic notum fieret nomen tuum, quod eſt Chriſtus Ieſus, inimicis tuis. ſ. Iudæis.

b *Non ſuſtine*. Nos Iudæi, ſed blaſphemabimus dicentes: In principe dæmoniorum Beelzebub ei. dæ. Hoc enim dicit propheta in perſona infidelium.

Matt.12.b † liqueſaciens, ſicut aquã bullire facit ignis.

c *Deſcendiſti*. Tanquam precibus ſuis exauditis inquit: Deſcendiſti.

d *Montes de*. Amiſſa potentia: Nunc princeps huius mun. eij. fo. Et Iudęis dicitur: Auferetur à vobis regnum Dei. ſ. ſancta ſcriptura, & omnis gloria, & omnis dignitas.

Ioh.12.e Matt.21.d

e *A ſeculo*. Hinc Paulus ad Corinthios teſtimonium ſumit, non verbum ex verbo, ſed ſenſum exprimens.

1.Cor.2.b † quæ non ſperabamus

f *Oculus*. Quia non eſt corpus vel color. Quod Apoſtolus ponit, in cor hominis non aſcendit, quia maius, & cor debet illuc dirigi. Parauit enim ſeipſum cognitionem ſui, cognitionem ſanctæ trinitatis. vnde: Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ve. De. & quem mi. Ieſum Chriſtum. Hunc nemo poteſt videre. vnde illud: Deũ nemo vidit vnquam.

† 1.Co.2.b Ioh.17.a Ioh.1.b † prætereſ

g *Ecce tu*. In perſona infidelis populi, qui volens tranſire ad veritatem Euangelij pœnitentiam præferebat ore, quam non habebat in corde.

h *Menſtruatę vniuerſę iuſti. no*. Mene Hebraicè, luna Latinè. Vnde menſtruatę quæ ſingulis menſibus ſolent ſanguinis fluxum ſuſtinere: Et tunc viri abſtinere debent ab eis. Tunc.n. concipiuntur membris damnati, ceci, claudi, leproſi, & huiuſmodi. Vt quia parentes non erubuerunt miſceri in conclaui, eorum peccata pateant cunctis, & apertè redarguantur in paruulis.

† quia

i *Ventus*. Commotio aeris, vt ibi: Imperauit ventis & mari. Vel ſpirituſſanctus ſicut ibi: Aduenientis ſpiritus vehementis. Hic enim ſpiritus pro

Matt.8.d Act.2.a

a ¶Accepta hac ſententia, hoc implebitur in die iudicij. Ite in ignem æternum. quotidie tamen partim impletur.

ignis † tabeſcerent, aquæ arderent

a ¶Per potentiam. b ¶Ieſus.

igni, vt notum fieret nomen tuum

¶Dæmonibus, Iudæis, quibuslibet aduerſarijs. a ¶Gentiles moti ad pœnitentiam.

inimicis tuis, à facie tua Gentes

a ¶Alia tranſlatio habet, commouebuntur. b ¶Tamen. ¶Incarnatus. c ¶Mortuos ſuſcitando, & alia huiuſmodi.

turbarentur. Cum feceris mirabi-

a ¶Aduentum tuum. b ¶In vterum virginis, ideſt verbum caro fa. eſt.

lia, † non ſuſtinebimus. Deſcendi-

a ¶Præſentia. b ¶Iudæi, dæmones.

ſti, & à facie tua montes defluxe-

a ¶A principio mundi.

runt. † A ſeculo non audierunt, ne-

a ¶Corporis, quia non eſt ſonus. ¶Bona ſcilicet. ¶Et.

que auribus perceperunt. Oculus

¶O.

non vidit Deus † abſq; te, quæ præ-

a ¶Vel diligentibus. b ¶Quia ¶Viſibilis, vt Symeoni: vel in auxilium, vt Dauid, Machabæis & alijs.

paraſti expectantibus te. Occurri-

a ¶Vt Symeoni de aduentu tuo gaudenti. de quo: Symeon iuſtus & timoratus, expectans conſolationem Iſrael.

ſti lætanti & facienti iuſtitiam: in

a ¶Mandatis. b ¶Vt idem Symeon & Anna. c ¶Sed.

uijs tuis recordabuntur tui. Ecce

a ¶Quia ſcilicet. ¶Vnde hæc mala nobis. ¶Hiſteron proteron.

tu iratus es, † & peccauimus: in

a ¶Peccatis. b ¶Gratia tua, non meritis noſtris.

ipſis fuimus ſemper, † & ſaluabi-

a ¶Leproſus.

mur. Et facti ſumus vt immundi

a ¶Quo nihil immundius.

omnes nos, quaſi pannus men-

a ¶Mulieris. b ¶Sunt. c ¶Circunciſio, immolatio, & oblatio, poſt mortem ſ. veri agni.

ſtruatæ † vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.

a ¶Occiſi à Romanis. b ¶Leuitæ.

Et cecidimus quaſi folium vni-

a ¶Impij tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. ¶In Chriſtum.

uerſi, & iniquitates noſtræ qua-

a ¶Tentatio dæmonum, perſecutio Romanorum. ¶Folia. b ¶A terra noſtra, à præſentia tua.

ſi ventus abſtulerunt nos.

a ¶Quia ſicut folia defluximus. b ¶Pro vobis, voce, corde, opere.

Non eſt qui inuocet nomen

a ¶Fortis in aduerſis ad orationem. ¶De ruina iniquitatum. b ¶Precibus. ¶Sicut Moyſes, ne effundas iram tuam ſuper nos. ¶Vnde: Inueni quem quæſiuit anima mea: tenebo eum, nec dimittam.

tuum, qui conſurgat & teneat

a ¶Miſericordiam, præſentiam, auxilium.

te. Abſcondiſti faciem tuam.

## NIC. DE LY.

a Aquæ arderent igni. *Quia ille ignis purgabit aquas exiſtentes in ſuperficie terræ*

b Vt notum fieret nomen tuum. *i. poteſtas tua tanquam iudicis venientis*.

c Inimicis tuis. *Quia antè, timorem tuum à ſe abiecerunt*.

d A facie tua Gentes turbarentur. *ſecundum quod dicitur Luc. 21. e. Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione quę ſuperuenient vniuerſo orbi. ideo ſubditur:*

e Cum feceris mirabilia. *Prædicta*.

f Non ſuſtinebimus. *Quia quantumcunq; ſint tunc temporis aliqui homines iuſti, concutientur tamen horrore ex humana fragilitate. Quod conſequenter declaratur per ſimile, cum ſubditur:*

g Deſcendiſti. *In datione legis ſuper montem Sinai*.

h Et à facie tua montes defluxerunt. *Quia tunc mons Sinai videbatur tremere & ardere, vt habetur Exo. 20. c. propter quod filij Iſrael territi & pauore concuſſi ſteterunt a longè, dicentes Moyſi: Loquere tu nobis & audiemus, & non loquatur nobis dominus, ne fortè moriamur: & ex hoc ſequitur, quod maior terror erit, quando veniet ad iudicium: quia illud reſpectu iſtius fuit minimum*.

i A ſecu. non. *Hic conſequenter ponitur ratio dicti deſiderij. ſ. ex perfecta beatitudine, quam ſancti tunc habebunt in anima & corpore, & non antè. A ſeculo non audierunt. Quia illud bonum eſt infinitum, & per conſequens inenarrabile*.

k Quæ præparaſti expectantibus te. *ſ. filium tuum, in cuius aſpectu reficientur beati interius ratione ſuæ deitatis, & exterius ratione ſuæ humanitatis, ſecundum quod dicit Aug. ſuper Iohan. & ſecundum hoc allegatur hæc autoritas dicta de filio, qui eſt Dei ſapientia, primo ad Corinthio. ſecundo*.

l Occurriſti. *i. occurres: & loquitur de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ*.

m Lætanti & facienti iuſti. *i. cætui electorum tunc in iudicio apparenti, vt cum lætitia deducatur ad patriam*.

n In vijs tuis recor. tui. *Gratias agendo de omnibus bonis quæ eis feciſti*.

o Ecce tu iratus es. *Hic conſequenter deſcribitur ipſum iudicium. Circa quod ſciendum, quod duplex eſt Dei iudicium: Vnum diſcretionis, quod eſt vocatio aliquorum ad fidem alijs dimiſſis iudicio Dei occulto, tamen iuſto. Et iſtud iudicium quantum ad ſuum ſtatum potiſſimum incœpit à principio prædicationis Chriſti: propter quod dicitur Iohan. 12. e. Nunc iudicium eſt mundi, ſecundum quod exponunt ſancti. Aliud eſt iudicium diſcuſſionis, quo Dei iudicio redduntur pœnæ ac præmia pro peccatis & meritis: Et iſtud potiſſimum fiet in iudicio finali, quando in anima & corpore beatificabuntur electi, & cruciabuntur reprobi. A tempore tamen paſſionis Chriſti cœpit præmiatio electorum quantum ad gloriam animæ: & punitio reproborum in anima, non ſolum ex tunc, ſed etiam antè. De iſtis autem duobus iudicijs videtur Iſaias loqui mixtim vſque ad finem libri. Et diuiditur in duas partes. In prima ponitur Iudæorum querimonia. In ſecunda domini ſententia cap. ſeq. Circa primum ſciendum, quod Iudæi per orbem diſperſi frequenter lamentantur deſtructionem ciuitatis & templi per Titũ factam, & ſuam diſperſionem per orbem, precantes in Iudęa congregari, & ciuitatem & templum ſibi reſtitui. Licèt autem dicta deſtructio & diſperſio inflictæ fuerint eis propter mortem Chriſti, vt habetur expreſsè Luc. 19. tamen hoc non credunt Iudæi, ſed attribuunt hoc peccato idololatriæ vituli conflatilis: Inducentes ad hoc illud quod Exo. 32. g. dicitur: Ego autem in die vltionis viſitabo hoc peccatum ipſorum. & idololatriæ antiquorum, quæ continetur in libris Iudicum & Regum tempore templi primi: & peccatis auaritiæ & odij fraterni, quæ viguerunt tempore templi ſecundi: & ſecundum hoc poteſt hæc litera exponi. In hac igitur querimonia primò ponitur confeſſio peccatorum, cum dicitur: Ecce tu ira. es contra nos. Et cauſa ſubditur cum dicitur:*

p Et peccauimus. *quaſi dicat: Et iuſtè iratus es, quia peccauimus, & non ſolum de nouo, ſed etiam ab antiquo: ideo ſubditur:*

q In ipſis. *ſcilicet peccatis*.

r Fuimus ſemper. *Tamen de tua miſericordia ſperamus: ideo ſubditur:*

s Et ſaluabimur. *Non ex noſtra iuſtitia: ſed tua miſericordia, ideo ſubditur;*

t Et facti ſumus vt im. *Immunditia peccati. Poteſt etiã hoc exponi corporaliter, quia Iudæi per orbem diſperſi, ab alijs Gentibus reputantur viles & abominabiles*.

u Quaſi pannus men. vniuer. iuſtitiæ no. &c. *Quia Iudęi modò non poſſunt ſacrificia pro peccatis offerre, quia talia non poſſunt offerri ab eis niſi in Ieruſalem, & ſine talibus ſacrificijs non reputant ſe perfectè mundari, & iuſtificari*.

x Et cecidimus quaſi folium. *De arbore cadens, ſic cecidimus ab honore regni & Sacerdotij*.

y Iniquitates &c. *Expellendo de terra promiſſionis ad longinquas partes orbis*.

z Non eſt qui inuocet nomen. *i. nõ habemus ſummum Sacerdotem, qui oret pro nobis & offerat ſacrificium, vt nobis placeris, ſecundũ quod dicitur Leuit. 4. de expiatione peccati totius multitudinis. Et poſt determinationem ſacrificij debiti pro peccato ſubditur: Et orante pro eis Sacerdote propitius erit eis dominus, ideo ſubditur:*

a Qui conſurgat. *Pro nobis*.

b Et teneat te. *In noſtra reconciliatione*.

c Abſcondiſti faciem tuam. *Loquitur de Deo ad modum hominis irati, qui non vult oſtendere faciem ſuam illis contra quos iratus eſt*.

a Et



pro vento ponitur in ſignificatione ſpirituſſancti. Vel, tentatio dæmonum & malorum hominũ, vt illud: Venerunt flumina, & flauerunt venti, & hoc eſt quaſi ventus.

a *Et nunc domine*. Ac ſi dicat: Si conſideremus noſtra merita, deſperandũ eſt: ſi clementiam tuam qui flagellas omnem filium quem recipis, audemus preces fundere: tu enim pater noſter es.

b *Opera ma*. Q. reſpice opus tuum nõ merita noſtra. Myſterium trinitatis, recta confeſſio eſt ignorantia ſcientię.

c *Ne iraſcaris domine*. Hoc eſt non vitamus iram, nec vltrà quærimus patientiam, per quam theſaurizamus nobis iram in die vindictæ. Sed quęſumus ne iraſcaris nobis ſatis, ſcilicet ne tempore vltionis memineris iniquitatis noſtræ.

d *Sion deſerta*. Sion & Ieruſalem in hoc loco idem ſignificat, templum ſ. & ciuitatem, vbi quondam ſpecula virtutum, & viſio pacis. Sed poſtquam populus Iudæorum negauit regem ſuum, & addidit illud, Non habemus regem niſi Cęſarem, Ieruſalem deſerta eſt à Deo. Vnde: Relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Et illud: Surgite eamus hinc. Et in templo auditæ ſunt voces (ſicut dicit Eccleſiaſtica hiſtoria) Tranſeamus ab his ſedibus.

e *Domus*. Alleg. Domus Dei, eccleſia, & vnaquæq; fidelis anima, quæ aliquando ignibus luxuriæ corrumpitur & auaritiæ.

## GLOS. ORDIN. CAP. LXV.

Q*Væſierunt &c.* Ad hoc reſpõdet filius. Quare nos er. fe. domine de vi. t? Q. Si alieni me quærẽtes tam clementem inuenerunt, non eſt crudelitas mea quæ vobis neget auxiliũ, ſed iniquitas veſtra, & impœnitens cor veſtrum. vnde: Populus quem non co. ſer. mihi. Et: Filij alieni men. ſunt mihi.

g *Expandi manus meas*. In cruce orans pro eis: Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt. Vel, vt eos reciperem & collocarem in ſinu meo. Vel, beneficia operum largiendo, ex quo eduxi eos ab Aegypto. Incarnatus quoque infirmos eorum curaui, mortuos ſuſcitaui, paucis panibus eos paui. Ipſi tamen ſemper extiterunt increduli.

h *Populus qui ad ira. &c.* Alleg. Omnis hæreticus Deum ad iracundiã prouocat, in falſitate doctrinæ offert immunda ſacrificia non in perpetuum manſura, ſed ad inſtar hortorum ad breue virentia. Carnis enim delicijs prouidet. vnde: Omnis caro ſicut fęnum. Hinc quoque illius apud Gręcos ſapientiſſimi laudatur ſententia, qui omnes ſeculi voluptates, & mundi pompam, & celeriter tranſeuntem luxuriam, hortos Adonidis vocat. Sacrificant autem hæretici ſuper latere, quando exquiſita mendacia dialectica cupiunt arte firmare, & in quadrum extruere, & ſecti in latere pulueris roborare lineis.

a In

## NICOL. DE LY.

a Et alliſi. nos. *ideſt confregiſti*.

b In manu iniquitatis no. *i. propter iniquitatem noſtram. Conſequenter notatur miſericordiæ petitio, cum dicitur;*

c Et

a ¶Opere, quo vitia nos retinent ſicut manibus: vnde: Mors & vita in manibus linguę.

à nobis, & † alliſiſti nos in manu

iniquitatis noſtræ. Et nunc domi-

a ¶Vnde: Filios genui & exal. &c. Et: Filius meus primogenitus Iſrael.

ne, pater noſter es tu, nos verò lu-

a ¶Limus terrę. b ¶Plaſmator. c ¶Ideo reſiſtere non poſſumus voluntati tuæ.

tum, & fictor noſter tu, & opera

a ¶Quaſi: Manus tuæ fecerunt me, & plaſmauerunt me &c. ¶Ergo.

manuum tuarum omnes nos. † Ne

¶Operi tuo. a ¶Nimis. b ¶Id eſt.

iraſcaris domine † ſatis, et ne vl-

a ¶Etiam ſecundum iuſtitiam, qui ferre non poſſumus. b ¶Sed operis tui.

trà memineris iniquitatis noſtrę.

a ¶Fuimus, olim ſcilicet.

Ecce † reſpice, populus tuus om-

a ¶Quam fluminis impetus lę & in qua quondam ſunt ſpecula virtutis. ¶Sanctuarij, templi tui.

nes nos. Ciuitas † ſancti tui fa-

¶A te. ¶A te.

cta eſt deſerta, Sion deſerta facta

a ¶Templum.

eſt, Ieruſalem deſolata eſt: domus

a ¶Vbi ſanctificabamur, immolabamus, gloriabamur.

ſanctificationis noſtræ & gloriæ noſtræ, vbi laudauerunt te pa-

a ¶Succenſa à Romanis.

tres noſtri, facta eſt in exuſtio-

a ¶Sanctaſanctorum.

nem ignis: & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas.

a ¶Ergo. b ¶Miſerijs noſtris, flagitijs hoſtium. c ¶Miſericordia.

Nunquid ſuper his continebis te

a ¶Aduerſarijs blaſphemantibus. b ¶Quaſi durus, indignans audire nos. c ¶Humiles.

domine, tacebis & affliges nos

a ¶Non more ſolito. ¶In perpetuum.

vehementer?

## CAP. LXV.

a ¶Gentes per fidem.

QVęſierunt me, qui antè non

a ¶Antequam homo fierem. ¶Populus quem non cognoui ſer. mi. b ¶Miſericordem, me ſcilicet.

interrogabant: inuenerunt, qui non

a ¶Ante. b ¶Filius qui ante dixi Moyſi: Ego ſum qui ſum. ¶Formam ſerui accipiens. c ¶Vt faciam ſ. e. cunctis Gentibus vnam Chriſtiani nominis.

quęſierunt me. Dixi: Ecce ego ecce

ego, ad Gentẽ † quę non inuocabat

a ¶Quaſi largus nihil denegans pœnitentibus.

nomen meũ. Expandi manus meas

a ¶Paſſionis. b ¶Iudæorum.

tota die ad populum † incredulum,

a ¶Relicto Chriſto qui eſt via. b ¶Lata & ſpacioſa quæ ducit ad mortem.

qui graditur in via non bona poſt

a ¶Vnde: Populus hic labijs me honorat, cor autem eor. longe &c. b ¶Prauas. ¶Ab occultis me. mun. me. c ¶Hæc fecit populus.

cogitationes ſuas. Populus qui

a ¶Vindictam. b ¶Studio delinquendo, vel di.

ad iracundiam prouocat me,

a ¶Apertè, quod peius eſt. ¶Cui omnia patent. ¶In templo meo ſcilicet idola poſuerunt. in quo ſæpe exhibui præſentiam meam.

ante faciem meam ſemper, qui

a ¶Dijs alienis: idololatriæ iungentes luxuriam.

immolant in hortis, & ſacrifi-

a ¶Dæmonibus. ¶Incenſum. b ¶Pro vno altari quod erat in templo, plura faciebant, & ſuper ſacrificabant.

cant ſuper lateres, qui habitant

c Et nunc domine pa. no. es tu. *per creationem*.

d Nos verò lu. & fictor noſter, *ſupple es tu, ſecundum quod dicitur Iere. 18. a. Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Iſrael*.

e Ne iraſca. &c. *i. abundanter*.

f Et ne vl. memi. iniqui. no. *ad amplius puniendum*.

g Ecce reſpice. *miſeriam noſtram: & allegatur ratio cum dicitur:*

h Populus tuus om. nos. *Per legem Moyſi nobis datam*. † Pſal.78.b

i Ciuitas ſancti tui. *ſ. Ieruſalem tuo cultui deputata*. † vſq; adeo

k Facta eſt deſer. *per Titum*.

l Domus ſanctifi. no. *i. templum, vbi offerebãtur ſacrificia pro ſanctificatione noſtra*.

m Et gloriæ no. *quia in ipſa gloriabamur ſuper omnia terrena. Cætera patent ex dictis vſq; ibi:*

n Nunquid ſuper his. *miſerijs noſtris*. † ſancta tua

o Continebis te do. *à noſtra conſolatione, q. d. non*.

p Tacebis & affli. nos. *i. affligi permittes ab inimicis noſtris*.

q Vehementer. *i. vltra poſſibilitatem noſtram ſuſtinendi, quaſi diceret, non decet te*.

## NIC. DE LYRA. CAP. LXV.

QVæſierunt. *Hic conſequenter ponitur domini ſententia: & primò, de Gentium vocatione: ſecundò de Iudæorum reprobatione, ibi: Expandi. Sic enim allegat Paulus Apoſt. ad Rom. 10. hanc literam dictam eſſe de vocatione Gentilium, & reprobatione Iudæorum. Circa primum dicitur:* Diuiſio.

r Quæſie. me. *ad me deuotè per fidem venientes ad prædicationem apoſtolorum*.

s Qui ante non inter. *ſ. Gentiles, quia legem diuinitus datam & prophetas non habebant*.

t Inue. *ſ. me per gratiam*

u Qui non quæſie. me. *ſ. ante prædicationem apoſtolorum. ideo ſubditur:*

x Dixi. *ſ. determinatè diffiniendo*.

y Ecce ego ec. e. *& fit duplicatio ad maiorem aſſertionem*.

z Ad Gen. *quia ante prædicationem apoſtolorum Gentiles erant communiter idololatriæ dediti: & ſic inuocabant idola, & non nomen domini*.

a Expandi. *ibi ponit iſta ſñia domini quãtũ ad Iudęos. Et primò ponitur ſñia. ſecundò remouetur Iudęorũ falſa fiducia ſeq. cap. Prima diuiditur in tres, quia primo ponitur multitudinis Iudaicę reprobatio, ſecũdo paucorũ electio, ibi: Hęc dicit dominus: tertiò vtriuſq; retributio, ibi: Et vos. Iſta tamẽ diuiſio non eſt oĩno pręciſa, quia in prima parte ponitur aliquid de punitione reproborum, quia prophetę frequenter de vno tranſeunt ad aliud, & econuerſò, & maximè Iſaias. Circa primum dicitur in perſona domini. Expan. ma. meas. volens ad me trahere*. Diuiſio. Ecce ego † declinantem

b Tota die. *i. ab antiquo vſque ad pſens, primò p prophetas, poſteà p meipſũ incarnatũ*.

c Ad po. incre. *i. Iudaicum qui ſemper fuit duræ ceruicis, vt patet ex decurſu vete. ac no. teſta*.

d Qui graditur &c. *i. poſt inclinationem fomitis ad malum, & non poſt leges meas*.

e Populus &c. *quia etiam in loco diuini cultus exercebant idololatriam tempore Manaſſe, & aliquorum aliorum regum, vt patet 4. Reg. & 2. Para*.

f Qui immo in hor. *vbi colebant idola, in locis. ſ. nemoroſis, vbi etiam luxuriam exercebant in venerationem idolorum, vt potè Veneris & Priapi*.

g Et ſacri. ſu. la. *i. ſup tecta domorũ, & in loco patẽti, ad dandũ alijs idololatrię exẽplũ*.

h Qui habitant in ſepul. *quærendo diuinationes in mortuis per artem phythonicã, & alijs modis ſuperſtitioſis*.

a Et in

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *In delubris.* Delubra à delendo dicta, eò q ibi putabatur ablui anima. Vel quia propè erant piſcinæ, vbi & Sacerdos lauabatur & hoſtia. Alleg. Hæretici in memorijs magiſtrorum, & in ſpecubus dormiunt, qui lumen ſpiritusſancti relinquentes, & cęnaculum in quo apoſtoli verſabantur, in diaboli tenebris commorantur, & ſpeluncas diligunt: de quibus: Vos autem fe.il.ſpe.la. Somnijs credunt & phantaſijs, carnem porcorũ comedũt, de quibus: Ne mittatis margaritas ante porcos, & ius prophanum quod in libris eorum hæretica arte conditum eſt. Vaſa eorum immunda tam doctrinæ.ſ.quã corpora. In tantam quoq; amentiam veniunt, vt qui ipſis non fuerit ſimilis, quaſi perditum deteſtentur.

*Allegoricè.* *Mar.11.c* † in deſertis pernoctant *Matt.7.a* † mane apud te

b *In fu.meo.* Furorem, obliuionem, iram, pœnitudinem, ita in Deo accipere debemus, quomodo manus, pedes, oculos, aures, & cætera membra, quæ habere dicitur, non q his pareat perturbationibus, q eas extinguit in nobis, ſed per verba nſa Dei intelligimus affectũ erga nos.

c *Non tacebo.* qui ſuperius dixit: Tacui, ſemper ſilui, patiens fui: modo dicit: Non tacebo.i.non parcã amplius, neque ſuſtinebo iniquitates eorum. *Sup.42.e*

d *Iniquita.pa.ve.* Vt.ſ.nõ ſolum pro peccatis veſtris puniamini, ſed etiã pro patrum iniquitatibus quos imitati eſtis. Aliter enim non portat filius iniquitatem patris. *Ezech.18.d*

e *Qui ſa.ſuper mon.* Qñ in Bethel & in Dan, aureos vitulos adorauerũt: Hęreticus quoq; contemnens ſimplicitatẽ eccleſiæ ſacrificat in montibus, & exprobrat Deo, dum eius præcepta contemnit. *3. Reg.12.g* †muſtum

F f *Quomodo ſi.* Q.propter malos non perdã bonos: Sed quomodo ſi &c. Dixerat enim periturum Iſrael.

g *De Ia.ſemen.* Semẽ Iacob & Iudę, apoſtoli, poſſidentes montes, alios.ſ.credentes virtutibus eminentes. vnde: Niſi dominus Sabaoth reli. no.ſe.quaſi So.facti eſſemus. *Rom.9.f*

h *Montes ſan.* Lxx. Montem meum.ſ.Chriſtum, qui eſt mons montiũ. Montes.n.ſunt apoſtoli, qui de Iudæis poſſederunt Chriſtum, in quo fundati ſunt.

i *Et hæredi.* vnde: Semen Abrahę ſerui eius fi.Ia.c.eius. Quicunq; adhuc ſemen ſunt, nec formati in filium, ſerui domini ſunt, quibus dicitur: Scio quia ſemen Abrahæ eſtis, nõdum.ſ.filij. Qui autem filius eſt domini, electus eſt. vnde: Electi poſſidebunt Ieruſalem, ſerui habitant in ea. vnde: Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed acce.ſpi.adop.fi.Dei. *Pſal.104.a* *Iohan.9.e* *Rom.8.c* † erit Saron

K *Campeſtria.* Alij ſaltus. vnde: Dominus reuelabit condenſa ſiluarum, vt latrones ibi latitare deſiſtant, & beſtiæ venenataq; animalia in eccleſiam Dei tranſeant. *Pſal.28.b*

l *In caulas greg.* Alia tranſlatio habet, Saronas, quæ eſt regio inter Ioppem & Lyddam atque Ramam fœcunda & pabuloſa, ſed latronibus infeſta: vnde interpretatur vallis effundens ſanguinem.

a *Et*

a ¶Mortuorum, quæ Iudæi in modum domorum faciunt.
In ſepulcris, & † in delubris idolorum a
a ¶Super pelles, ſcilicet hoſtiarum, vt futura ſomnient. b ¶Contra præceptum legis.
dormiunt: qui comedunt carnem ſu- b
a ¶Porcinam.
illam, & ius prophanum in vaſis co- c
a ¶Immundi. ¶Alij non manducanti non adoranti idola.
rum. Qui dicũt, † recede à me, nõ ap- d e
propinques mihi: quia † immundus
a ¶Q. i talia agunt, & in alios ſuperbiunt. b ¶Nihil. c ¶Et. d ¶Erit.
b es. Iſti fumus erunt in furore meo, f
¶Gehennæ. a ¶In eis. b ¶Semper. c ¶Malum eorum, vt non obliuiſcar.
ignis ardens tota die. Ecce ſcriptum g h
a ¶Imo dicam: Ite maledicti in ignem æternum.
c eſt coram me. Non tacebo: ſed red- i k
a ¶In interiora mentis, vt propria torqueantur conſcientia.
dam & retribuam in † ſinu eorum ini- l
a ¶Idololatrarum.
d quitates veſtras, & iniquitates patrum m
a ¶Vt puniamini, ſicut illi, quos imitati eſtis, & ſic quodammodo eorum filij.
e veſtrorum ſimul, dicit dominus: qui n
a ¶Filios & filias dæmonijs.
ſacrificauerunt ſuper montes & ſu- o
a ¶Me deſpiciendo, & idolis immolando.
per colles exprobrauerunt mihi, & re- p
a ¶Pro culpa pœnam metiendo vel menſurando. b ¶In anima poſt iudicium, & in corpore, cum & vermis eorum non morietur, & ignis non extin.
metiar opus eorum primum in ſinu q
f eorum. Hęc dicit dominus: Quomo- r s
a ¶Poſt tempeſtatem. b ¶Illæſum.
do ſi inueniatur † granum in botro, & t u
a ¶Volenti tangere. b ¶Sine creſcere.
dicatur, ne diſſipes illud, quoniam x
a ¶Ideſt placuit domino, vt pro benedictione de tanta copia reſeruare illud. b ¶Aliquos reſeruando.
benedictio eſt: ſic faciam propter ſer- y
a ¶Abraham, Iſaac, & Iacob, ad quos facta eſt promiſſio, vel propter eos qui inter plurimos peccatores ſeruiunt mihi.
b ¶Genus humanum.
uos meos, vt non diſperdam totum. z
a ¶Non deficiet ſceptrum de Iuda &c. b ¶Chriſtum quod ſupra botri granum.
g Et reducam de Iacob ſemen, & de Iu- a b
a ¶Apoſtolos. vnde: Leuaui oculos meos in montes & montes in circuitu eius, &c.
h da poſſidentem montes ſanctos me- c
a ¶Scilicet hæreditatem de qua: Dabo tibi Gen.he.t. b ¶Scilicet eccleſiam. c ¶Apoſtoli. vnde: Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.
i os. Et hæreditabunt eam electi d e
a ¶Fideles.
mei, & ſerui mei habitabunt ibi. Et f
a ¶Eccleſia. b ¶Fidelium: Quorum cor vnum & anima vna.
k l † erunt campeſtria in caulas gregum,

G e Recede à me. *Reputabant.n.Gentiles ita immundos, q non communicabant cum eis, vt patet ex libris vete. & no.teſta. Iſte tamen contemptus ſic inualuit, & maximè apud Iudęos, qui Phariſæi dicebantur, q etiam Iudæos contemnebant, qui non erant de ſecta ſua: vnde & domino diſcumbente in domo Matthęi, qui erat natione Iudæus, dixerunt, Matt.9.b. Quare cum publicanis &c. & tamen Matthęus erat natione Iudæus: & ſimile legitur in Euangelio in pluribus locis. Iſti n. Phariſæi erant iuſti apparenter, ſed non realiter. Et quia ſimulata ſanctitas duplex eſt iniquitas, ſecundum quod dicit Hiero. ideo ſubditur debita punitio, cum dicitur:*

f Iſti fumus erunt. *i. materia applicabilis ignis gehennę.*

g Ignis ar.to.die. *i. continuè & abſque fine, & ſicut dicitur infrà in fine libri: Ignis eorum non extinguetur.*

h Ecce ſcri.eſt coram me. *Indelebiliter, ſecundum quod dicitur Iere.17.a. Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtyllo ferreo in vngue adamantino.*

i Non tacebo. *Diſſimulando.*

k Sed red.re. *Ad intellectum huius ſciendum, q ſicut gloria cuiuslibet beati creſcit ex gloria ſibi coniunctorum, ſic pœna cuiuslibet damnati creſcit ex pœna ſibi coniunctorum: propter quod diues epulo in inferno poſitus petijt Lazarum mitti ad fratres ſuos, vt conteſtaretur illis, ne venirent in locum tormentorum. Luc.16.g. & hoc eſt quod dicitur: Sed reddam & retribuam in ſinu eorum. i. Iudęorum reprobatorum generaliter priorum & poſteriorum.*

l Iniquitates veſtras. *Hoc dicitur quantum ad Iudæos, qui fuerunt poſt captiuitatem Babylonis, maximè tempore Chriſti, & deinceps.*

m Et iniquitates patrum. *ita q ex pœna veſtra creſcit pœna eorum, & econuerſo, vt dictum eſt.*

H n Qui ſacrificauerunt ſuper montes. *iſtud refertur ad Iudęos illos, qui præceſſerunt captiuitatem Babylonicam, qui fuerunt multipliciter idololatræ, vt patet in libris Iudicum, Regum, & Paralipomenon. Poſt captiuitatem verò Babylonicam non leguntur Iudæi fuiſſe idololatræ, niſi aliqui pauci tempore Machabæorum: ſed poſtea agetur de peccatis eorum, & iam in parte dictum eſt ſuprà.*

o Et ſuper colles, &c. *Colendo.n.idola faciebant Deo opprobria.*

p Et remetiar opus eorum. *inferendo pœnam ſecundum menſuram peccati & modum.*

q Primum in ſinu eorum. *i. peccatum factum in iuuentute ſimul puniam cum peccato facto in ſenectute. Vel aliter: Primũ. id eſt peccatum patrum in filijs, modo dicto.*

r Hæc dicit, &c. *Hic conſequenter circa Iudęos ponitur paucorum electio.ſ.apoſtolorum & aliorum qui crediderunt in Chriſto, cum dicitur: Hæc dicit dominus: Cuius verbum fruſtrari non poteſt.*

s Quomodo ſi inueniatur granum. *ſcilicet vnum.*

t In botro. *Poſt tempeſtatem quod eſt modicum reſpectiuè.*

u Et dicatur. *Volenti accipere.*

x Ne diſſipes illud, quoniam benedictio eſt. *i. donum Dei, quod remanſit cęteris pereuntibus.*

y Sic faciam propter ſeruos meos. *i. propter patriarchas & prophetas antiquos.*

z Vt non diſperdam totum. *ſ. populum Iudaicum.*

a Et educam de Iacob ſemen. *ſ. apoſtolos, & alios de Iudaiſmo credentes.*

b Et de Iuda. *de qua tribu natus eſt Chriſtus ſecundum carnem.*

c Poſſidentem montes meos. *ideſt eccleſiam militantem & triumphantem.*

d Et hæreditabunt eam. *ſcilicet eccleſiam militantem primò, & triumphantem poſtea.*

e Electi mei. *ideſt Chriſtiani veri.*

f Et erunt campe. in caulas gregum &c. *Et per greges frequenter in ſcriptura intelliguntur fideles. Pſal.94.b. Nos autem populus paſcuæ eius, & oues manus eius. Per caulas igitur in campeſtribus & vallibus ædificatas, intelliguntur eccleſiæ ædificatę per per orbem vbique, in quibus fideles congregantur ad percipiendum ſacramenta, &*

¶ diuini

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et in delu.ido.dormi. *Ibi.n.antiquitus ſuper corium hoſtiæ immolatę dormiebant ad habendum reuelationes in ſomnijs, ſicut legitur in Bruto in hiſtoria Britonum.*

b Qui come.car.ſuillam. *Idolis immolatam: & ſic erat ibi duplex tranſgreſſio.ſ.legis Moſaycæ, (quæ abſolutè prohibet talem carnem comedere) & prohibitionis idololatriæ.*

c Et ius propha.in va.co. *i. oblatio de materia liquida, quæ fiebat cum oblatione ſacrificij de animalibus.*

d Qui dicunt. *ſcilicet Gentili.*

e Rece-



A a *Et vallis Achor.* Vbi Achor filius Charmi de ſpolijs Iericho furatus cum omni domo perijt. Et quia populum turbauit, & ibi perijt, vocatur hic vallis Achor, ideſt turbationis vel tumultus. In quo ſignificatur Gentilitas: ſicut & per Saronas, quæ interpretatur vallis fundens ſanguinem, quæ effuſione ſanguinis plena in tumultu & in turbatione vitiorum manebat. Sed Achor verſa eſt in caulas gregum, ſiue ouilia, & in cubile armentorum, ideſt eccleſias & requiem prædicatorum & aliorum fidelium, qui deſignantur per armẽta & greges ouium.

b *Armentorum.* Prædicatorum, qui eccleſiam armant & defendunt. Armentum enim dicitur ab armando.

c *Et vos qui dere.* Allego. Omnes qui eccleſiam deſerunt, & obliuiſcuntur montem ſanctum Dei tradentes ſe ſpiritibus erroris vel immundis doctrinis dæmoniorum, parant fortunæ menſam, & nihil ad Deum pertinere credẽtes, ſed vel ſtellarum curſu vel varietate fortunæ omnia gubernari, hi tradentur æternis ſupplicijs, vt nullus eorum poſſit euadere.

d *Fortunæ menſam.* Deæ Aegyptiorum, cui in fine anni parabant menſam, omnibus eſcis refertam, & poculis mulſa mixtis: vel quia fœlicem annum præbuerit, vel quia futurum fœlicem præbitura ſit.

e *Vocaui.* Per Prophetas dicens: Cõuertimini ad me, & ſalui eritis. Et per memetipſum: Pœnitentiam agite Et alibi: Venite ad me omnes qui la.& one.eſtis.

f *Ecce ſerui mei.* Q. Non ſolum corruetis gladio pro iniquitatibus veſtris, B ſed etiam in præſenti eſurietis & ſitietis. Gentiles verò ad fidem conuerſi in præſenti ſatiabuntur cibo corporis & ſanguine meo & doctrina ſpirituali, & in fine vel in futuro viſione trinitatis.

g *Comedent.* Corpus meum. vnde: Niſi manducaueritis car.fi.ho. Vel doctrinam ſpiritualem myſteria fidei, vel in futuro cognitionem diuinitatis. vnde: Vt edatis & bibatis ſuper men. meam in regno meo. Et ſatiabor cum ap.gloria tua.

h *Et dimitte.* Vt aliqui affirmantes dicant: Si aliter fecero, contingat mihi ſicut Iudæis Romanorum gladio occiſis. Vel ita: Iuro per Deum, in quem olim Iudæi crediderunt. Vel, quia Deus iuramentum eorum erat, quod Chriſtiani modo iurant neceſſitate compulſi: Viuit dominus ſcilicet.

i *Et interficiet te dominus.* Vt vel hunc non habeatis qui dicit: Ego ſum via, veritas & vita. Nec vocemini circuncifio, ſed conſciſio.

K *Quia obliuioni.* Vt non idolorum meminerint, & priſtini erroris, non obliuione memorię, ſed ſucceſſione bonorum. vnde: In die bona obliuio malorum. Et alibi: Afflictio horæ obliuionem facit deliciarum. Forſitan & in futuro priſtinæ conuerſationis memoria omnino delebitur.

a *Quia*

¶Alibi Achan. ¶Requiem.
a b & vallis Achor in cubile armento-
a ¶Fideli ſcilicet. b ¶Hæc fient eis.ſ.qui requi me. ¶Fide & opere.
rum populo meo, qui requiſierunt
¶ O Iudæi.
c me. Et vos, qui dereliquiſtis domi- a
a ¶Templum quod in monte, vel cœleſtem Ieruſalem, vel Chriſtum qui eſt mons montium.
num, qui obliti eſtis montem ſan- b
a ¶ Aliæ tranſlatio, paratis.
d ctum meum, qui ponitis † fortunæ c
menſam, & † libatis ſuper eam: nu- d e
a ¶Ne quis euadat.
b ¶Quilibet afflictione.
merabo vos in gladio, & omnes in f
a ¶Chaldæorum: Romanorum.
b ¶Præſſura: non enim omnes occiſi ſunt vel omnes afflicti.
c ¶Præter cætera.
e cæde corruetis: † & pro eo q vo-
a ¶Omnia feci quæ debui.
b ¶Obediendo, ſequendo.
c ¶Præſens nobiſcum Emmanuel, ¶In parabolis.
caui, & non reſpondiſtis, loquutus g h
a ¶Mente. b ¶Inſuper.
ſum, & non audiſtis: et faciebatis i k
a ¶Idololatriam.
b ¶Quia omnia video: vel in templo idola colentes.
malum in oculis meis, & quæ no- l
a ¶Aliud vult Deus, aliud permittit.
b ¶Malum ſcilicet.
c ¶Vt peteretis Barrabam, homicidij & ſeditionis autorem.
luiſti elegiſtis. Propter hoc hæc dicit
f g dominus Deus: Ecce ſerui mei co- m
medent, & vos eſurietis. Ecce ſer-
a ¶Sanguinem meum. b ¶Aquam viuam.
ui mei bibent, & vos ſitietis. Ecce
a ¶In æterna beatitudine. vnde illud: Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.
ſerui mei lætabuntur, & vos con- n o
a ¶Videntes alios in locum veſtrum ſucceſſiſſe.
fundemini. Ecce ſerui mei lau- p
a ¶Secundum illud: In ſecula ſeculorum laudabunt te.
dabunt præ exultatione cordis, & q
a ¶In inferno.
b ¶ Conſcientia peccatorum.
vos clamabitis præ dolore cordis,
a ¶Vnde: Ibi erit fletus & ſtridor dentium: vel in iudicio poſitis hœdis à ſiniſtris, & ouibus à dextris.
& præ contritione ſpiritus vlula- r s
a ¶Alijs in locum veſtrum ſuccedentibus.
h bitis: & dimittetis nomen veſtrum t
a ¶Sacroſanctum.
b ¶Vt dicantur filij Abrahæ, ſicut vos olim.
i in † iuramentum electis meis. Et u
a ¶Spirituali gladio in iudicio.
interficiet te dominus Deus, & ſer- x y
a ¶Chriſtiano.
uos ſuos vocabit nomine alio. z
a ¶Nomine, vel Chriſto.
b ¶Chriſtianus vocatus, & ipſum nomen in terra hac bene cuſtodierit.
† In quo qui benedictus eſt ſu- a
a ¶Nunc ſcilicet. b ¶In futuro. vnde: Venite benedicti patris mei, &c. Et alibi: Vt benedictionem hæreditatis poſſideatis.
c ¶Chriſto.
per terram, benedicetur in Deo, b
a ¶Fideliter & veraciter.
b ¶Veritatem loquitur.
c ¶Hac: In die iudicij verè & fideliter Deum laudabunt.
amen. Et qui iurat in terra, iu- c d e
a ¶Succedentibus bonis æternis. Abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.
k rabit in Deo, † amen. Quia obli- f g
a ¶Ne ſit pars malorum prioris anguſtiæ memorari.
uioni traditæ ſunt anguſtiæ pri-

*verè pœnitentium. Deſignantur etiam hic nomine gregum fideles minores, & maiores nomine armentorum.* C

a Et vos qui. *Hic conſequenter ponitur prædicatorum retributio: & primò reproborum & electorum mixtim, ſecundò electorũ ſeparatim, ibi: Quia obliuioni. Circa primum dicitur: Et vos. colentes idola.* *Diuiſio.*

b Qui obliti eſtis montem ſanctum meum, &c. *vbi erat templum diuino cultui dedicatum.*

c Qui ponitis fortunæ menſam. *eò quòd reputabatur dea fœlicitatis temporalis.*

d Et libatis ſuper eam. *oblationem de liquidis: in hac idololatria & ſupradictis fuerunt Iudæi multiplicati ante captiuitatem Babylonicam, quia multi ex eis ſequebantur omnimodam idololatriam, vt patet ex 4. Regum.*

e Numerabo vos in gladio. *quaſi dicat nullus euadet: ideo ſubditur:* †exercitui cœli.

f Et omnes in cęde corrue. &c. pro eò quod vocaui. *per prophetas.*

g Et non reſpondiſtis. *peccata veſtra confitendo, ſed magis prophetas deriſiſtis contumaciam augendo, vt patet ſecundo Paralip.vlt.*

h Locutus ſum. *in perſona propria in humanitate aſſumpta.* †Prou.1.c Iere.7.c

i Et non audiſtis. *ſed magis doctrinam meam reprobaſtis, vt patet ex Euangelio in pluribus locis.*

k Et faciebatis malum in ocu. meis &c. *bona pauperum rapiendo, & fratres veſtros odiendo. Iſta enim duo, ſcilicet auaritia & odium fraternum, multum viguerunt in populo Iudaico poſt reditum captiuitatis Babylonicæ, vt dicunt etiam Iudæi, & magis increuerunt imminente tempore Chriſti.*

l Et quæ. *ſ. falſam apparentiam ſanctitatis: propter quod Chriſtus maximè contra hypocriſim prædicauit. Et ſubditur pęna iuxta bonorum pręmia, quia oppoſita iuxta ſe poſita magis elucęſcunt, cum ſubditur:*

m Ecce &c. *Per cibum & potum hic intelligitur refectio bonorum in cælo, quia cõmuniter in ſcriptura ſacra bona ſpiritualia & cæleſtia metaphoricè per corporalia deſignantur: & per ſitim & eſuriem punitio malorum in inferno, vbi eſt defectus omnis boni.* D

n Ser.mei læta. *in clara viſione diuina.*

o Et vos. *confuſione extrema deiecti cum dæmonibus in pœnam.*

p Serui. *etiam laude corporali, quæ ſecundum doctores erit in patria.*

q Et vos. *Sicut n. in patria ponitur clamor exultationis, ſic in gehenna clamor triſtitiæ & deſolationis.*

r Et præ. *i. deſolatione. Contritio.n. meritoria ibi locum non habebit.*

s Vlula. *quia vlulatus eſt vox confuſa, & deſignat magnitudinem anguſtiæ & doloris.*

t Et di. *ſ. execrationis.*

u Elect. *i. Chriſtianis, qui ſic iurant aliquando. Si feci iſtud, quod mihi imponitur, ſuſpendar ego per pedes ſicut Iudæus.*

x Interfi. *quod fuit impletum per Titum.*

y Et ſer. *in eum credentes.*

z Voca. *quia vocantur Chriſtiani à Chriſto.*

a In quo. *benedictione gratiæ, quæ datur in baptiſmo, in quo accipitur nomen Chriſtiani.* † Quicũq; i terra iſta benedicet ſibi, i Deo fideliſ. ſibi benedicet, & qui iurat, &c.

b Benedi. *i. benedictione cæleſti, ſi in gratia perſeueret.*

c Amen. *i. fideliter ſic fiet.*

d Et qui. *i. hominibus aliquid affirmando.*

e Iura. *& non in idolo.*

f Amen. *i. fideliter debet iurare.*

g Quia ob. *hic conſequenter deſcribitur retributio electorum ſeparatim, tamen aliquid interponitur de punitione malorum, & videbitur. & primò ponitur retributio quantum ad conſecutionem boni, cũ dicitur: Quia ob. quas fideles ſuſtinuerunt pp magnitudinem gloriæ ſuperuenientis in patria. Et quod ſic intelligatur, patet per hoc quod ſubditur:*

¶ a Ecce

## NICOL. DE LY.

¶ *diuini verbi nutrimentum. Exprimitur tamen in ſpeciali vallis Achor, qui de peccato ſuo verè pęnitẽs dedit gloriam Deo, Ioſue.7.c. quia eccleſia eſt locus receptiuus*

*verè*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Quia ecce.* Ex angelis.ſ.& hominibus vnam eccleſiam, & exultabunt & gaudebunt, vt ego qui creaui exultem & gaudeam in eis. E

b *Exultationem.* Vniuerſæ terræ,vt quæ vetus vnigeniti erat gaudium, noua cunctis nationibus lætitia ſit.

c *Gaudium.* Quod vel poſt reſurrectionem poſſumus intelligere, vel poſt baptiſmum in prima reſurrectione. Hoc ad generalem reſurrectionem, qua omnes in perfecta ætate reſurgent. Et hoc eſt: Non erit &c. † meis

d *Puer centum anno. &c.* Ille.ſ.qui etſi diu, tamen pueriliter vixit, ſeruiens vitijs: & hoc exponit ſic: Et peccator,&c. Greg in moralibus. Puer centum annorum. Vita quidē pueri in longum trahitur, vt à factis puerilibus corrigaī. Sed ſi à peccati perpetratione nec temporis longinquitate compeſcitur:hæc ipſa vitæ longinquitas, quā per miſericordiam Dei accepit, ei ad cumulum maledictionis creſcit. Moraliter.

e *Domos.* Virtutes pro quibus in cœleſtibus requieſcent. vnde: In domo patris mei man.mul.ſunt: vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum proprium laborem. Tales domos obſtetrices ſibi dicuntur ædificaſſe,quia timuerunt Deū. Iacob quoq; habitat in domo, quam Eſau qui feris delectabatur, poſſidere non potuit. Ad literam enim ſtare non poteſt. Multi enim ſancti ædificant domos, ſed nō habitāt in eis. Iohan.14.a Exo.1.d

f *Secun.enim.* Sicut Chriſtus iam non moritur,mors illi vltrà non dominabitur,ſed in ęternum regnat cum patre, ſic & illi: Lignum.n.vitæ Chriſtus eſt,quod erat in medio paradiſi, .ſ.eccleſiæ. vnde Salomon: Lignum vitæ eſt his qui apprehenderunt eā.ſ. ſapientiam,quę eſt Chriſtus. Rom.6.b Gen.2.b Prou.3.e F

g *Opera ma.* Fidem,doctrinam,operationem apoſtolorum inueterabunt, vſque ad finem ſeculi ſeruando fideles eorum imitatores.ſ. Vel ſecundum quod quidam codices habent, electis meis inueterabūt, ideſt æternaliter ſaluabunt eos opera eorum, .ſ.apoſtolorum.

h *Semen be.* Apoſtoli,& alij doctores in prædicatione vel in alijs operibus ſicut Iudęi,quia ęternam mercedem percipient, quia venient cum exul. por. ma. ſuos. † arborum

i *Nepotes.* quos filij eorum in fide genuerunt,ſicut Marcus Petri diſcipulus,& Lucas Pauli filius. Pſal.125.a

a *Antequàm*

ores, & quia abſconditę ſunt ab o-
a ¶Adiungit ſe eis,quia & ipſe multa pertulit, ſerra lignea ſectus à Iudæis.
culis † noſtris. Ecce enim ego creo a
a ¶Sanctos,qui quotidie innouantur. vnde: Videbo c.&c. b ¶Meliorando, qualitates mutando: Vidi cœlum nouum,& terram nouam. Et Apoſtolus: Prçterit figura huius mundi. c ¶Bonam. ¶Quæ affert fructum in patientia.
cœlos nouos & terram nouam, & b
a ¶Mala, tormenta.
non erunt in memoria priora, &
a ¶In memoriam ſcilicet veſtram. ¶Veſtrum.
non aſcendent ſuper cor: ſed gau- c
a ¶Sine fine. ¶Omnibus rebus à me factis.
debitis & exultabitis vſque in ſem- d
a piternum in his quę ego creo. Quia e f
a ¶Cœleſtem. ¶Ex angelis & hominibus. ¶Empiraſis.
b ecce ego creo Ieruſalem exultatio-
c nem, & populum eius gaudium, g
& exultabo in Ieruſalem,& gaude- h
a ¶Vbi gaudium & exultatio:contraria enim ſimul eſſe non poſſunt. ¶Abſterget Deus om.la.ab o.
bo in populo meo:& non audietur i
a ¶Non ſicut Iudæi, pro iudicio faciet clamorem.
in ea vox fletus vltrà, & vox clamo-
a ¶Omnes reſurgemus in virum perfectum in menſuram ætatis ple.Chriſti.
ris. Non erit ibi amplius infans die k
a ¶Præuentus morte. b ¶Quia nemo morietur.
rum,& ſenex qui non impleat dies l
d ſuos.† Quoniam puer centum an- m
a ¶Etſi hic diu viuat.
norum morietur, & peccator cen- n o
tum annorum maledictus erit. Et p q
a ¶In præſenti. b ¶Virtutes.
e ædificabunt domos, & inhabita-
a ¶Opera bona. vnde: Inebriabuntur ab vbertate d.tuæ. Et alibi: Satiabor cum a.g.t. ¶Hæc eſt vinea quæ ait: Ego ſum vitis vera, & vos palmites,& pater meus agricola eſt.
bunt, & plantabunt vineas, & comedent fructum earum. Non ædi- r
a ¶Diabolus ſcilicet. b ¶In medio eorum.
ficabūt,& alius habitabit:non plan
a ¶Diabolus, Ideſt non deuorabit virtutes eorum.
f tabunt,& alius comedet. Secūdum s
a ¶Vitæ. ¶De quo: Iuſtus vt pal.flo.qui.ſ.quotidie triumphum reportat de aduerſarijs ſuis. b ¶Fidelis.
enim dies † ligni erunt dies popu- t
g li mei, & opera manuum eorū in- u
¶Vel is. ¶Vel is. ¶Ergo.
ueterabunt electi mei. Non labora- x
a ¶Filios ſpirituales,ſicut Rachel carnalem filium.
bunt fruſtra, neque generabunt y z
h in cōturbatione: quia ſemen bene- a
a ¶Apoſtolorum.
dictorū domini eſt, & nepotes eo- b

creſcet gaudium angelorum, ideo ſubditur: G

g Et popu.eius. *Quia angeli gaudebunt de perfecta beatitudine electorum,& electi de conſortio angelorum.*

h Et exul.in Ieruſa. *Non eſt intelligendum, ꝙ aliquid per hoc Deo accreſcat, cum ex ſeipſo ſit perfectè beatus, ſed quia faciet ciues cœleſtes in ſeipſo perfectè exultare,ſicut dicitur Gen.22.c.Nunc cognoui.i.cognoſcere feci.*

i Et non. *Hic conſequenter ponitur dicta retributio quantum ad amotionem mali, cum dicitur: Et non audietur. In quo notatur amotio omnis triſtitiæ interioris & exterioris.*

k Non erit. *i. aliquis habens multos dies. deficiens tamen in induſtria vel ſcientia.*

l Et ſenex qui &c. *i. habens multos annos in vacuū tranſactos, ſed plenos meritis: & per hoc à ciuitate cœleſti amouetur defectus notitiæ & virtutis. Et ꝙ ſic debeat hæc litera intelligi, patet per hoc quod ſubditur:*

m Quo.pu.cen.an. *i.qui multū vixit pueriliter ſequens paſſiones ſuas.*

n Morietur. *morte æterna.*

o Et pec.cen.an. *qui trāſegit tēpus ſuū inuacuū à bonis opibus,peccās ex certa malitia.*

p Maledi.eris. *Illa maledictione,quæ habetur Matt.25.Ite maledi.in ignē æternū &c.*

q Et ædifica.do. *Per hoc remouetur malū infortunij à Ieruſalem cœleſti. Circa quod ſciendum quòd magnum infortunium reputatur inter homines, quando quis multum laborat in aliquo,& non percipit fructum: in ædificatione autem,& plantatione vineę antequam faciat fructum, eſt magnus labor: ideo magnum infortunium reputabatur antiquitus,& adhuc reputatur,quando aliquis præuenitur morte antequam experiatur bonum ſequens domus ab eo ædificatæ, & vineę plantatæ: propter quod Deut.20.b. dicitur, ꝙ illi qui ædificauerant domos nouas, & plantauerant vineas,nō intrarent ad prælium,ſed reuerterentur ad domos ſuas,ne fortè interficerentur in prælio, & priuarentur bono conſequente modo prædicto. Et ex horrore huius infortunij multi poſtea poſſent à bello pro republica defendenda retrahi, per hoc igitur quod dicitur hic:* H

r Non ædifica. *Datur intelligi, ꝙ nulla infortunia erunt in ciuitate cęleſti. Iſta tamen ſpecialiter exprimuntur, quia communius inter homines huius vitæ reperiuntur, ideo ſubditur:*

s Secun.enim dies ligni. *De quo ligno debeat intelligi exprimit translatio Chaldaica,quæ dicitur Thargum apud Hebræos: & eſt valde autentica apud eos, quæ ſic habet: Secundum dies ligni vitæ. Per eſum enim ligni vitæ durante ſtatu innocentiæ continuabatur vita humana abſque aliqua inueteratione: & illud fuit figura Chriſti,ſecundum quod dicit Iohan.in Apoc.vlt. Quo ligno reficiuntur beati interius in aſpectu ſuæ deitatis, & exterius in aſpectu ſuæ humanitatis: ideo ſubditur:*

t Erunt di.po.mei. *quia vita beatorum eſt perpetua à parte poſt, ſicut & Chriſtus, qui per lignum vitæ hic intelligitur.*

u Opera ma.eo.inue.e.mei. *i.merita ſanctorum tantum durabunt in præmio pro eis reddito quantum ipſi: ſecundum quod dicitur Apoc.14.c. Opera enim illorum ſequuntur il. Per hoc autem quod dicitur hic: Inueterabūt, non intelligitur aliqua corruptio,ſed perpetua duratio, eo modo loquēdi quo dicitur de Deo Dan.7.f. Donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit ſanctis &c. Per antiquitatem ibi intelligitur æternitas, & non defectio,quæ cōcomitatur antiquitatem communiter dictam, Heb.8.d. Quod antiquatur & ſeneſcit propè interitum eſt.*

x Non labo. *i.non laborauerunt, quia frequēter hic accipitur futurum pro præterito,& econuerſo.*

y Fruſtra. *quia conſequuntur præmia.*

z Neque ge. *In conturbatione ideſt carnaliter, quam generationem ſequitur conturbatio ſollicitudinis circa prouiſionem vxoris, familiæ, & prolis, quod non habet locum in cęlis, ideo dicit Saluator Matt.22.c. In reſurrectione non nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo.*

a Quia ſe.be.do.eſt. *ideſt apoſtolorum.*

b Et nepotes eorum cum eis. *Iſti ſunt electi per ſucceſſores & diſcipulos apoſtolorum in fide regenerati. Poteſt etiam exponi quod* dicitur

## NIC. DE LY.

a Ecce enim. *quia in futuro innouabuntur corpora cœleſtia & elementa, non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad claritatem & decorem, vt ſic magis reluceat in eis bonitas diuina ad gloriam Dei & etiam electorum in ipſis bonitatem Dei clarius contemplantium quam antè: & talis innouatio vocatur hic creatio. Sicut dicitur rex vel papa creari propter immutationem ſtatus, quamuis eorum ſubſtantia non mutetur.*

b Et erunt &c. *hoc eſt dictum quòd ſtatus eorum præcedens nullius momenti reputabitur reſpectu ſequentis.*

c Sed gau.&c. *vox electi.*

d Vſque in ſempiter. &c. *quia æternitas à parte poſt eſt de ratione beatitudinis.*

e In his quæ ego &c. *i. in corporibus cœleſtibus & elementis prædicto modo melioratis.*

E a *Quia ſicut cę.* Quaſi: Sicut hæc innouata in æternum manebunt immobilia, ſic ſemen veſtrum ò Apoſtoli innouatum ab omni corruptione carnis in æternum mecum regnabit. Quia ſicut cęli noui. Hæc vſque ad finem libri pertinent ad diem iudicij.

b *Menſis ex men.* Mene Græcè, Latinè luna, vnde neomenia, quaſi noua luna. A mene menſis, apud illos q initium kalendarum, non ſecundum ſolis curſum & diuerſa ſpacia menſiũ, ſed ſecundum lunæ circumitum & terminãt & incipiunt, quod Hebræi faciunt. Per mẽſem ergo lunam: per lunam (quæ modo creſcit modo decreſcit, & ſicut aiunt Phyſici & Philoſophi à ſole quod non habet lumẽ recipit) eccleſia intelligitur. de qua: Permanebit cum ſole & ante lunã. Et alibi: Pulchra vt luna, electa vt ſol. & hoc eſt, erit menſis ex menſe.

*Pſ. 71. a*
*Cant. 6. d*

c *Et egredientur.* Electi quaſi ad videndum non loco ſed intelligentia vel viſione manifeſta, vt ad laudem Dei magis accendantur.

d *Et vide.* Non mirum ſi ſancti iam immortales reprobos videant, cum prophetæ adhuc mortales hęc omnia videre meruerunt.

e *Cadaue.* Quia in æternam damnationem cadent, ſecundum quod & dęmones cadauera poſſunt dici, ſecundum q etiam homines appellantur. vnde: Inimicus homo hoc fecit.

*Matt. 13. d*
*Pro. 25. c*

f *Vermis eo.* Materialis vel conſcientiæ. vnde: Sicut tinea comedit veſtimentum, & vermis corrodit lignũ, & ignis deuorat ligna, ſic męror & triſtitia excruciat cor viri.

• quòd

g *Ad ſatietatem.* Quia. ſ. boni videbũt eos à ſe iuſto Dei iudicio ſeparatos, amiſſa potentia qua ſęuiebant cõtra bonos, & vindictam Dei in illos tantam, vt maiorem non expoſcant. Qui modò dicũt, Vſquequo domine nõ vindicas ſanguinem noſtrum? Satiabuntur quoque, de beatitudine ſua agentes gratias, viſa impiorum ineffabili pœna.

† opprobrium vel nauſea.
*Apoc. 6. c*
*Mar. 9. g*
*9. q. 3. c. quoniam.*

a ¶Iudæis. ¶Vel ex vtriſque. ¶Gentibus conuerſis reprobato miniſterio Iudæorum. b ¶Se & alios ſanctificantes ¶Apoſtolos & Apoſtolicos viros. c ¶Aſſumptos de mundo in miniſtros Dei. ¶Qui in abſcondito non ſequuntur ſeriem generis, ſed ordinem fidei.

ex ẽis in Sacerdotes & Leuitas, di- a

a ¶Aetei. b ¶Secundum figuram innouati.

a cit dominus, quia ſicut cęli noui et b

a ¶Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram. b ¶Immobilia.

terra noua, quæ ego facio ſtare co-

a ¶O Apoſtoli.

ram me, dicit dominus, ſic ſtabit ſe- c

a ¶Liberatum a ſeruitute corruptionis. ¶Filij ſpirituales. ¶Filij Dei. b ¶O Apoſtoli. c ¶Chriſtianum, cui aliud non ſuccedit.

mẽn veſtrum et nomẽ veſtrum. Et d e

a ¶Eccleſia ſcilicet cęleſtis, conſtructa ex præſenti. ¶Spiritualis. b ¶Carnali. ¶Vt ſcilicet tranſcenſis diebus, in quibus factus eſt mundus, in vero Sabbato quieſcamus. c ¶Sabbatiſmus qui reſeruatur populo Dei. ¶Quaſi. Ille quieſcet in futuro, qui hic quieſcit a malo opere.

b erit mẽnſis ex mẽnſe, & Sabbatum

a ¶In die iudicij. b ¶Omnes Gentes quaſcunque feci, ve. & ado. &c. ¶Et videbit omnis ca. ſa. Dei noſtri. ¶Sancti cum corporibus ſuis. ¶Etiam mali territi Dei omnipotentia adorabunt.

ex Sabbato. Veniẽt omnis caro, vt f

adoret coram facie mea, dicit domi-

c d nus. Et egredientur, & videbunt ca- g h

a ¶Omnium reproborum. b ¶Legem naturalem vel ſcriptam. ¶Præuaricantes repu. om. pec. ter.

e dauera virorũ, qui præuaricati ſunt

a ¶Materialis vel conſcientiæ. b ¶Sic nec materia eius.

f in me. * Vermis eorum non morie- i

a ¶Materialis vel conſcientiæ. b ¶Quia ſemper erit ei quod conſumat. ſcilicet mali perdurantes in pęnis.

tur, & ignis eorum non extingue- k

a ¶Reprobi electis. b ¶Lętabitur iuſtus cum viderit vind.

g tur, & erũnt † vſque ad ſatietãtem. l m

a ¶Sanctis.

viſionis omni carni.

b Quia ſicut cęli. *Hic conſequenter ſubditur id quod pertinet ad iudicium retributionis, & primò quo ad bonos, cum dicitur: Sicut cæli no. quia à ſtatu illius innouationis futuræ, de qua ſuprà dictum eſt, in perpetuum non mutabuntur.*

G

c Sic ſtabit ſemen veſtrum. *id eſt adducti ad fidem per vos qui ſunt de numero electorum.*

d Et nomen veſtrum. *id eſt Apoſtolorum in perpetuum de ciuitate cœleſti, ideo ſubditur:*

e Et erit menſis ex menſe, & Sabbatum ex Sabbato. *id eſt perpetua quies & duratio, quæ non poſſunt à vobis exprimi nec capi niſi per nomina & verba differentias temporis ſignificantia, & hoc modo de ęternitate Dei dicitur Apoc. 1. b. Qui eſt & qui erat & qui venturus eſt. Aeternitas tamen durationis deſignatur per hoc quod dicitur: Menſis ex menſe. Et ęternitas quietis, cùm dicitur: Sabbatum ex Sabbato. Sabbatum enim quietem ſignificat in Hebræo.*

f Veniet omnis caro. *Id eſt omnis homo exiſtens de bonorum numero, eo modo quo dicitur ſuprà 40. d. Videbit omnis caro pariter quod os domini locutum eſt, vbi translatio. LXX. habet: Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri, vt adoret coram facie mea, quę clarè videtur in patria. Conſequenter ponitur retributio malorum, ſimul cum retributione bonorum cùm dicitur:*

g Egredientur. *ſcilicet beati, non per loci mutationem, ſed per conſiderationem.*

h Et videbunt cadauera. *i. corpora damnatorum in gehẽna. Et quod iſte ſit intellectus, patet per hoc quod ſubditur:*

i Vermis eorum non mo. *Quia vermes corpora mortuorum corrodentes in ſepulchris citò deficiunt cum eis, & in puluerem conuertuntur.*

k Et ignis eorum non extinguetur. *Ex quo patet quod dictum eſt, ſcilicet de cruciatu corruptum damnatorum in igne inferni, qui eſt inextinguibilis.*

l Et erunt vſque ad ſatietatem. *i. repletionem & perfectionem.*

H

m Viſionis omni carni. *Id eſt omni homini beato. non ſic intelligendo, quod beati delectentur per ſe in pęnis damnatorum, ſed quia talis intuitus damnatorum declarat eis diuinæ iuſtitiæ exercitium, & diuinæ miſericordiæ beneficium, quo pœnas illas euaſerunt, & propriæ gloriæ augmentum, inquantum maior apparet, comparata ad ſuum contrarium, quia appoſitis iuxta ſe contrarijs maiora & minora videntur. 1. Elenchorum. & ex iſtis tribus beati per ſe lætantur, ſecundum quod dicitur Pſal. 57. b. Lætabitur iuſtus, cum viderit vindictam. Ecce primum: Manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris, inquantum Dei miſericordia factus eſt immunis ab illis pœnis. Ecce ſecundum. Si vtique eſt fructus iuſto. Accipitur hic ſi pro quia. quia per hoc apparet maior fruitio propria: & ſic totum cedit in gloriam electorum, & ipſius Dei principaliter. Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen.*

F

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a In Sacerdotes. *Quia plures ex ipſis etiam à tempore Apoſtolorum ordinati ſunt epiſcopi & eccleſiæ miniſtri, vt patet de beatis Clemente & Dionyſio & multis alijs. Et hoc etiam dicit quædam gloſſa Hebraica, Exod. 12. g. ſuper illud: Hæc eſt religio Phaſe, &c. Et ſequitur: Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinatur apud vos: Gloſſa. Futurum eſt, vt conuerſi de Gentibus, ſint Sacerdotes domino miniſtrantes.*

*b* Quia

*In cap. lxvi. vbi dicitur in Poſtilla.*

## A D D I T I O.

Hæc dicit dominus. In hoc cap. vltimo propheta agit de his quę primo. cap. tractauit, ſcilicet de reprobatione Iudæorum & Gentium vocatione, & de imperfectione ſeu euacuatione quorundam contentorum in veteri lege: quæ ad cultum Dei pertinere videbantur, ut ſic reprobatio primi ſtatus non ſolum attribuatur peccatis Iudæorum, ſed etiam imperfectioni legis antiquæ: de qua Apoſtolus ad Heb. 8. c. Quod autem antiquatur veteraſcet, & prope interitum eſt. Et ſimiliter concludit in fine cap. de ſtatu finali iuſtorũ, & ſupplicio reproborum. Circa quæ octo facit. Primum oſtendit imperfectionem legis circa determinationem ſolius vnius templi ad diuinum cultum: de quo dicit: Hæc dicit dominus: Cœlum ſedes mea eſt, & terra ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta domus quam ædificabitis mihi? Licèt enim templum à Salomone ędificatum, ſimiliter & templum ſecundum ad diuinum cultum pertinerent: non tamen huiuſmodi domus materiales capaces ſunt Dei, vt fortè (prout habetur in gloſſa) aliqui ſtulti ſeu neſcientes æſtimabant: non autem ſapientes. Nam vt dicitur in 3. Reg. 8. c. Si enĩ cœlum & cęli cęlorum te capere non poſſunt, quantò magis domus hæc quam ędificaui? Et hoc eſt quod dicit propheta: Cęlum eſt ſedes mea, &c. quæ eſt iſta domus quã ædificatis mihi. q. d. Iſta non ſufficient ad habitationem meam: Quæ quidem imperfectio per legem nouam fuit ablata, in qua non fuit tãtum vnus locus deputatus ad diuinum cultum. vnde Iohan. 4. c. dicebat Chriſtus Samaritanæ: Venit hora, quando nec in monte hoc, nec in Ieroſolymis adorabi. pa. &c. Vnde habitatio Dei, prout in lege noua declaratur, principaliter conſiſtit in corde ad hoc diſpoſito. vñ Ioh. 1. b. Habitauit in no. ſcilicet in recipientibus Chriſtum per verã fidem: & hoc eſt quod dicit propheta. Ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum & contritum ſpiritu? quaſi dicat: Habitatio mea non eſt in domo materiali, ſed in creatura rationabili, quæ eſt Dei capax, cum per veram humilitatem & contritionem ad hoc diſponitur, unde in Pſal. Cor contritum & humiliatũ Deus non deſpicies. Sancti enim & iuſti in noua lege templum Dei dicuntur. primæ Corinthi. tertio. d. Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Poſſunt tamen iſta verba: Ad quem autem reſpi. &c. principalius & magis propriè exponi de Chriſto, in quo habitat plenitudo diuinitatis, ut dicitur ad Coloſſen. ſecundo. b. Qui pauper & humilis corde, non ſolùm ſimpliciter ſed exemplariter fuit: vnde Matthæi undecimo. d. Diſcite à m, &c. Similiter & trementem ſermones meos, ſcilicet per ſummam obedientiam uſque ad mortem crucis, ut ad Phili. ſecundo. a. Quaſi dicat: Inter omnia quæ manus mea fecit, et uniuerſa quæ facta ſunt, de quibus ſtatim ſuprà fecerat mentionem: hæc eſt propria ſedes mea et quies, ſcilicet Chriſtus pauperculus, non illa quã ædificatis. Conſequenter ſecundò poſtquam oſten-



A oſtendit imperfectionem legis antiquæ quo ad templum materiale, hic conſequenter oſtendit ipſius imperfectionem quo ad ſacrificia in templo oblata. de quo dicit: Qui immolat bouem, quaſi qui interficit virum, &c, prout in glo. Sacrificium veſtrum non placet mihi poſt immolationem veri ſacrificij, in cuius vmbra illa ſacrificia vobis conceſſi. Hæc enim habentur in gloſſa, ſecundùm quam gloſſam continuantur hæc verba ad iſtud quod immediatè dixerat: Ad quem autem reſpiciam? quaſi dicat, ad illum ſcilicet pauperculum ſupradictum reſpiciam, non ſolùm vt templum meum, ſed etiam vt munus mihi ſuauiſſimè oblatũ. iuxta illud ad Eph. 5. a. Tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam &c. Poſt hoc ſacrificium, qui immolat bouem, quaſi qui interficit virum: quia poſt Euangelij publicationem talia ſunt peſtifera, prout in Poſtilla, & exponantur cætera prout ibidem vſque ibi: Audite verbum domini. Vbi conſequenter tertiò propheta declarat falſum motiuum, quod Iudæi habuerunt, vt in abominationibus prædictis permanſiſſent, & infert eorum confutationem. Ad cuius declarationem ſciendum, quòd prædicta duo quæ ſunt de principalioribus fundamentis fidei legis nouæ. Quorum primum eſt, quòd Deus dicitur propriè habitare in Chriſto homine ſingulariori & excellentiori modo quàm in aliqua alia re, ſcilicet per vnionem perſonalem: de quo dicit: Ad quem autem reſpiciam? &c. vt fuit expoſitum. Secundum eſt, quòd ſacrificium Chriſti fuit Deo acceptiſſimum: propter quod dicitur: Qui immolat bouem &c. Iſta & ſimilia, quæ ſunt vera fidei fundamenta, Iudæi exiſtimant eſſe valde derogatoria diuinæ excellentiæ. Primum enim credunt implicare, quòd creator ſit creatura. Secundum verò quòd diuinitas ſit paſſibilis ſeu corruptibilis: quorum vtrumque eſſet manifeſtè derogatorium diuinæ excellentiæ, ſi ſic intelligeretur, vt ipſi falsè exiſtimant: vnde in hoc loco propheta dirigit ſermonem ad diſcipulos Chriſti, qui reuerenter ſuſceperunt eius verbum & doctrinam, dicens: Audite verbum domini, qui tremitis verbum eius. dixerunt fratres ueſtri, ſcilicet Iudæi infideles, qui fratres ſunt ſecundùm carnem, odientes vos & abijcientes propter nomen meum: quia Iudæi tantum odium conceperunt de Chriſto, quòd inter ſe ſtatuerunt, vt ſi quis confiteretur nomen Chriſti, extra ſynagogam eijceretur, & ſic de eis propriè dicitur: Abijcientes vos propter nomen meum. Quid autem dixerunt hi fratres odientes ſubdit, cùm dicitur: Glorificetur dominus. quaſi dicant. Abſit quòd de Deo glorioſo talia dicantur, ſcilicet quòd ſit homo verus. Similiter & quòd ſit in ſacrificio oblatus: quia iſta prout ipſi falsè concipiunt, ſunt contra diuinam excellentiam, ut dictum eſt: Quos propheta confutat, dicens in perſona ſui & iuſtorum. Et videbimus in lętitia ueſtra. q. d. ueritas prædictorum elucidabitur in euentu. Primò, quia uidebimus in lætitia ueſtra, ſcilicet diſcipulorum, prout infrà eod. cap. declarat. ubi dicitur: Lętamini cum Ieruſalem. ut ibidem exponetur. Secundò pro confuſione fratrum odientium prædictorum dicit: Ipſi autem confundentur. de qua cõfuſione ſtatim ſubdit: Vox populi de ciuitate, &c. Circa quod ſciendum, quod in deſtructione templi ſecundi tria maximè aduerſantia Iudæis concurrerunt. Vnum. ſ. quòd ciues eorum adinuicem odientes ſe interficiebant, prout dicit Ioſephus. de quo dicit: Vox populi de ciuitate. Secundum erat, quòd in templo occurrerunt multa ſigna diuinæ reprobationis, ut cùm uelum templi ſciſſum fuit Matth. 27. f. & alia multa quæ in Thalmud narrantur ad hæc pertinentia: de quo intelligitur illud: Vox de templo. Tertium eſt uox Romanorũ exequentium diuinam iuſtitiam. de quo dicit: Vox domini reddentis retributionem inimicis ſuis, & ſequitur: Antequàm parturiret peperit. Vbi conſequenter quartò propheta agit de natiuitate illius pauperculi. ſ. Chriſti, de quo antè dixerat: Ad quem autem reſpiciam niſi ad pauperculum? de quo denunciat, quòd eius natiuitas de beata uirgine fuit maximè admirabilis, & ideo ſubdit: Quis audiuit unquam tale, aut quis uidit huic ſimile? Subiungit etiam propheta de regeneratione fidelium, di. Nunquid parturiet terra? & exponatur totũ ſicut in Poſtilla. Subdit etiam propheta de generatione ęterna dicens: Nunquid ego, quia alios parere facio, ipſe non pariam? Quidquid perfectionis eſt in creaturis, peramplius & perfectius in Deo inuenitur, ſecluſa quacunq; imperfectione. unde hæc expoſitio quæ datur à ſanctis doctoribus, ut in Poſtilla, non uidetur eſſe myſtica ſed literalis: Nam paternitas & filiatio per prius & magis propriè dicuntur in diuinis, quàm in creaturis. Iuxta illud Apoſtoli ad Ephe. 3. c. Flecto genua mea ad patrem dñi noſtri Ieſu Chriſti, &c. Conſequenter quintò dicit: Lætamini cum Ieruſalem, &c. ubi

B

*Aduerſantia Iudæis in deſtructione templi ſecundi.*

ubi extensè declarat illud quod prius diſcipulis Chriſti dixerat: Videbimus in lętitia ueſtra, exponatur totum ſicut in Poſtilla. Conſequenter ſextò declarat extensè punitionem fratrum odientium & abijcientium diſcipulos Chriſti propter nomen eius. de quibus dixerat ſuprà: Ipſi autem cõfundentur. & de hoc agit cum dicitur: Et indignabitur inimicis ſuis. uſque ibi: Simul conſumentur dicit dominus. & exponatur totum ſicut in Poſtilla. Et notandum quòd ex hoc quod dicitur hic: Qui comedebant carnem ſuillã, &c. Simul conſumentur. Expoſitores Heb. credunt ſe habere efficax argumentum ad hoc quod ſtatus Chriſtianitatis conſummandus eſt tempore ſui Meſſiæ inaniter expectati, eò quòd Chriſtiani ueſcuntur carnibus ſuillis, non tamen Iudæi nec etiam Saraceni. Sed falſitas eorum declaratur in gloſ. maiori ſuper Gen. ubi expreſsè habetur, quod omnia quorum eſus erat illicitus in ueteri lege, debebãt eſſe licita ad eſum tempore Meſſiæ, & ſpecialiter hoc dicunt de porco. unde hoc quod dicitur: Qui comedebant carnem ſuillam. exponendum eſt prout in Poſtilla. Conſequẽter ſeptimò dicit: Ego autem opera eorum. In quo uidetur oſtendere exordium Apoſtolicæ doctrinæ, ſcilicet quomodo proceſſit poſt reſurrectionẽ Chriſti. Quod continuatur ad prædicta, ſpecialiter ad illud quod dixerat: Peperit Sion filios ſuos. Ad quod ſciendum, quod prout legitur in Actibus Apoſtolorum. 2. eo tempore quo ſpiritusſanctus deſcendit in Apoſtolos Chriſti, erant in Ieruſalem habitantes uiri religioſi ex omni natione, quæ ſub cęlo eſt: qui omnes uiderunt gloriam Dei, inquantum uidebant ipſos Apoſtolos loquentes uarijs linguis magnalia Dei, quod non niſi uirtute diuina fieri poterat, & hoc eſt quod dicitur hic: Ego autem opera eorum & cogitationes eorum, ſcilicet Iudæorum uolentium ſupprimere fidei ueritatem, unde & Apoſtolos & diſcipulos intantùm perſequebantur, quod omnes erant congregati propter metum Iudæorum in eodem loco, & ſic Deus ex operibus & cogitationibus prauis Iudęorum bonum elicuit, ſcilicet congregare Apoſtolos cum omnibus Gentibus & linguis, ut uiderent gloriam Dei modo prædicto. Et in hoc quod dicitur: Cum omnibus Gentibus. intelligatur diſtributio pro generibus ſingulorum, prout in multis alijs locis. Et ſequitur: Et ponam in eis ſignum, ſcilicet in diſcipulis, ſignum ſanctæ crucis, quia crucifixum communiter prædicabant, uel ſignũ id eſt miracula, uel ſigna quæ in nomine Chriſti faciebant, iuxta illud Mar. ult. d. Signa autem eos qui crediderint hæc ſequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, &c. Et mittam ex eis qui ſanati fuerint, ubi in Hebræo habetur: Qui euaſerint: quia Apoſtoli & diſcipuli quaſi fugientes euaſerunt de perſecutione Iudæorum ab Ieroſolymis ad Gentes, ſcilicet ad Gentiles. Exponantur cætera, prout in Poſtilla uſque ibi: Et adducent omnes fratres ueſtros. Qood uidetur exponendum de martyribus Chriſti, qui in diuerſis partibus mundi fuerũt pro teſtimonio Dei interfecti, quorum corpora ſeu oſſa adducuntur frequenter de cunctis Gentibus. In equis, & quadrigis, &c. ſcilicet honorificè et diuerſis et uarijs modis: ad montem ſanctum meũ Ieruſalem, ſcilicet ad eccleſiam. Quomodo inferant filij Iſrael munus in uaſe mundo in domum domini, quia tanta ueneratio fit reliquijs ſanctorum in eccleſia, ſicut olim fiebat in templo, cùm aliquod munus ſolenniſſimum ibi offerebatur. Et hic innuit propheta tertium pertinens ad perfectionem noui ſtatus. In ueteri enim lege corpora ſeu oſſa mortuorũ erant immunda intantum, quod contaminabantur ſacerdotes per contactum mortuorum, ut Leui. 11. a. Sed in noua lege hoc non habetur, immo reliquiæ ſanctorum in altaribus ponuntur. Cuius differentiæ ratio poteſt eſſe, quia animæ defunctorum in ueteri lege quantumcunq; ſanctæ fuiſſent, ſeparabantur tamen à uiſione diuina: unde et corpora eorum meritò ſeparanda erant à ſanctuario: cuius oppoſitum eſt in noua lege, in qua animæ ſanctorũ beatificè Deo coniunguntur, unde ad perfectionem ſui ſtatus pertinent prædicta. Conſequenter octauò dicitur. Et aſſumam ex his Sacerdotes et Leuitas. In quo innuitur quartum pertinens ad ſtatus nouæ legis perfectionem, inquantum Sacerdotium ipſius ſe extendit ad omnes Gentes, et non coartatur ad certam tribum, ſicut in ueteri lege. Quæ quidem extenſio pertinet ad perfectionem, ſicut noua lex perfectior eſt, quæ obligat omnes, quàm lex uetus, quæ tantùm obligat populum antiquum. Et in hoc etiam oſtenditur translatio legis antiquæ ad nouam, iuxta illud Heb. 7. b. Translato ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis translatio fiat, quod tamen Hebræi fatuè negant: de quo non eſt ad præſens agendum. Cætera exponantur prout in Poſtilla.

C

*Comedere carnes ſuillas.*

D

*Finit Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Iſaiam prophetam, vna cùm additionibus domini Pauli Burgenſis ac Replicis magiſtri Matthæi Thoring ordinis minorum.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E

## *Incipit expoſitio deuoti fratris Britonis ordinis minorum ſuper prologum Ieremiæ.*

*Diuiditur*

IEremias prophe. Iſtum prologũ dirigit Hieronymus ad Paulam & Euſtochiũ, ad quarum inſtantiã tranſtulit librum iſtum. Diuiditur autem iſte prologus in quinque particulas: in quarum prima dicitur quod licèt iſte propheta cæteris prophetis ſimplicior videatur in verbis, tamen in ſenſibus eſt ęqualis. Vnde dicit Hier. Ieremias propheta, &c. In ſecunda parte ſimplicitatis huius rationem aſſignat, in qua eum multipliciter cõmendat, & iſta pars incipit, ibi: Porrò ſimplicitas eloquij, &c. In qua commendatur à tribus. primò à dignitate, ibi: Sacerdos ex Sacerdotibus. ſecundò à priuilegio gratiæ ibi. Et in matris vtero ſanctificatus, tertiò à ſtatus pfectione, ibi: Virginitate ſua, &c. In tertia parte quatuor exprimũtur, ſcilicet prophetiæ tempus, materia, & locus, & prophetæ lamentationis modus. Tempus prophetiæ exprimitur, cum dicitur: Hic vaticinari exorſus eſt puer Materia, ibi: Captiuitatẽ vrbis atque Iudæ, &c. Agit enim de captiuitate duarum tribuum. Locus tangitur cum dicitur. vnde, in Iuda tantum, &c. Lamentationis modus tãgit. ibi: Et ciuitatis ſuæ ruinas, &c. Et quia lamentatio metricè ſcribitur in Heb dicit quòd ſecundum menſuras metri & verſuum diſtinxit ſenten-
F tias in Latino, ibi: Quod nos menſuræ metri, &c. In quarta tangitur modus agendi in libro iſto cum dicitur, Propterea ordinem viſionum, &c. Vltimò dicit quòd quia librum Baruch omiſerat, cumq; librum ad petitionem earum tranſtulerat, cõtra ſe ęmulos prouocabat, quos ſilendo compeſcere rectius erat, ibi: Librum Baruch, &c. Litera ſatis plana eſt.

b *Ruſticior.* i. ſimplicior, & huic expoſitioni concordat litera ſequens, ſcilicet, Porrò ſimplicitas eloquij. Aliqui tamen exponunt, Ruſticior. i. rudior, quia non plano ſermone loquitur ſicut Iſaias, ſed ſub figuris.

*An Ieremias æqualis Iſaiæ.*

c *Senſib. par eſt, quippe qui eo. ſpi. prophe.* Sed cõtra Hieronymus dicit in gloſſa in principio Iſaię: Nemo me putet Iſaiam breuiter poſſe exponere, cum vniuerſa domini ſacramenta contineat, ſed illud nuſquam legitur de Ieremia, ergo non videtur ſenſibus eſſe par Iſaiæ. Item in principio Ezechielis dicit gloſſa Hieronymi: Ezechielis difficultatẽ Hebræorum mõſtrat traditio: Niſi enim quis apud eos Sacerdotalis miniſterij dignitatem, i. 30. annos impleuerit, nec principia Geneſeos nec Cantica canticorũ, nec exordium Ezechielis vel finem legere permittitur, vt ad plenam ſcientiam & myſticos intellectus plenum humanæ naturæ tempus accedat, ſed hoc nuſquàm de Ieremia legitur, quomodo ergo dr̃ ſenſibus par? Reſpõdeo: Par ſenſibus dicitur, quia vtrobique de Chriſto & de captiuitate duarũ tribuum prophetizatur: ſtylus tamẽ profundior in alijs inuenitur.

*Coloniæ*

d *Anathotites.* i. de Anathot.

f *Eſt vſq; ho. &c.* i. tribus miliaribus.

g *Sanctificatus.* Vnde Iere. 1. b. Anteq̃ exires de ventre ſanctificaui te. quod de alijs non legitur.

h *Virginitate ſua Euangelicum virum.* Id eſt Euangelica perfectione præditum. G

i *Chriſti eccleſiæ dedicans.* i. copulans. Per hoc enim, quod ſub lege ſeruabat virginitatem in Sacerdotio, prætẽdebat in ſe continentiæ perfectionem, quæ docetur in Euangelio. Signanter autem dicitur Chriſti eccleſiæ dedicãs, id eſt inſeparabiliter per fidem adhærens.

## *Incipit præfatio in Ieremiam Prophetam.*

HÆc interpretatio Hieronymi eſt. Si quid in ea mouerit, ſecundum Hebræos codices exploretur. Alia eſt Septuaginta interpretũ eccleſijs vſitata. Quæ quamuis nonnulla aliter habeat, quàm in Hebræis codicibus inuenitur, tamen vtraque, id eſt ſecundum Septuaginta & ſecundum Hebræam, Apoſtolica autoritate firmata eſt: non errore neq; reprehenſione ſuperiori, ſed certo conſilio Septuaginta nõnulla aliter dixiſſe vel contexuiſſe intelliguntur. Quod ideò præmonemus, ne quiſquam alteram ex altera velit emendare. Quòd ſingulorum in ſuo genere veritas obſeruanda eſt.

## *Incipit prologus ſancti Hieronymi in eundem.*

IEremias propheta, cui hic prologus ſcribitur, ſermone quidem apud Hebræos Iſaiæ, & Hoſee, & quibuſdam alijs prophetis vi-
b c detur eſſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt, quippe qui eodẽ ſpiritu pphetauerit. Porrò ſimplicitas eloquij à loco ei in quo natus eſt accidit. Fuit
d enim Anathotites, qui eſt vſque ho-
e f die viculus tribus ab Ieroſolymis diſtans milibus. Sacerdos ex Sacer-
g dotibus, & in matris vtero ſanctificatus, virginitate ſua Euangelicum h
virum Chriſti eccleſiæ dedicãs. Hic i
vaticinari exorſus eſt puer, & capti- k l
uitatem vrbis atque Iudææ, non ſo- m n
lùm ſpiritu ſed & oculis carneis in- o p
tuitus eſt. Iam decem tribus Iſrael
Aſſyrij in Męduos tranſtulerãt, iam q
terras earum coloniæ Gentium r s
poſſidebant. Vnde in Iuda tantùm t
& in Beniamin prophetauit, & ciui u
tatis ſuæ ruinas quadruplici planxit x
alphabeto: quod nos menſuræ me- y z
tri verſibusque reddidimus. Præter- a
eà ordinem viſionũ, qui apud Græcos & Latinos omnino cõfuſus eſt,
ad priſtinam fidem correximus. Li- b
brum autẽ Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec ha-

K *Vaticinari.* Id eſt prophetare.

l *Exorſ. eſt.* i. incepit, Ordior, diris, ditus ſum vel orſus ſum, dr̃ telã ponere: Et qa q̃ telã ponit, tunc eam incipit. ideo ordiri ponitur pro incipere, & componitur exordior. vnde exorſus.

m *Puer.* Iere. 1 b. Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum, &c.

n *Vrbis.* Ieruſalẽ *atq. Iu.* i. duarũ tribuũ.

o *Oculis car.* Vnde Iere. 39. c. Poſtq̃ prædixerat captiuitatem Ieruſalẽ & trãſlationem populi in Babylonem, legitur quod Nabuchodonoſor rex Babylonis præcepit Nabuzardan, vt tolleret Ieremiam, & nihil mali ei faceret. Sed quare non prophetizat de captiuitate decẽ tribuum, ſed duarũ tantùm reddit cauſam, cùm dicit:

p *Iam decem tribus Iſrael &c.* Continua ſic: Non ſolùm ſpiritu reuelante, ſed oculis corporis intuitus eſt captiuitatem duarum tribuum. Iam decem tribus Iſrael Aſſyrij in Męduos tranſtulerant. Vnde. 4. Regum 17. d. Translatus eſt Iſrael de terra ſua in Aſſyrios, &c.

*Colonia*

q *Iam terras earum colo. Gen.* Colonia dicitur vrbs vel caſtrum, quod pro defectu indigenarũ nouis colonis adimpletur. Item Colonia dicitur agricultura vel cultus religionis: Quia ergo indigenis, id eſt decẽ tribubus in Aſſyrios translatis, rex Aſſyriorum miſit Gentes de Babylone & de Cutha & de Abaiath & de Emath & de Sepharphaim, quę pro filijs Iſrael poſſederunt Samariam, & habitauerũt in vrbibus eius. Vnde dicitur hic: H

r *Coloniæ Gentium.* i. Gentes colentes, id eſt inhabitantes vrbes decem tribuum, poſſidebant terras earum, vel coloniæ, id eſt agriculturæ.

s *Gentium.* id eſt Gentes agriculturæ deditæ, quia à rege Aſſyriorum miſſæ erant ad colendam ſibi terram decem tribuum. Poſſidebant terras earum. Vel, Coloniæ Gentium. Id eſt Gentes varium cultum religionis habentes: quia ſicut dicitur quarto Regum decimoſeptimo. e. Vnaquæque Gens fabricata eſt Deum ſuum. Poſſidebant terras earum.

t *In Iuda tantum.* id eſt in duabus tribubus.

u *Et in Beniamin prophetauit, & ciuitatis ſuæ ruinas.* id eſt Ieruſalem: quia in ſorte Beniamin primò fuit Ieruſalem, ſicut dictũ eſt ſuprà circa finem prologi in Iſaiam.

x *Quadruplici planxit.* vel diſtinxit alphabeto. illud expoſitum eſt ſuprà in epiſtola ad Paulinum.

y *Quod.* ſ. quadruplex alphabetum.

z *Nos.* in translatione noſtra.

a *Menſuræ metri verſibusq; reddidimus. Pręterea ordinem uiſionum, qui apud.* id eſt iuxta menſuras metri & verſuũ quas habet ĩ Hebraico, diſtinximus in Latino, quia diſtinximus ſententias ſecundum dictas menſuras: metricè enim ſcribũtur Threni in Hebraico, & ſub certis clauſularum menſuris diſtinguntur in Latino.

b *Ad priſtinam fidem correximus. Li. autẽ Baruch &c.* i. iuxta Hebraicam veritatem, cui fides debet adhiberi.

a *Præ-*



A a *Prætermiſimus.* q̃a non eſt de canone, ſed poſtmodùm tranſlatus fuit de Græco in latinum iuxta vulgatam editionem, in qua inuentus eſt.

b *Præſtolantes.* id eſt expectãtes. Verſus. Præſtolor expecto, præſtolor quærere dico. Paula fuit quędam matrona Romana, cuius filia fuit Euſtochium: de quibus inuenies ſatis ſupra in prologo ſuper Ioſue verſus finem.

c *Cæterum.* pro ſed.

d *Rectius &c.* id eſt ad abbreuiationem.

e *Mali.* vitandi in alijs, ſcilicet in æmulis meis. vnde nõ dicit rectius abſolutè, ſed addit: Ad compendium mali.

f *Ponere modum* id eſt finem.

g *Furori.* Id eſt detractioni.

h *Eorum.* quia quaſi furibundi detrahunt mihi. Cætera plana ſunt.

## *Incipit poſtilla venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lyra ſuper Ieremiã. Et primò eiuſdem præfatio.*

PRophetam in Gentibus dedi te. *Verbum propoſitum ſcribitur Iere. 1. b. Et dictum fuit ſibi à domino. In quo poſſunt notari quatuor cauſæ huius libri Ieremiæ, quem habemus præ manibus exponẽdum. videlicet, Cauſa efficiens materialis, formalis, & finalis. Cauſa verò efficiens duplex eſt. Vna principalis, ſcilicet Deus reuelans omnia in hoc libro contenta. Alia inſtrumentalis, ſcilicet ſanctus Ieremias, qui ſpirituſſancto dictante ſcripſit librum* B *iſtum. Et hæc duplex cauſa efficiens notatur, cum dicitur: Dedi te, ita quod in ſuppoſito huius verbi dedi, quod eſt ipſe Deus, exprimitur cauſa efficiens principalis. In hoc autem pronomine te, cauſa efficiẽs inſtrumentalis. Et de vtraq; poteſt accipi illud quod ſcribitur Ezech. 3. d. Fili hominis ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael. Ad hoc enim ponitur ſpeculator in excelſo, vt à lõgè ſpeculetur, & quæ viderit fideliter annunciet: & ſic fecit Ieremias, vt ſtatim videbitur in quodam generali, & plenius in proſecutione libri. Cauſa verò materialis & formalis poſſunt notari in nomine prophetæ, cum dicitur: Prophetam. Ad cuius intellectum, ſciendum quod propheta ſecũdum interpretationẽ nominis dicitur quaſi procul fans, quia fatur ſeu denunciat ea quæ ſunt longinqua à naturali cognitione humana. Et iſta quantum ad præſens ſunt in duplici gradu: quia aliqua ſunt huiuſmodi propter ſuam eminentiam reſpectu intellectus noſtri, cuiuſmodi ſunt diuina, ad quæ ſe habet intellectus noſter, ſicut oculus noctuæ ad lucem ſolis. 2. Metaphiſicæ. Inter iſta verò valde longinquum & remotum eſt à cognitione noſtra incarnationis diuinæ myſterium. Ex creaturis enim poteſt homo deuenire in cognitionem primę cauſæ, quæ Deus eſt, quantum ad multas eius conditiones: & ſic philoſophi concluſerunt de Deo plurimas cõcluſiones. Similiter natura humana per ſe accepta, non excedit cognitionem noſtram, ſed vnio naturæ diuinę & humanæ in ſuppoſito verbi ſupra modum tranſcẽdit facultatem intellectus humani. Myſterium autem iſtud denunciauit Ieremias propheta inter alios valde clarè. 23. a. dicens: Ecce dies veniunt dicit dominus, & ſuſcitabo Dauid germen iuſtum, & regnabit rex, & ſapiens erit, & faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſal-*

a betur, prætermiſimus: pro his omni-
b bus maledicta ab æmuli præſtolantes, quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere. Et hoc patior,
c quia vos me cogitis. Cęterum ad cõ-
d pẽdium mali rectius fuerat modum
e f furori eorum ſilentio meo ponere,
g h quàm quotidie noui aliquid ſcriptitantem inuidorum inſaniam prouocare.

## *Item alius prologus in eundem.*

IOakim filius Ioſiæ, cuius tertiodecimo anno prophetare orſus Ieremias, ſub quo & Olda mulier prophetauit, ipſe eſt qui alio nomine appellatur Eliachim, & regnauit ſuper tribum Iuda & Ieruſalem annis vndecim. Cui ſucceſſit in regnum filius Ioachin cognomento Iechonias, qui tertio menſe regni eius die decima captus à ducibus Nabuchodonoſor, ductus eſt in Babylonem, & in loco eius conſtitutus eſt Sedechias filius Ioſiæ patruus eius: cuius anno vndecimo Ieruſalem capta atque ſubuerſa eſt. Nemo igitur putet eundem in Danielis principio Ioachin, qui in Ezechielis exordio Ioachim ſcribitur. Iſte extremam ſyllabam chim habet, ille chin. Et ob hanc cauſam in Euangelio ſecũdum Matthæum vna videtur deeſſe generatio, quia, ſecunda theſſeredecas in Ioachim deſinit filium Ioſiæ, & tertia incipit à Ioachin filio Ioachim. Quod ignorãs Porphyrius, calumniam inſtruit eccleſiæ, ſuam oſtendens imperitiam, dum Euangeliſtam Matthæũ arguere nititur falſitatis. Quodque traditum ſcribitur Ioachim, monſtrat non aduerſariorum fortitudinis fuiſſe victoriam, ſed domini voluntatis.

## *Incipit argumentum in eundem.*

IEremias Anathotites, qui eſt viculus tribus à Ieroſolymis diſtãs milibus, apud Thamnas in Ægypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco ſepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Et quoniam poſtulatione ſua defugatis ab eodem loco ſerpentibus, Ægyptios à tactu aſpidum facit eſſe ſecuros, magna cum ibi religione Ægyptij venerantur.

*uabitur Iuda, & Iſrael habitabit confidenter. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum, dominus iuſtus noſter. Hæc enim authoritas ad literam de Chriſto dicitur ſecũdum omnes doctores Hebræos & Latinos, & plenius uidebitur ibidem domino concedẽte. Per hoc autem quod dicitur: Suſcitabo Dauid germen iuſtum, exprimitur humanitas Chriſti, qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundum carnem, ad Ro. 1. a. Per hoc autẽ quod ſubditur: Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum, dominus iuſtus noſter, exprimitur diuinitas Chriſti clarius, vt mihi videtur, quam in alijs libris veteris teſtamenti: quia vbi habemus dominus, In Hebræo habetur, nomen domini Tetra grammaton, quod ſecundum antiquos doctores Hebræorum ſic eſt appropriatum altiſſimo creatori, vt non liceat ipſum nomen de alio dici, prout plenius dicetur, domino concedente, quando ad locum illum veniemus. Et quia Ieremias ita clarè Chriſti myſterium denunciauit, prophetice poteſt dici de eo quod ſcribitur Luc. 1. g. Et tu puer, propheta altiſſimi vocaberis, quia valde clarè expreſſit altitudinem ſuę diuinitatis. et hęc eſt materia principalis huius libri: vnde dicit Ra. Sa. ſuper. 9. ca. Zachariæ, quod vniuerſi prophetæ non ſunt locuti niſi de diebus Meſſiæ: quod eſt intelligendum de principali intentione eorum, quid de pluribus alijs ſunt locuti. Et ſecũdum hoc, Deus humanandus eſt ſubiectum in omnibus libris prophetalibus, ſicut Deus humanatus in Euangelijs: quia quod prophetæ nunciant futurum, Euangeliſtæ narrant factum. Sicut enim Deus ſub ratione abſoluta eſt ſubiectũ in tota ſacra ſcriptura, ſic eſt in partibus eius ſubiectum ſub rationibus determinatis, ut dictum fuit plenius in principio Geneſis. Alia verò ſunt longinqua à cognitione humana propter ſuæ entitatis & veritatis deficientiam, cuiuſmodi ſunt futura contingentia, de quibus non eſt determinata veritas apud nos, ſed eſt determinata apud Deum. Et de talibus eſt prophetia ſecũdum quod dicit Caſſiodorus ſuper Pſal. Prophetia eſt diuina inſpiratio rerum euentus immobili, veritate denuncians. De talibus verò erat deſtructio ciuitatis & templi, & captiuatio populi per Nabuchodonoſor futura: quã Ieremias propheticè denunciat, & ſcribit in hoc libro, intantùm quod voluerunt eum propter hoc occidere, ſecundum quod dicitur infrà. 26. d. Indiciũ mortis eſt viro huic, quia prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam. Et hæc eſt materia huius libri ſecundaria ſub nomine prophetæ deſignata. Cauſa etiam formalis huius libri ſub nomine prophetæ deſignatur. Circa quod ſciendum quod duplex eſt forma libri, ſcilicet forma tractatus, & forma tractandi. Forma tractatus, eſt diuiſio libri p partes & capitula, de qua videbitur in proſecutione libri: Forma verò tractandi eſt modus agendi, qui modus eſt propheticus deſcribendo diuinas reuelationes Ieremiæ factas: propter quod de ipſo poteſt dici illud quod ſcribitur Ioh. 6. b. Hic eſt verè propheta. Et dicitur verè propheta, ad differẽtiam pſeudo prophetarum, qui non prophetabant ex diuina inſpiratione ſicut Ieremias, ſed aliqui eorum ex propria fictione propter quæſtum: Alij ex reuelatione dæmonum, qui ſunt mendaces, propter quod falſi erant, vt in pluribus demonſtrant prophetiæ eorum. Cauſa finalis huius libri eſt vtilitas vniuerſalis eccleſiæ, quæ collecta eſt ex omnibus Gentibus. Et hic finis notatur, cum dicitur: In Gentibus, id eſt ad vtilitatem omnium Gentium: propter quod de ipſo poteſt dici illud Iſa. 49. b. Dedi te in lucem Gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ. vt ſit, verbum domini ad Ieremiam dicentis: Dedi te in lucem Gentiũ, ad illuminãdum eos lumine fidei & clari-* C D

*Caſſiodorus. prophetia.* *Cauſa formalis* *Cauſa finalis*

*tate mo-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E **NICOLAVS DE LYRA.**

¶ tate morum, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ, & hoc denunciatiuè tantùm, quia Chriſtus eſt ſalus Gentium effectiuè, ſecundum quod dicitur: Operatus eſt ſalutem in medio terræ, id eſt in Ieruſalem, quæ eſt in medio climate terræ habitabilis, in qua operatus eſt ſalutem humanam per ſuam paſſionem benedictam, & reſurrectionem & aſcenſionem in cœlum, vbi cum patre & ſpirituſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum Amen.

Pſal. 73. e.

† Raba. O† Rigenes. Deus ad benefaciendum promptus eſt, ad puniendũ diſſimulator. Cum eñ poſſit reos ſine cõteſtatione venturi iudicij punire, nuſquã hoc facit, ſed etiã ſi cõdemnauerit, prædicit, vt liberent per pęnitentiã, qui dãnati fuerant per delictũ. Niniuitæ cõdemnati erant peccatores à Deo: Adhuc eñ tres dies, & Niniue erat ſubuertenda. Noluit eñ Deus cum ſilentio punire damnatos, ſed dans eis locum pęnitentiæ miſit Hebræũ prophetã, q diceret: Adhuc tres dies, & Niniue ſubuertet. ne perirent ſ. qui condẽnati erant, ſed agẽtes pęnitentiã impetrarẽt miſericordiã. Sodomitæ quoq; & Gomorræi diuino iam erãt exitio deſtinati, ſicut ſermo Dei ad Abrahã oſtendit: tñ quod ſuũ erat fecerunt angeli, volẽtes eos ſaluare, q ſe indignos ſalute iudicauerunt & dicẽtes ad Loth: Eſt ne aliquis hic tibi gener, aut filij, aut filię &c. neq; ignorabãt nõ eſſe eos ſecuturos Loth, ſed oſtenderũt ſuã pariter & eius q eos miſerat benignitatẽ & amorẽ. Simile qddã in Ieremia inuenimus. Notãdũ eſt. n. tẽpus prophetiæ eius, qñ ꝓphetare cęperit vel finierit. Dicet ergo aliquis: Quid ad me tẽps hiſtoriæ? qa cępit ꝓphetare in diebus Ioſiæ filij Amõ regis Iuda, & vſq; ad annũ tertiũdecimũ in regno eius. Deinde prophetauit in diebus Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda vſq; ad cõſummationẽ vndecimi anni Sedechiæ filij Ioſię regis Iuda: & p tres reges prophetia eius extenſa eſt vſq; ad captiuitatẽ Ieruſalẽ in quinto mẽſe. Cõdẽnauerat eñ Deus Ieruſalẽ pp peccata ſua, & hæc erat extrema ſñia ſua, vt captiuitati relinquereẽ. Sed cũ hoĩum amator ſit Deus, nec quemq̃ velit perire, anteq̃ depopulationis tempus inſtaret, miſit & hunc ꝓphetã, q inuitaret ad pęnitentiã. Miſit eundẽ ẽt ſub ſecundo rege poſt primum. Miſit quoq; ſub tertio. Iã captiuitas imminebat, & adhuc ad ſalutẽ hortabaẽ Deus, tribuens & ante vnũ diẽ locũ pęnitentię. Vñ ſcriptũ eſt: Vſq; ad captiuitatẽ Ieruſalẽ, & vſq; ad quintũ menſem ꝓphetaſſe Ieremiã. Iã hoſtiũ vincula ſtrinxerant manus, & nihilominus hæc dicebat Deus: Ecce captiui facti eſtis, agite (licèt ſerò) pęnitentiã: Rogate me, & ego parcã F vobis: poſſum eruere de captiuitate q tradidi. Hęc ẽt de nobis poſſumus intelligere. Si peccauerimus, captiui futuri ſumus. Tradi enim peccatorẽ Satanæ, nihil diſtat ab eo quod Iudæi traditi ſunt Nabuchodonoſor: vt ſicut illos Deus cõceſſit aduerſario pp frequentes impietates, ſic nos pp peccata trademur ſpũali Nabuchodonoſor. Vnde: Quos tradidi Satanæ, vt diſcãt non blaſphemare. Putas quantũ malũ eſt peccare, vt tradaris Satanæ captiuanti animas eorũ qui relinquunẽ à Deo, non ſine cauſa. ſ. nec ſine iudicio? Cũ eñ miſerit pluuiã ſup vineã, & ipſa ꝓ vua attulerit ſpinas, quid faciet niſi vt mãdet nubibus, ne pluant ſup vineã imbrem? Propè eſt ergo & captiuitas noſtra, ſi non egerimus pęnitẽtiã, vt tradamur. ſ. Nabuchodonoſor & Babylonijs, quibus iam adiacentibus ſermones ꝓphetarũ, legis, Apoſtolorũ, & ipſius Chriſti hortanẽ nos ad pęnitentiã, ꝓuocant ad ſalutem. Si audierimus, credimus ei qui dixit: Et ego pęnitentiã agam de oĩbus malis, quæ locutus ſum eis facere. Hieronymus ad Euſebium. Quia volumen eſt longiſſimũ, & in pleriſque hiſtoria manifeſta, in Ieremia latam explanationem non quæras, ſup his maximè quę iam in alijs prophetis ſunt dicta. Vt nihil deſit in ſenſibus, cum multum deſit in verbis: ſtamina tibi atq; ſubtegmina & litia præparabo, tu ipſe veſtem pulcherrimam conficito. Cæteri prophetæ, vt Iſaias, Hoſee, Iohel fuerũt ante captiuitatem duarum tribuum, ſcilicet, Iudæ, & Beniamin. Alij poſt, vt Daniel Aggęus & Zacharias. Ieremias verò & Ezechiel imminente captiuitate prophetauerunt, alter in terra Iuda, alter in Babylone. Ieremias puer prophetare cœpit, tertiodecimo anno Ioſię regis Iuda filij Amon: prophetauitque ſub eo decem & nouem annis, & ſub Ioachim filio eius annis vndecim, & ſub Sedechia qui vltimus fuit regũ Iuda annis. 11 vſq; ad quintum menſem quo à Babylonijs captiuata eſt Ieruſalem. Ioachaz verò & Iechoniæ trini menſes (quorum alter in Ægyptum, alter cum matre ductus eſt in Babylonem) in ſupradictis annis computantur. Ac per hoc ab exordio prophetiæ ſuæ vſque ad captiuitatem Ieruſalem, in qua & ipſe captus eſt, prophetauit annis quadraginta & vno; præter illud tempus quo in Ægyptũ ductus eſt, ibiq; prophetauit in Thamnis, ſicut in hoc ipſo volumine continetur. H

Margin: Iona. 3. b. — Gene. 18. c. — Ibid. 19. a. — Quæſtio — Benigniſſimus Deus ad pœnitentiam hortatur. — 1. Cor. 5. b.

**GLOS. ORDINARIA. CAP. I.**

a Verba Iere. 70. Verbum Dei. quia veba Ieremiæ verbũ domini eſt. Hieron. Poſt exordium vaticinationis Ieremiæ. 35. prophetiæ anno, Ezechiel in Babylone his qui cum eo captiuati erant, exorſus eſt prophetare.

b In diebus &c. Hiero. Mirabilis Dei clementia. Iam captiuitate vicina, & Babylonio exercitu vallante Ieruſalem, nihilominus populum ad pęnitentiam vocat, mallens ſeruare conuerſos, quam perdere delinquentes.

c Priuſquã te. Nõ qđ antè cõceptionẽ fuerit, vt Hæretici ſuſpicantur: ſed quia

*Incipit Ieremias propheta*

**CAP. I.**

¶Hæc ſunt.
VErba Ieremię filij Helchiæ de Sacerdotibus, qui fuerunt in
a ¶Ecce locus. Viculus eſt, in tertio ab vrbe miliario.
Anathot in terra Beniamin. Quòd
¶Id eſt quia. a ¶Hoc. b ¶Quod erat in principio apud patrem.
factũ eſt verbũ dñi ad eũ in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum eſt in diebus Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda vſq; ad cõſummatio
¶Qui vltimus regum Iuda.
nem vndecimi anni Sedechiæ filij
¶L X X. Captiuitatem.
Ioſiæ regis Iuda, vſq; ad tranſmigrationem Ieruſalẽ, in menſe quin
a ¶Quod erat in principio apud Deum, quo loquuntur prophetæ.
to. Et factum eſt verbum domini ad me, dicens: Priuſquàm te for-

**NICO. DE LYRA. CAP. I.**

VErba Iere. ſi. *Liber iſte diuiditur in duas partes. ſ. procemium & tractatum. Secunda incipit ibi: Et factum eſt. Prima in duas, quia primò ponitur autoris notificatio. ſecundò facta ſibi cõmiſſio, ibi: & factum eſt. Circa primũ notificatur autor, primò ex nomine, cum dicitur.*

Margin: Quòd — Diuiſio libri

a Verba Iere. *ſupple ſunt quæ ſequuntur in hoc libro. Secundò ex genere, cum dicitur.*

b Filij Helchię. *qui fuit etiam propheta, licèt non tam famoſus, ſicut Ieremias. Et hoc ſecundum regulam Hebræorũ, quæ dicit, qđ qñ in principio alicuius prophetiæ exprimitur nomen patris ipſius prophetæ, intelligendum eſt quod & pater fuit propheta.*

c De Sacer. *Ex quo patet dignitas ſui generis: quia tribus Sacerdotalis cõmixta fuit tribui regiæ propter ſui dignitatem. Tertiò ex loco, cum dicitur:*

d In ter. Ben. *Dicit enim Hier. in prologo huius libri, q Anathot eſt vicus tribus milibus diſtans à Ieruſalem, in ſorte Beniamin ſitus. Quartò notificatur ex tempore, cum dicitur.*

e Quòd factum eſt uer. &c. *Et ſciendum quòd iſtud, quòd, non eſt pronomen, ſed coniunctio: & ponitur pro quia, & refertur ad id quod dicitur in principio: Ver. Ier. Et ad oſtendendum, quod hæc verba procedebant ex ſpiritu diuino, dicitur. Quod fac. eſt. i. quia factum eſt verbum domini ad eum in diebus Ioſiæ &c. Tacentur hic duo reges, quorum tẽporibus prophetauit ſcilicet Iochaz & Iechonias filius Ioachim, eò quod quilibet eorum regnauit tantum tribus menſibus: & ſic tempus eorum computatur ſub alijs regibus vſque ad tranſmigrationem Ieruſalem, id eſt captiuitatem populi eius ciuitate deſtructa per Nabuchodonoſor in menſe quinto. Contrarium videtur infra. 39. vbi dicitur: Menſe quarto quinta die menſis, aperta eſt ciuitas & cæte. Dicendum, quod menſe quarto fuit capta à Babylonijs, vt ibi dicitur: ſed ciuitas non fuit deſtructa, nec populus in Babylonem ductus, donec ſuper hoc audiretur voluntas Nabuchodonoſor exiſtentis tunc in Antiochia, per nuncios ad hoc miſſos, qui redierunt menſe quinto, vt dicitur hic:*

f Et factum eſt uer. do. ad me dicens. *Hic conſequenter deſcribitur commiſſio facta Ieremiæ de actu prophetandi, cum ei dicitur à domino.*

g Priuſquam te forma. in utero noui te. *Notitia prædeſtinationis, quæ eſt ab æterno.*

¶ a Et ante-

**MORALITER.**

✻ a *Verba Ieremiæ*. Per Ieremiam qui excelſus domino interpretatur, bonus prędicator ſignificatur. Quilibet enim iſtorũ in gradu ſuo eſt excelſus domino. Huic autem dicitur à domino.

g *Priuſquàm te formarem in vtero noui te, & cætera*. Vterus autem in quo formatur, eſt ſtudium ſacræ ſcripturæ: & inde exit uel educitur à domino, vt applicetur regimini populi ✻ uel



quia pſciuit eum dñs futurum, cui faciẽda iã facta ſunt: qui A vocat ea q̃ nõ ſunt, tanq̃ ea quæ ſunt. Hier. Priuſq̃ &c. Quidam hunc locũ ſuper ſaluatorem intelligunt, q propriè ꝓpheta Gentium fuit, & p Apoſtolos oẽs nationes vocauit. Qui priuſquam in vtero virginali formaretur, antequam de vulua exiret, ſanctificatus eſt in vtero, & notus patri, qui ſemper in patre, & in quo ſemper pater.

a *Antequam de vul.* Hiero. ſm illud Pauli. Poſtq̃ complacuit ei, qui me ſegregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiã ſuã: vt reuelaret filium ſuũ in me, vt Euangelizarem eum in Gentibus. Iohannes ſanctificatus quoq; in vtero, & ſpiritum ſanctũ accipit, & in vulua mouet, & per os matris loquitur.

b *A a a do. Deus*. Deteſtatur officiũ quod pro ætate non põt ſuſtinere. Eadẽ verecundia qua Moyſes gracilis & tenuis vocis ſe eſſe dicit: ſed illequaſi magnæ & robuſtæ ætatis corripiẽ, quaſi puero huic venia datur, q verecũdiã & pudore decoraẽ.

c *Noli dicere*. Grego. Officiũ pdicationis alij laudabiliter appetunt, ad qđ alij laudabiliter coguntẽ. Iſaias. n. vltro ſe obtulit dicẽs: Ecce ego, mitte me. Ieremias humiliter reluctaẽ, dicẽs: A a a do. Deus. Ab vtriſq; exterius diuerſa vox prodit, ſed nõ à diuerſo fonte dilectionis. Duo eñ ſunt pcepta charitatis, Dei. ſ. amor & pximi. Per actiuã ergo vitã ꝓximis ꝓdeſſe cupiẽs Iſaias, officiũ pdicationis appetit. Per contẽplatiuã Ieremias amori Dei inhærere deſiderãs, mitti ad pdicãdũ renuit. Hic ne tacitæ contemplationis lucra loquẽdo pderet: Ille ne dãna ſtudioſi operis tacendo ſentiret. Sed notandũ, qa q recuſauit, penitus non reſti B tit, & q mitti voluit, ante ſe per altaris calculũ purgatũ vidit: ne aut non purgatus adire quis ſacra myſteria audeat, aut quẽ Deꝰ elegit ſub humilitatis ſpecie ſuperbè cõtradicat. Quia ergo difficile eſt purgatũ ſe cognoſcere, pdicationis officiũ tutius declinaẽ. Non tñ pertinaciter declinari debet, cũ ad hoc ſuſcipiendũ ſuperna volũtas agnoſcitẽ. Qđ Moyſes vtrunq; mirabiliter expleuit, q pręeſſe tãtæ multitudini, & noluit & obediuit. Fortè. n. ſuperbus eſſet, ſi ducatũ intrepidꝰ ſuſciperet, vel autoris imperio obedire recuſaret. Vtrobiq; ergo ſubiectus & præeſſe populis ſeſe metiendo noluit, & tamen de imperantis viribus præſumendo conſentit. C

d *Et miſit &c.* Notandum, quod hic manus Dei mittitur, quæ tangit os prophetæ. Et dicitur: Ecce dedi verba mea in ore tuo. In Iſaia ſcriptum eſt: Et miſſus eſt vnus de Seraphim, & in manu habebat carbonẽ, quẽ forcipe tulerat de altari, & tetigit os meũ &c. Quia Iſaias pfectæ ætatis erat, & immunda labia habebat, & in medio populi polluta labia habentis habitabat, mittiẽ vnus de Seraphim, q non manu, ſed forcipe & carbone tangat os eius, iniquitates eius auferat. Hic aũt ipſius Dei manus mittitur, nõ vt peccata auferat, q̃ multa p pueritiã non fecerat, ſed vt loquẽdi gratiã tribuat. Ezechiel verò librũ deuorat, intꝰ & foris ſcriptũ. ſ. tam ſacra diuina, quã ſimplicẽ hiſtoriam continentem: Ieremię os tãgitur, & dñi verba tribuunẽ, vt confidentiam accipiat prædicandi.

e *Vt euellas &c.* Quatuor triſtib. duo læta ſuccedunt. Neq; eñ poterant ędificari bona, niſi deſtructa eſſent mala: nec plãtari optima, niſi eradicarentur peſſima. Oĩs eñ plãtatio, quã non plãtauit pater meus cęleſtis &c. Et ædificatio, q̃ non eſt ędificata ſupra petrã, ſed ſuper arenã, ſermone Dei ſuffodiẽ atq; deſtruiẽ. Illã aũt quã conſumet dñs ſpũ oris ſui, & deſtruet aduentu pñtiæ ſuæ, oẽm. ſ. ſacrilegã peruerſamq; doctrinã diſperdet in perpetuũ. Ea verò q̃ eleuanẽ ↄ̄ ſciam Dei, & in ſua cõfidunt ſapiẽtia, q̃ eſt apud Deũ ſtultitia, diſſipabit atq; deponet, vt pro his ædificenẽ humilia, & in locũ ſuperborũ q̃ deſtructa ſunt & euulſa, extruanẽ & plantenẽ, quæ eccleſiaſticæ conueniũt veritati, de quibus: Dei ædificatio eſtis, Dei agricultura eſtis. Multi hunc locũ ſup perſona Chriſti accipiũt. Ieremias. n. interpretaẽ excelſus dñi, q deſtruxit regna diaboli, q̃ ſibi in excelſo mõtis oſtenderat, aduerſarias perdidit ptãtes, delens chirographum errorum in cruce: De qbus poſt hiſtorię veritatẽ tropicos dr: Quare fremuerũt Gẽtes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerũt in vnũ. Pro his euulſis, deſtructis, D perditis,

Margin: Iſa. 6. b. — † præparauit — Ezech. 2. d. — Matt. 15. b. — Luc. 6. g. — 1. Cor. 3. d. — 1. Cor. 3. b. — Pſal. 2. a.

a ¶Actu. b ¶Matris. c ¶In præſcientia.
marem in vtero, noui te: & antequàm exires de vulua, † ſanctificaui te, &
a ¶In Vtero vſus eſt libero arbitrio.
prophetam in Gentibus dedi te. Et dixi: † A a a domine Deus: Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit do-
a ¶Quaſi: Ne conſideres ætatem cani hominis: ſapientia eius adhibebit voluntatem vt pergas habebis me comitem, quo cũcta cõpleas: Aperi os tuum, & implebo illud.
minus ad me: Noli dicere, quia puer ſum, quoniã ad omnia quæ mittã te, ibis: & vniuerſa quęcunq; mandaue-
a ¶Ne conſideres multitudinem eorum, ad quos locuturus es, ſed me qui tecum ſum.
ro tibi, loqueris. Ne timeas à facie eo-
a ¶Habebis me comitem quo cuncta compleas. b ¶Non quod perſecutionibus & anguſtijs careas, multa enim paſſus eſt, ſed vt omnia patienter ſuperet & non cedat.
rum, quia ego tecum ſum, vt eruam
a ¶Pater.
te, dicit dominus. Et miſit dominus
a ¶Filium per quem omnia. ¶Vt humanam ſimilitudinem videns non expaueſcat. b ¶Vt humanorum artuum ſimilitudinem videns tangi non formidet. ¶Pater. ¶Quaſi: viriliter age, & confortetur cor tuum.
manum ſuam, & tetigit os meum. Et dixit ad me: † Ecce dedi verba mea in
a ¶Pater ad filium b ¶Poſtula a me & dabo tibi Gentes hære. tuam.
ore tuo, ecce conſtitui te hodie ſuper
a ¶Mala.
Gẽtes & ſuper regna, vt euellas & de-
a ¶Regna diaboli. ¶Eccleſiam.
ſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ędifi-
¶Bona.
ces & plantes. Et factũ eſt verbũ do-

**NICOLAVS DE LYRA.**

¶ a Et antiquam exi. de uul. *te purgando ab originali in vtero matris per gratiam ſanctificantem,*

b Et prophe. &c. *nunc tibi officium prophetandi imponendo. Et quia officium eſt magnum, ideo ſubditur excuſatio Ieremiæ.*

c Et dixi A a a do. Deus. *Et dicunt aliqui expoſitores, quod hic ter ponitur a: quia Ieremias ſe excuſat à tanto officio propter triplicem defectum. ſ. ætatis, ſcientiæ & eloquẽtiæ: quia adhuc erat iuuenis: ſed hæc expoſitio procedit ex ignorãtia Hebraici ſermonis, vbi ponitur vna dictio, & dicitur aha cõpoſita ex tribus literis. ſ. Aleph he & he, quia bis ponitur hæc litera he, & hęc dictio ſic ſonat a a a. Litera enim he, aliquando ſonat in Hebræo ſicut a in Latino: & eſt dicta dictio, interiectio dolentis vel admirantis. Sed quia Deus poteſt ſupplere omnem defectum. Ideò ſubditur.*

e Noli dicere etc. *q. d. potens ſum omnem defectum tuum ſupplere, & te ab impugnationibus eorũ, quos tu formidas, protegere. Sciebat enim Ieremias, quod prophetæ qui ante eum fuerant, perſecutiones vſque ad mortem ſuſtinuerant, maximè tempore Manaſſe regis, vt habetur. 4. Regum. Et ſubditur iniunctio officij, cum dicitur:*

f Et miſit do. etc. *Vidit enim imaginaria viſione, quaſi ſimilitudinẽ hominis Deum repræſentantis, os Ieremiæ manu ſua tangentis, & intellexit quod per hoc deſignabatur collatio doni prophetię ſibi datæ à Deo. Ideo ſubditur:*

g Ecce dedi etc. *Et quia Ieremias non ſolum prophetauit cõtra regnũ Iudæ, ſed etiam contra plura alia, vt videbitur, infra, ideò ſequitur:*

h Ecce conſti. &c. ut euel. *id euellendo denuncies transferendos inde habitatores.*

k Vt deſtruas. *quantum ad occidendos.*

l Et diſperdas. *quantùm ad fugientes per diuerſas vias.*

m Et diſſipes. *quantum ad morientes in fuga vel captiuitate.*

n Et ædifices & plantes. *i. denuncies Iudęos reædificandos & plantandos in terra ſua: Quod impletum fuit tempore Cyri, qui dedit populo licentiam redeundi in terram ſuam, & reædificandi templum: & tempore Artaxerxis qui dedit licentiam Neemiæ reædificandi ciuitatem Ieruſalem, vt habetur primo Eſdræ. 1. & Neemiæ. 1.*

p Et factum. *Finito prœmio, hic incipit tractatus. Circa quem ſciendum, q licèt principalis materia huius libri ſit myſterium ipſius Chriſti, vt ſuprà dictum eſt, tamen Ieremias multo diffuſius ſcribit futuram ciuitatis & templi deſtructionem, pp qđ melius põt accipi diuiſio libri ſecundum iſtam materiã. Et ſecundum hoc liber iſte in duas partes diuiditur: quia primò Ieremias hanc deſtructionem futurã denunciat. Scđò, ipſam factam deplorat in Threnis, qui non eſt liber diſtinctus ab iſto, vt patet per Hieronymum in prologo galeato, qui prologus ponitur in* ¶ *principio*

**MORALITER.**

✻ uel eius doctrinæ, ſeu ipſius pdicationi, et propheta conſtituiẽ p denunciationẽ futuræ pęnę et glorię. Per hoc autem quod dicitur:

d *Ec. ne. loqui.* oſtẽditur quod quilibet reputare ſe debet inſufficiẽtẽ ad officia dicta: pp quod ualentiſſimi uiri leguntẽ officium paſtorale quancũ poterant recuſaſſe. ſ. Amb. Greg. Aug. et plures alij. Sed multi ualde inſufficientes modo ſe ingerunt impudenter, ſicut auicula feſtinans ad prædam, et muſcipulam non attendens.

e *Noli dicere.* Sciens enim circa ſe uoluntatem domini de ſua promotione, debet humiliter obedire: et ſic fecerunt ſancti prædicti.

f *Et miſit &c.* Promotis enim ex ordinatione diuina, ipſe dat gratiam exequendi debitè officia impoſita.

i *Vt euellas.* uitia.

K *Et deſtruas.* Hæreſes.

l *Et diſperdas &c.* malorum colligationes.

n *Et ædifices.* Virtutes.

o *Et plantes.* In eccleſia bonas perſonas et ſufficientes. Et talis pręlatus uidet uirgam uigulantem, quia conſiderat finalis iudicii terrorem.

✻ Ollam

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

perditis, & in inferiora detractis ædificatur & plantaẽ eccle- E
ſia Dei. Super Ieremiæ autem perſona nulla dubitatio eſt, qui in manu accipit calicem meri plenum vini, & propinare iubetur omnibus nationibus.

a *Virgam vi.* Virgam vigiliarum. LXX. baculum nuceũ propter verbi ſimilitudinẽ tranſtulerunt: Vigilia enim & vigil & vigilare, Hebraicè ſeched dicitur, & nux ſeded. vnde in ſequẽtibus, pardus vigilans, hoc nomine ponitur. Quod & in Daniele iuxta Theodotionem ſcriptum eſt, vt ab arboribus ſchino & prino: ilice. ſ. & lentiſco, ſciſſio & ſerratio adulteris presbyteris decernatur. Et in principio Geneſeos. A viro qui dicitur is, appellatur iſſa mulier, quaſi quædam virago. Quidam virgam vigilãtem atq; nuceam dñm intelligunt. De quo Iſaias: Exibit virga de radice Ieſſe. vnde: Virga Aaron quæ putabaẽ emortua, in reſurrectione dñi floruiſſe narraẽ. Moraliter. Virgam vigi. de qua: Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Ad hoc enim corripit dñs, vt emendet: Et qũo nux & amygdalum amariſſimum habent corticem, teſtã duriſſimam, vt detractis duris & amaris, fructus dulciſſimus reperiatur: ſic omnis correctio & labor continentię amara ſunt ad præſens, ſed fructũ dulciſſimum pariunt. Vnde vetus illa ſententia eſt: Literarum radices amaræ, fructus dulces.

*infra 5.d. Dan.13.f. Gene 3.d.* † accelerabo verbũ meum. *Iſaie. 11.a. Moraliter Pſal.22.b.* † ſoluetur, emittetur. *Notent diſcentes*

b *Et factum eſt.* Gradatim peccantes corripiuntur, qui noluerunt percutiẽte virga corrigi vel emẽdari: mittunẽ in ollam ſuccenſam, de qua plenius Ezech.

*Ezec.24.a. Iob.40.b.*

c *Ollam ſuccen.* Hinc dñs ad Iob dicit: De naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atq; feruentis. Halitus F eius prunas ardere facit, & flãma de ore eius egreditur. Quidam hunc locũ in bonam partem accipiunt. Quòd hi videlicet qui in olla ęrea excocti ſunt, & per cruciatus purgati, poſteà principes ſint Ieruſalem, & poſtq̃ dñs fuerit miſertus eorum exprobret eis, quia ſe deſerto ſimulacra coluerunt. Sed hæc violenta & praua interpretatio eſt.

d *Habitatores terræ.* De quibus in Apoc. Væ ſuper habitatores terræ. Sancti. n. non ſunt habitatores terræ, ſed aduenæ & peregrini. Vnde vnus eorum dicit: Aduena ego ſum & peregrinus, ſicus omnes patres mei. Et alius: Parui ſunt & peſſimi dies mei, quibus ego peregrinor ſuper terram. Et Petrus: Electis aduenis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithyniæ.

*Apoc.8.d. Pſal.38.c. Gen.47.b. 1.Pet.1.a.*

e *Tu ergo accinge &c.* Iob quoq; p̃cipiẽ, vt accingat lũbos ſuos. Et Apoſtolus: State ergo ſuccincti lumbos veſtros in verita-

*Iob.4.a. Ephe.6.a.* † timeas. † ne forte contererè te faciam ante eos.

mini ad me, dicens: † Quid tu vi- a
a ¶Interrogatione excitat. b ¶Alij amygdalum. ¶De qua: Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt. Et alibi: Quid vultis? in virga veniam ad vos? &c. ¶Peccata ſcilicet conſiderat, vt percutiat & corripiat.
a des Ieremia? Et dixi: Virgãm † vi- b
gilantem ego video. Et dixit dominus ad me: Bene vidiſti: quia c
a ¶Omnia conſiderans.
† vigilãbo ego ſuper verbo meo,
b vt faciam illud. Et factum eſt ver- d
bum domini ſecundò ad me, di-
c cens: Quid tu vides? Et dixi: Ol- e f
a ¶Regem Babylonium & vrbem Ieruſalem ſignificat.
lam ſuccenſam ego video, & fa- g
a ¶Diaboli. ¶De quo Salomon: Aquilo durus eſt ventus: Nomine autem dexter vocatur, ab his ſcilicet qui eius frigore calorem fidei perdiderunt.
ciem eius à facie aquilonis. Et di- h
xit dominus ad me: Ab aquilone i
¶Alij exardeſcent mala.
† pandetur omne malum ſuper
a ¶Iudææ ſcilicet, vel vniuerſæ terræ.
d omnes habitatores terræ. Quia k
a ¶Regi Babylonio ſubiectos.
ecce ego conuocabo omnes † cognationes regnorum aquilonis
a ¶Vocati. b ¶Obſeſſa ciuitate.
ait dominus, & veniẽt & ponent l
a ¶Thronum, tentorium ſuum.
vnuſquiſque ſolium ſuum in in- m
a ¶Ne quis exire poſſit.
troitũ portarum Ieruſalem, & ſu- n
per omnes muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iu- o
a ¶Non tantum Ieruſalem. b ¶Simili obſidione vallatas.
a ¶Cum ciuitas capta fuerit, oſtendam iudicia mea fuiſſe recta, & recepiſſe ſingulos quod merebantur.
da. Et loquar iudicia mea cum p
a ¶Nullum peccatum impunitum.
eis ſuper omnem malitiã eorum
a ¶Quaſi: Non pro cæteris vitijs, quibus ſubiacet humana conditio, ſed maximè pro idololatria. b ¶Dominum Deum ſuum.
qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt
a ¶Quos non colunt patres eorum.
a ¶Quod fecerunt, non a quo facti ſunt. ¶Simulacra Gentium argentum & aurum op. &c.
e opus manuum ſuarum. Tu ergo q
accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego
a ¶Quaſi: Fac quod tuum eſt, præſto ſum facere quod meum eſt.
p̃cipio tibi. Ne † formides à facie
a ¶Qui correctionem non ſuſtinent. b ¶Sic. c ¶Videtur facere timere quos relinquit formidini.
eorũ: † nec enim timere te faciã r

habentem, cum qua extrahunt veſtes vel alias res de domibus per feneſtras. & per hoc, vt dicunt, deſignabatur futura ſpoliatio ciuitatis per Chaldæos. Sed iſtud dictum proceſſit ex ignorantia Hebraici ſermonis, qui ſic habet hic: Baculum amygdalinum ego video. Et dicit baculum, ad deſignandum percuſſionem ciuitatis futuram: Amygdalinum, ad deſignandum huius percuſſionis accelerationem, eò quòd inter alias arbores amygdalus multum accelerat emittere flores: Et ideò cùm ſubditur: G

c Bene vi. quia uigi. *In Hebræo habetur: Quia feſtinabo ego &c. & eadem ſententia eſt in litera noſtra, cum dicitur: Vir. vi. Et poſteà: Vigi. ego. per vigilantiam enim intelligitur feſtinatio, eo modo loquendi quo communiter dicitur de homine multum feſtinante ad aliquid obtinendum, quod vigilat ſuper illud: ſacra ſcriptura enim non ſemper transfertur de verbo ad verbum, ſed aliquando accipiendo ſenſum ex ſenſu.*

d Et fa. eſt. *Hic ponitur ſecunda viſio, cum dicitur.*

e Quid tu ui. *Exponatur vt ſuprà.*

f Ollam ſuc. ego. vi. *non eſt intelligendum quod viderit imaginaria viſione ollam plenã igne ardente, vt aliqui imaginantur, ſed videbat ollam bullientem, & hoc modò communi verbo dicitur olla ſuccenſa, quãdo fortiter bullit. vnde in Hebræo habetur: Ollam bulliẽtem ego video.*

g Et fa. eius. *id eſt ebullitiones eius quæ apparent in ſuperficie ollæ bullientis: In Hebræo enim facies ponitur in plurali.*

h A facie aqui. *id eſt à parte aquilonis: olla enim poſita ad ignem quando bullit, eius ebullitiones incipiunt à parte ignis, & flectuntur ad partem oppoſitam: & per hoc ſignificabatur quod Chaldæi ciuitatem incenſuri venirẽt à parte aquilonis, & ideò ſequitur exponendo dictam viſionem.*

i Ab aquilo. *& patet litera vſque ibi:*

l Et po. unuſ. ſo. ſuum. *i. tentorium ſuum.*

m In intro. por. *vt nullus poſſit egredi vel ingredi quin capiatur. Vel ad literam. ſolium ſuum. quia capta ciuitate ſederunt principes in portis in ſolijs ſuis tanquam victores, vt habetur infra. 31.* H

p Et loquar. *reddendo eis pœnam debitã pro peccatis. Sed quæritur hic, quomodò Chaldæi dicuntur veniſſe ab aquilone, cum Chaldæa ſit magis ad orientem reſpectu Iudææ. Ad quod dicendum, quod Nabuchodonoſor tunc erat monarcha, vt patet Dan. 4. Et ſic regna aquilonis erant ſibi ſubiecta, & pro maiori parte collegit inde exercitum ad veniendum contra Ieruſalem, vt ſic Chaldæam dimitteret munitam bellatoribus in ſui abſentia contra pericula imminentia. quod autem ponitur duplex viſio ad ſignificãdum idem ſcilicet ciuitatis deſtructionem, facit ad indicium veritatis, vt ſermo Dei velocius compleatur, ſecundum quod expoſuit Ioſeph de duplici ſomnio Pharaonis, famem futuram ſignificante, Gen. 41.*

q Tu er. ac. lum. *Hic conſequenter ponitur prophetæ confortatio, cum dicitur: Tu er. ac. id eſt ſis promptus & paratus ad exequendũ mandatum meum, abijciendo à te timorem humanum: propter quod ſubditur.*

r Nec enim timere te fa. *id eſt permittam, propter quod ſubditur:*

¶ a Ego quip-

## NICOL. DE LYRA.

*Diuiſio.* ¶ *principio libri Regum. Prima in duas, quia primò futuram deſtructionem denunciat. Secundò dicta epilogat, capit. 52. Prima adhuc in duas, quia primò prænunciatur deſtructio Iudæorum, Secundò aduerſariorum ſuorum. cap. 46. Prima adhuc in duas, quia primò denunciatur dicta deſtructio prophetice. Secundò hiſtoricè, capitu. 39. Prima adhuc in duas: quia primò oſtenditur deſtructio ciuitatis futura. Secundò ſubditur huius deſtructionis cauſa, ca. ſe. Prima adhuc in duas, quia primò ponitur dicta oſtenſio. Secundò prophetæ confortatio ibi: Tu ergo. Oſtenſio verò deſtructionis futurę fuit duplici viſione. Secunda ponitur ibi: Et factum eſt. Prima ponitur, cum dicitur:*

a Quid tu ui. *Non quærit dominus ex ignorantia, ſed vt ex eius reſponſione conuenientius eum inſtruat de futura deſtructione ciuitatis. Ideo conſequenter ponitur prophetæ reſponſio.*

b Vir. ui. *Aliqui ſic exponunt: Virgam vigi. id eſt vigilantium. ſ. latronum, qui vigilant de nocte, quando alij dormiunt, ad faciendum furta: & habent aliquando virgam longam, in extremitate vncinum ferreum habentem,*

## MORALITER.

✻ f *Ollam ſuc.* i. pęnæ gehennalis horrorẽ, vt ipſe timeat, & ad hoc alios inducat: quia maligni ſpiritus ad cõtrariũ nituntẽ. Ideo ſequitẽ.

K *Quia ecce ego &c.* per quas ſignantur congregationes dæmonũ. Quas dicitur hic Deus congregare inquantum permittit dęmones ſuos fideles tentare, ſicut patet de ſancto Iob.

l *Et ponent &c.* Per quas ſignantur Sacerdotes curati quia miniſtri ſunt ſacramẽtorum, & ſic præbent alijs aditum a eccleſiã Dei.

n *Et ſuper om. mu. eius.* Per quos ſignantur prelati & prædicatores, qui debent eſſe muri ad defenſionem populi Chriſtiani: propter quod de malis dicitur Ezech. 13. a. Non oppoſuiſtis vos murum pro domo Iſrael.

o *Et ſuper vniuerſas.* i. ſuper aliorũ fidelium congregationes. Super omnes enim prædictos quærut dæmones dominari, propter quod doctores & prælati debent ad oppoſitum conari: ideò ſequitur.

✻ *Ego quip-*



in veritatẽ &c. vt accinctis lumbis, quos Elias & Iohan. Ba- A
ptiſta zonis mortificauere pelliceis, lucernas teneant in manibus ſuis. Euangelicæ. ſ. pręedicationis. Quicunque prædicaturus eſt ſermones Dei, debet accingere lumbos ſuos. Diaboli enim fortitudo in lumbis. Vnde: Lumbi mei impleti ſunt illuſionibus. Accinctis lumbis audiat quod ſcriptũ eſt: Surge qui dormis, & illuminabit te Chriſtus, vt ſemper vigilans & de ſomno conſurgens imperata faciat & dicat.

a *Ciuita.* Non domum vnam, non turrim, aut aliqua mœnia, ſed ciuitatem totam, quæ ſuper montem poſita latere non poteſt.

b *Et in co.* De qua Apoſtolus: Colũna & firmamẽtum veritatis. Et Petrus & Iacobus & Iohannes, qui putabantur eſſe columnæ eccleſiæ, & Paulo & Barnabæ dederunt dextras communionis.

c *Regi. Iu.* Si quando reges Iuda (qui interpretatur cõfeſſio) & principes & Sacerdotes eius & populi, epiſcopi. ſ. & presbyteri & diaconi & vulgus vile atque ignobile, contra ſanctum virum conſurgere voluerint, fidei firmitatem habeat, nec timeat, in domino ſperet vt vincat.

a ¶Comes & adiutor, quo duce tutus eris.
vultum eorum. Ego quippe dedi te a
a ¶Donec hodie dicitur in præſenti vita. b ¶Eccleſiam. ¶Vnde: Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. Et alibi: Ego ciuitas firma, quæ non oppugnor.
hodie in ciuitatem munitã, & in co- b
a ¶Quaſi: Nec hoc ſufficit. b ¶Qui nulla rubigine violatur, non cedit imbribus, & vetuſtate fit fortior.
lumnam ferream, & in murũ ęneum c
a ¶Talis eris regibus Iuda &c.
c ſuper omnem terram regibus Iuda, & principibus eius, & Sacerdoti-
a ¶Quia terrena ſapiunt, qui imaginem terreni non cęleſtis portant.
bus, & omni populo terræ. Et bella-
bunt aduerſum te, & non præuale- d
a ¶In quo vincis fortior omnibus.
bunt, quia ego tecum ſum, ait domi- e
¶Ne in tentationibus ſuccumbas.
nus, vt liberem te.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Ego quippe &c. *q. d. ſicut ciuitas munita non poteſt capi, nec columna ferrea frangi, nec murus æneus penetrari: ſic nec poteris à tuis aduerſarijs ſuperari. Cuius cauſa ſubditur:*

e Quia e. te. *qui ſum infinitæ virtutis, & ſic poſſum te in omnibus protegere.*

## MORALITER.

✻ a *Ego quippe &c.* recipiendo charitatiuè confugientes ad tuum conſilium.

b *Et in co.* ad ſuportationem debilium.

B c *Et in murum.* Reſiſtendo violentiæ tyrannorum. Et ſubditur diuinum auxilium, cum dicitur:

d *Et non &c.*

*In c. 1. Ieremię vbi dicitur in poſtilla: Filij Helchię, qui fuit ẽt propheta.*

## ADDITIO.

¶ Quòd ſit regula apud Hebræos, Quòd quando in principio alicuius prophetiæ exprimitur nomen patris ipſius prophetæ, intelligendum eſt quod pater fuit propheta, nullum habet fundamentũ in ſacra ſcriptura, nec aliquem Hebræorum expoſitorem me recolo legiſſe hoc aſſerentem: licèt in quodam Thalmudico libro hoc legatur, quod tamen hoc non eſt pro regula reputandum. immo ſecundum Ra. Camhi & alios autenticos Hebræorum expoſitores, Helchias hic nominatus eſt Helchias ille ſummus Sacerdos, q inuenit librum legis tempore Ioſię, vt habetur. 4. Reg. 22. Qui quidẽ Helchias non fuit propheta: quod patet ex hoc quod ipſe cum alijs de mãdato regis iuit ad quęrendum verbum domini ab Olda prophetiſſa, ut patet in cap. ſupradicto.

REPLI-

## REPLICA.

C

IN cap. 1. Ieremię vbi Poſtill. Helchiam patrem Ieremiæ hic nominatum dicit fuiſſe prophetam iuxta regulam Hebręorum dicẽtem, patres prophetarum nominatos fuiſſe prophetas, ſed Burg. dicit ſe illam regulam non legiſſe, nec regulam eſſe, dicit tamen in Thalmud reperiri, unde quia Thalmud apud Iudæos pro lege reputatur: lex autem & regula conincidunt, igitur Burg. negãs illud dictum fore regulam, concedit ipſum eſſe regulam ex eò, q̃a dicit ipſum in Thalmud fore contentũ. Aſſumit aũt Burg. q̃d Helchias hic noĩatus nõ fuit ꝓpheta, ſed fuit ille ſummus Pontifex, de quo. 4. Reg. 22. b. dr̃ quod inuenit librũ legis tempore Ioſiæ, & ad hoc allegat Rabi Camhi & alios. Sed ur̃ quod Burg. per aſſumptum illud ꝓbat propoſitum, quia ſummi pontificis officium fuit prophetare: ſi enim tp̃e Chriſti qñ Sacerdotiũ & prophetia legis debuit obmuteſcere, ad pontificis officiũ pertinebat ꝓphetare: ſicut dicitur Ioh. 11. g. de Caipha: cum eſſet pontifex ꝓphetauit. multò amplius tp̃e regum, qñ prophetia fuit in maximo uigore, ad põtificis officium pertinebat prophetare. ergo quia ſecundum Burg. Helchias nõ fuit propheta, cum hoc ſecundum eundem fuit pontifex, ergo fuit propheta, ſaltem officio, & ſi non actu. Et ad hoc tendit argumentum Burg. per quod nititur oſtendere ipſum non fuiſſe prophetã, quia miſſus eſt a rege ad Oldam prophetiſſam ad conſulendum. Ad hoc autem communiter dicitur, quod aliqui ſunt prophetæ actu, ſed nõ officio, vt Dauid, Iob, & quam plures alij. Quidam autem fuerunt prophetæ vtroq; modo, ſicut Iſaias, Ieremias &c. Quidam autem officio & non actu, ſicut multi ſummi pontifices, & ſic Helchias. Et ad ſedandam Burgen. cõtentionem poteſt dici, quòd non eſt inconueniens unum prophetam ad alium accedere, et ab eo inquirere aliquid ſibi non reuelatum, et ab eo inſtrui: vt patet factum in multis locis tempore regum. In primo libro regum dicitur: Num Saul inter prophetas? qui tamen conſuluit Phithoniſſam: multò rationabilius Helchias exiſtens propheta potuit conſulere ueram prophetiſſam, quia prophetæ ſpiritu prophetico non ſemper tanguntur, nec eſt in eorum poteſtate vſus luminis prophetalis, quia donum ſupernaturale eſt. Sed quidquid ſit de prophetia iſtius Helchiæ, non videtur uerifimile hunc ſummum pontificem fuiſſe patrem Ieremiæ, quia pater ipſius hic nominatus dicitur fuiſſe de Sacerdotibus, qui ſunt in Anathot, qui ſecundum beatum Hieronymum fuit uiculus ruralis, et inde accidit ei Ieremiæ ruſticitas in eloquio: fuit enim Anathotes, ut inquit idem beatus Hieronymus. Nec puto veriſimile ſummum Sacerdotem in tali uiculo habitaſſe, ſed in ciuitate regia ad reddendum iura in cauſis perplexis: Nec uidetur honeſtus modus luquendi literę beati Hieronymi de patre Ieremiæ, ſi fuiſſet ſummus pontifex: non enim honeſtè de ſummo pontifice dici poteſt, quod ſit vnus de Sacerdotibus. Præſidens enim cum ſimplicibus Sacerdotibus non connumeratur honeſtè, ſicut non decet regem populo connumerari. D

*Diuiſio*

## NICOL. DE LYRA. CAP. II.

ET factum eſt. *Hic conſequenter deſcribitur dictæ deſtructionis cauſa, ſcilicet populi Iudaici malitia. Et diuiditur in duas partes: quia primò Ieremias arguit populi malitiam. Secundò ex hoc patitur multiplicẽ iniuriã, cap. 20. Prima in duas, quia primò arguitur populi malignitas. Secundò eius irreparabilitas. 13. cap. Prima adhuc in duas: quia primò Ieremias arguit populi tranſgreſſionem. Secundò plangit ſibi futuram perſecutionem. cap. 11. circa medium, ibi: Tu autem domine demonſtraſti mihi. Sed iſtud dictum videtur repugnare ei quod dictum eſt capi. præcedenti. Nec enim timere te faciam, id eſt permittam, quia planctus de malo futuro videtur procedere ex timore. Ad quod dicendum, quod ſicut dicit Philoſophus. 2. Rhetorico. Timor eſt paſſio de malo futuro de difficili euitabili, non tamen impoſſibili: quia ſi apprehendatur vt impoſſibile euitari, iam ceſſat timor, & ſuccedit triſtitia: quæ eſt propriè de malo præſenti, quia iam apprehenditur illud malum vt præſens: propter quod iudicati ad mortẽ, cum illuc ducuntur non timent, ſed triſtantur: & hoc eſt peius quam timere. Prouer. 27. d. Spiritus triſtis exiccat oſſa. Ieremias autem per diuinam reuelationem erat certus de perſecutione ſibi futura. Et ideò non erat in eo timor de hoc, ſed triſtitia. Et ſic plangebat, quia apprehendebat illam quaſi iam præſentem, propter euaſionis impoſſibilitatem. Planctus enim propriè eſt de malo præſenti vel præterito ſecundum rem vel ſecundum apprehenſionem. Per prædicta patet ſolutio argumenti. Prima adhuc diuiditur in duas, quia primo arguitur populi multiplex flagitium. Secundo excluditur ab eo remedium, capit. 5. Prima adhuc in tres: quia primo arguitur populi malitia. Secundo peccandi inuerecundia, capit. ſequenti. Tertio peccantium contumacia, capit. 4. Præſens autem capitulum in duas partes diuiditur, quia primo præmittitur Dei & populi mutua dilectio. Secunde ipſius populi deprauatio: vt grauior appareat ex præcedenti bonitate. Secunda ibi: Audite. Circa primum ſciendum, quod Deus magnam dilectionem oſtendit populo Iudaico, quando ſic mirabiliter eduxit eum de Aegypto, & ſibi ſpecialiter deſponſauit per dationem legis, ſecundum quod dicitur Pſal. 147. b. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Et econuerſo, populus magnam dilectionem oſtendit ad Deum, quando ad mandatum eius exiuit in deſertum, vbi victualia non creſcebant, nec cibos ad ſufficientiam ſibi præparare poterant. Et hoc eſt quod dicitur hic:*

## CAP. II.

ET factum eſt verbum do- a
mini ad me dicens: † Va- b
a ¶Alte, aperte, vt nemo excuſationem habeat. ¶Habitatorum ſcilicet.
de & clãma in auribus Ieruſalem,
dicens: Hæc dicit dominus: c

b Vade et clama in auribus Ieruſalem. *Id eſt habitatorum eius, ita quod omnes poſſint audire tam maiores, quàm minores.*

c Hæc dicit dominus. *Cuius verbum non poteſt eſſe falſum.*

¶ a Recor-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Adoleſcentiam*. Plenius hoc in Ezechiele legitur, vbi ſibi dominus Ieruſalẽ matrimonio copulat,& ſub perſona vxo ris ſuis iungit amplexibus. Siue vt ardentiorẽ monſtret affe ctum,puellam eam & adoleſcentulam & deſponſatam vocat.Quo enim nondum potiti ſumus,ardentius appetimus.

Ezech. 16.

b *Omnes qui de*.Hiero Sicut qui primitias deuorant non de genere Sacerdotali,rei ſunt ſceleris,ſic qui contaminant Iſrael.vnde: Dñ appropiant ſuper me nocentes, vt edant car.me. &c.vſq; ceciderũt. Neq; eñi à ſupplicio immunes erunt,quia dñi ſententiã impleuerunt.Oportet enim vt veniant ſcandala,ſed vę ei per quẽ ſcandalum venit. Primitiæ debentur Sacerdotibus,non hoſtibus.

Pſal.16.a. Luc.17.a.

c *Iſrael*.Hiero. Vtrunq; nomẽ ponitur, Iacob & Iſrael, non ſecundum duas & decem tribus, ſed iuxta omnem populum, cum ipſe Iacob poſteà dictus ſit Iſrael.

Gen.32.f.

d *Quid inue.pa*.Offenſam dicit Deus à patribus factam, non quod peccata patrũ filijs imputent̃,ſed quia filij habẽtes ſimilitudinẽ patrum & ſuo & parẽtũ ſcelere puniunt̃. Propter ſanctos patres filiorũ miſeretur Deus.

e *Neque ha.homo*. Qui ſemp ad maiora feſtinat: non eſt enim perfectio in via,ſed in fine,& manſione,quę ſanctis in cęlis parat̃:quibus dicitur:Qui ſtatis in domo dñi, in atrijs domus Dei noſtri. Fruſtra igitur hæretici ſuſpicant̃ hic perfectã eſſe victoriã,vbi pugna eſt & non victoria, ſed certamen & incertus exitus futurorum.

Pſal.134.a.

f *Et induxi vos*. Q.Pro labore duriſſimi itineris,dedi vobis abundantiam oĩum rerũ,q̃d ſignificat Carmelus,q Hebraicè Chermel, Latinè,ſcientia circuncifionis. Qũo autẽ populus ille terrã ſanctã & oĩum rerũ fertilem idololatria polluit & violauit,ſic nos veræ circuncifionis accipientes ſcientiam,comedimus fructum eius, & ſi negligentia ſurrepſerit, contaminamus hæreditatem Dei, & hæreditatem illius abominabilem facimus.

g *Sacerdotes non dixe.vbi eſt do*. Grego. Neſciri ſe à Sacerdotibus q̃ritur veritas,& neſcire ſe principatũ neſciẽtiũ pteſtat̃. Vñ:Recedite à me oparij iniq̃tatis,neſcio q eſtis.Quia iniq. dñ ea quæ ſunt

Luc.13.f.

Quaſi:Hoc totum miſericordiæ meæ eſt,non meriti tui.

Recordatus ſum tui † miſerans adoleſcentiam tuam,& charitatem de-

Qua inſtar deſponſaliorum legis tibi ornamenta & verborum diſtribui monilia.

ſponſationis tuæ, quando ſequuta

Fuit tamen ciborum affluentia.

es me in deſerto, in terrã quæ non ſeminatur. Sanctus Iſrael domino

Populus enim Gentium poſt primitias Iudæorum congregatur. Ergo.

primitiæ frugum eius. Omnes qui deuorant eum delinquũt: mala venient ſuper eos,dicit dominus. Au-

Quaſi:Popule meus quid feci tibi,aut quid moleſtus fui tibi? Reſponde mihi,&c.

dite verbũ domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſrael.Hęc dicit dominus:Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquita

Id eſt longo tempore reliquerunt.

tis,quia elongauerunt à me, & am-

Idola, quæ non proſunt cultoribus, ſed illis ſimiles ſunt.ſecundum illud:Similes illis fiant qui faciũt ea,& omnes qui confidunt in eis.

bulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt? Et non dixerunt, vbi

Quamdiu in hoc ſeculo ſumus, & de Aegypto educimur,paulatim aſcendimus.

eſt dominus, qui aſcẽdere nos fecit

Prius.

de terra Ægypti, qui traduxit nos

Quam ſanctus inhabitare non debet.

per deſertum,per terram inhabita-

Difficultatem notat itineris. / In qua ſemper maiora cupimus,non contenti præſentibus.

bilem & inuiam, per terrã † ſitis &

Semper enim in periculo ſumus,& laqueos vndiq; tendit diabolus.

imaginem mortis,per terrã in qua

Vir,qui perfectæ ætatis in Chriſto,omnes enim ſurgemus in virum perfectum,in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti domini noſtri.

non ambulauit uir, neq; habitauit

Dei.

homo.Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructũ eius &

Idololatria.

bona illius. Et ingreſſi contaminaſtis terrã meam,& hæreditatẽ meã poſuiſtis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt, vbi eſt domi-

m Quia elon.a me.*q.d.non fuit defectus ex parte mea,ſed ſua.*

n Et ambulauerunt poſt va.*Id eſt idola,quæ nullam habent virtutem aut bonitatem.*

o Et uani.fa.ſunt.*Id eſt bonitate vacui, ſicut & idola:propter quod dicitur,Pſal.113.c.Similes illis fi.qui fa.ea &c.Quòd enim declinauerint ad idololatriam,patet Exo.32.in adoratione vituli, & poſteà in libris Iudicum, Regum, & Paralipo.*

p Et non dixerunt. *id eſt facto non oſtenderunt.*

q Vbi eſt domi. &c. *quia non oſtenderunt ſe gratos de hoc beneficio.*

r Qui tradu. nos per deſer. *qui erat locus inhabitabilis & inuius.*

t Per terram ſitis.*quia carebat fontibus & fluminibus.*

u Et imaginem mortis.*propter ſerpentes & animalia venenoſa ibi exiſtentia, Deut.8.*

x Per ter. in qua non ambula. vir.*ſcilicet anteà:& ſi aliqui ambulauerunt, fuerunt ita pauci,quod quaſi nihil ſunt reputandi,& tamen in tota iſta via Deus prouidit bonis de victu & veſtitu, ita q̃ nihil eis defuit, ſcdm quod dicitur Deute. 2. b. Dominus nouit iter tuum, quomodo tranſieris ſolitudinem hanc magnam,per quadraginta annos habitans tecum,& nihil tibi defuit.Et in hoc maior Dei dilectio apparuit, quod tanto tempore prouidit eis,& ita bene.*

a Et induxi vos. *Mutatur modus loquendi de tertia perſona ad primam.*

b In terram Carmeli.*ideſt terram Iſraelis, exprimitur tamen ſpecialiter Carmelus, eo quòd eſt locus fertilis & amœnus.iſte tamen Carmelus eſt alius ab illo Carmelo,qui eſt in ſorte Ephraim,qui eſt magis ſterilis.ſicut dictũ fuit Iſa.29. Libanus conuertetur in Chermel,& Chermel in ſaltum reputabitur.*

c Et ingreſſi contaminaſtis. *multis idololatrijs.*

f Sacerdo.non dixe.vbi eſt dominus.*Et deuotè requirendo.*

a Et tenentes

## MORALITER.

a *Recordatus ſum tui*. Hoc poteſt moraliter exponi de religioſis generaliter, quibus ad memoriã reducit̃ feruor deuotionis ſuæ in religionis ingreſſu,vt conuenientius arguatur tepor & remiſſio in pgreſſu. Et ſic dicitur in perſona domini: Recordatus &c. In principio pfeſſionis.

d *Quando ſecuta es &c.*religionis.

e *In terra quæ non ſemi.* Quod de religioſis mendicantibus propriè dicitur. Et conſequenter arguitur laxatio.cùm dicitur:

l *Quid inuenerunt &c.*Et non loquitur de primis patribus, qui fuerunt ualde feruẽtes,ſed de ſequentibus,qui cęperunt paulatim declinare à prima perfectione.

## NICOL. DE LYRA.

a Recordatus ſum tui,*ſ.ò Iſrael.*

b Miſe.ado.tuam.*id eſt tempus tui exitus de Aegypto.*

c Et charitatem deſpon.tuæ.*in legis datione.*

d Quando ſecu.es.me in de.*ad dictum Moyſi ſerui mei.*

e In terra quæ non ſemina.*eo quod eſt omnino ſterilis.*

f Sanctus Iſrael do. *quaſi dicat tunc populus Iſrael fuit domino ſanctificatus.*

g Primi.fru.eius. *quaſi dicat,ſicut primititiæ frugum offerebantur domino præ frugibus alijs, ſic populus Iſrael fuit ei applicatus ſpecialiter per ſuſceptionem legis: tunc enim dixerunt: Omnia quæcunq; locutus eſt dominus faciemus,Exodi.24.a.*

h Omnes qui deuorant eum delin. *Sicut enim primitiæ non comedebantur licitè,niſi à Sacerdotibus & eorum familijs:ſic populi terrarum vaſtantes populum Iudaicum peccauerunt: quia licèt hæc punitio procederet à diuina iuſtitia,tamen aduerſarij Iudæorum exequebantur voluntate mala.Ideò ſubditur:*

i Mala venient ſuper eos.dicit domi.&c.*ſicut declaratum eſt multipliciter in Iſaia,& adhuc declarabitur infrà.*

k Audite verbum domini. *hic conſequenter deſcribitur populi deprauatio.Et diuiditur in duas,quia,primò deſcribitur eius malitia. Secundò remouetur falſa fiducia,ibi,Si laueris te. Prima adhuc in tres,ſecundum quod malitia populi ex tribus oſtenditur. Primò,ex eius ingratitudine. Secundo ex Gentilium comparatione,ibi:Propterea.Tertiò ex flagellorum multitudine, ibi: Nunquid ſeruus &c. Circa primum dicitur:*

Diuiſio.

l Quid inuenerunt patres veſtri in me iniquitatis? *q. d. nihil, quia non habet locum in Deo.*

m Quia

n *Et ambulauerunt poſt vanitatem.*per ſecularium imitationem.

o *Et vani facti ſunt.*id eſt ſuperbi & cupidi,ita quòd multi religioſi ſolo habitu à ſecularibus diſtinguntur,& aliqui peiores efficiunt̃.

p *Et non dixerunt, &c.* id eſt non recognouerunt beneficium diuinæ vocationis ad ſtatum religionis.

r *Qui traduxit nos per deſertum*. prouidendo ſufficienter de neceſſarijs.

s *Per terram inhabitabilem & ini. &c.* hominibus carnalibus & vanis.

t *Per terram ſitis.*id eſt deſiderij patriæ cæleſtis.

u *Et imaginem mortis.* ſcilicet peccato, propter quod religioſi dicuntur mortui mundo.

y *In qua non ambulauit vir.*id eſt ſuperbus innitens ſuis viribus.

z *Neque habitauit homo.*carnalibus intentus.

a *Et indu.vos.*ego dominus.

b *In te. Car.* vt comederetis deguſtando bona ſpiritualia per ſtudium ſacræ ſcripturæ & orationis deuotę.

c *Et in con.ter.meam.*peccatis veſtris.

d *Et hæ.meam.*id eſt religionem.

e *In ab.* angelis & hominibus propter veſtram malam conuerſionem.

f *Sacerdotes non dixerunt,vbi eſt domi.*id eſt ſimplices religioſi,qui circa diuinum officium debent eſſe intenti, non dixerunt illud attentè nec deuotè.

*Et tenentes*



quæ ſunt domini neſciunt,à dño neſciuntur. vnde: Si quis ignorat ignorabitur. Quæ paſtorum imperitia ſępe meritis ſubiectorum congruit,qui q̃uis lumen ſcię ſua culpa exigẽte nõ habeant,diſtricto tñ iudicio agit̃,vt per eorũ ignorantiam,& qui ſequunt̃ offendant.vnde: Si cęcus cęco ducatũ pbeat,ambo in foueã cadunt.Quaſi, poſt multa beneficia dignitatis priuilegia verterunt in cõtemptũ, vt ſacerdotes dñm non quærerent, doctores legis ignorarent eum,qui alios docere deberent, & paſtores per negligentiã præuaricatores fierent.Et prophetæ qui in populis diſputãt non in Deo loquunt̃, ſed in idolo, vt ſua figmenta venerentur. His verbis vtendũ eſt aduerſus magiſtros noſtri ordinis,q deuorãt populum Dei velut cibũ panis, & per mala opera nõ inuocãt nomẽ dñi.

a *Cethim*.Cethim,vel Italię ſcilicet, vel occidẽtalium partium, quia Iudææ Cyprus inſula, in qua vrbs huius nominis, vicina eſt, de qua Zeno princeps ſtoicorum.

b *Et conſiderate*.Poſſumus cõtra eos hoc dicere,q maiori ſtudio ſequuntur vitia quam virtutes, quibus dicitur:Humanum dico pp infirmitatẽ carnis veſtrę:ſicut exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem,&c.

c *Populus me*.Vel anthropophormitæ,qui occaſione huius teſtimonij: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem, non immenſam & ſimplicem diuinitatis ſubſtantiam lineamentis noſtris, & humana figuratione compoſitam pertinaciter contendunt.

d *Obſtupeſcite cœ*.Hiero.LXX.Obſtupuit cęlum ſ.de quo dicitur: Attende cęlum & loquar. & audi cęlum & auribus percipe terra. Videns pcepta Dei conculcata inhorreſcit, & ſtupore diſſimulare non põt, oĩs creatura contremiſcit & condolet ſuper peccatis hominũ. Aquila & Symmachus cęlos. LXX. & Theodotion,cęlũ, interpretati ſunt. Sed שמים ſamaijm Hebræum cõmunis numeri eſt, & tã celi q̃ cęlũ eodẽ dicuntur nomine,vt Thebę,Athenę.

e *Me derelique*.Qui præceptum dedi dicens: Ego ſum dñs Deus tuus, q eduxi te de terra Ægypti.Et ſecundũ q̃ in eodem loco ſcriptum eſt:Non ſint tibi dij alieni in cõſpectu meo: pro quo ſecutus eſt dæmones.

f *Fontem aquæ viuæ*.Fõs perpetuus eſt,& vitales habet aquas. Ciſternæ & lacus de torrentibus & aquis turbidis complentur in pluuijs.

g *Nunquid ſeruus*. Ex hoc loco Iudæi in ſuperbiam elati dixerunt: Semen Abrahæ ſumus, & nemini ſeruiuimus vnquam:quomodo ergo tu dicis:liberi eritis? Neſciẽtes,quod omnis qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: & ſeruiet ei à quo vincitur.Nati de amico Dei Abraham, vitio ſuo quaſi filij Cham facti ſunt,cui dictum eſt:Maledictus Chanaam, ſeruus erit fratribus ſuis.

h *Leones*.Secundum Anagogen,leones,intelligimus aduerſas poteſtates vel hæreticorum principes, qui terram eccleſiæ deſolantes,omnes vrbes illius hæreticorum incẽdio vaſtauerunt illo igne, de quo dicitur: Omnes adulterantes, quaſi clibanus corda eorum.

a *Vſque*

nus: & tenẽtes legem neſcierunt me, & paſtores pręuaricati ſunt in me, & prophetæ prophetauerunt in Baal:

Ne videatur opprimere per potentiam: quaſi cum paribus ratione contendit. vnde: Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cum iudicaris. / Sæpe hoc feciſſe ſignificat.

& † idola ſecuti ſunt. Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, ait do

Qui ſimiliter pertinaces in malo,occulte ſignat quod antiquam in Deum negationem etiam filij eorum in aduentu domini ſunt ſecuti.

minus, & cum filijs veſtris diſcepta-

Rem comparat incomparabilem,& verum Deum confert mendacibus.

bo. Tranſite ad inſulas Cethim,& vi-

Hæc eſt regio ſolitudinis Iſmaelitarum,quos nunc Saracenos vocant. contra quam in partibus extremis Ieremias vaticinatur. de qua dicit Dauid: Habitaui cum habitantibus Cedar.

dete:& in Cedar mittite,& conſiderate vehementer, & videte * ſi factũ eſt

Ligneos vel lapideos,aureos,quaſi errorem antiquum a maioribus acceptum tenuit, cum nullus eorum Deus ſit,ſed ſimulacra manufacta.

huiuſcemodi, ſi mutauit Gens Deos ſuos.Et certè ipſi non ſunt dij. Popu-

Veritatem in mendacium. / Mihi ſcilicet idolum prætulit.

lus verò meus mutauit gloriam ſuã † in idolum. Obſtupeſcite cęli ſuper

De quibus dicitur:Leuate portę capita veſtra,& introibit rex gloriæ.

hoc,& † portæ eius deſolamini vehemẽter dicit dominus.Duo enim ma-

Hæc ſcilicet.

la fecit populus meus. Me dereliquerunt † fontem aquæ viuæ,& foderunt

Dæmones. / Quia mandata Dei non ſeruant.

ſibi ciſternas diſſipatas, quę cõtinere non valent aquas. Nunquid ſeruus

Interrogat vt reſpondeat.

eſt Iſrael,aut vernaculus? Quare ergo factus eſt in prædam? Super eum

Principes Babylonis. / Clamant enim & congregant quæ non pepererunt: faciunt diuitias non cum iudicio.

rugierunt leones, & dederunt vocem

* diligentiſſimè inquam videte

*malitia populi Iudæorum in comparatione aliarum Gentium, cùm dicitur in perſona domini: Propterea adhuc iudicio contendam.q.d.nolo vos & filios veſtros per violentiam deprimere, ſed per viam iuſtitiæ: quia peiores eſtis Gentibus alijs. Ideò ſubditur:*

h Tranſite ad inſulas Cethim. *id eſt ad inſulas maris mediterranei, in quibus habitant Barbari.*

i Et in Cedar mitti. *id eſt ad Agarenos qui deſcenderunt ab Agar ancilla Abrahę per Iſmaelem et Cedar filium Iſmaelis.*

k Et cõſiderate uehe.*i.toto mẽtis conatu.*

l Si mutauit Gens.*ſ.alia q̃cunq; à vobis.*

m Deos ſuos.*q.d.non: ſed quęlibet Gens alia,illud quod primo coluit tanquã Deũ,tenuit eius cultum,quamuis ſint dij falſi.*

n Populus uerò meus.*id eſt populus Iſrael à me ſpecialiter electus.*

o Mutauit gloriam ſuam. *id eſt Deum ſuum,in quo debebat gloriari.*

p In idol. *Sicut patet Exod. 32. vbi tanq̃ Deum coluit idolum vituli:propter quod dicitur Pſal.105.c.Mutauerunt gloriam ſuã in ſimilitudinẽ vituli, &c.Poſteà verò multis idolis & varijs ſeruierunt, vt patet in libris Iudicũ, Regũ, & Paral. Et quia iſtud erat valde inhonorabile,ideò ſubditur:*

q Obſtupe.ce.*i.angeli ſuperiores,& portæ cęli.i. angeli inferiores. Sciendũ tamen, quod in Hebræo ſic hr̃: Obſtupeſcite cęli ſuper hoc, & turbetis ac diſſipetis.Et ſecũdũ Hebræos loquitur de cęlo aereo, quod dicit̃ hic cęli in plurali pp diuerſas eius partes, vel accipiendo plurale pro ſingulari: ſicut Exo.32.b. dicit̃: Iſti ſunt dij tui Iſrael. Et tamen erat ibi tñ vnicum idolum. Dicitur aũt cęlũ aereum metaphoricè obſtupeſcere,quando notabiliter immutat̃,ſicut homo ſtupidus in facie mutatur,& in modo ſe habendi, in tempeſtate & diſſipatione quãdo ſunt ibi tonitrua,procellæ, & fulgura,quæ ſunt iræ diuinæ ſigna. Et per hoc vt dicit Ra.Sa.intelligitur deſtructio ciuitatis & tẽpli futura per Nabuchodonoſor, quæ fuit magna tempeſtas Iudeis:ſicut in communi modo loquendi dicitur aliqua Gens vel ciuitas tempeſtari, quando magnum infortuniũ accidit ei. & huius tempeſtatis ſubditur cauſa,cum dicitur:*

r Duo e.m.f.po.me. *Et q̃ ſint illa ſubdit̃:*

s Me dere.fon.a.ui.*Sic nominatur Deus, eo q̃ eſt vita per eſſentiam, dans omnibus alijs vitam & inſpirationem.*

t Et fod.ſibi. *id eſt cum diligentia & labore quæſierunt.*

u Ciſternas diſſi.*i.idola nullam vitæ virtutem in ſe nec in alijs habentia.*

x Nunquid. *Hic oſtenditur malitia populi ex flagellorum multiplicatione,cum dicitur: Nunquid ſeruus. ſcilicet emptitius eſt Iſrael? aut vernaculus.id eſt ſeruus natus in domo,vt ſic debeat flagellari? q.d. non eſt iſta cauſa:& ideo inquiritur de ea cum dicitur:*

y Quare er.fa.eſt in præ.*alijs Gentibus?*

z Su.e.ru.leo.*id eſt Aſſyriorũ & Aegyptiorum reges, crudeliter ipſum inuadentes.ideò ſubditur:*

a Poſuerunt

## MORALITER.

a *Et tenentes legem.*id eſt lectores & ſtudentes,qui tenent ſcripturam legendo,ſed non operando.

b *Neſcierunt me.*practicè per imitationem.

c *Et paſtores præuaricati ſunt.* magis quærentes præeſſe q̃ pdeſſe.

e *Et prophetæ.*id eſt prædicatores.

f *Prophetauerunt in Baal.* Qui interpretatur deuorator ſub prætextu prædicationum quærentes deuorare domos viduarum.

g *Propterea adhuc iudic.conten.*Hic arguitur prædicatorum malitia,cùm ſubditur:

l *Si mutauit Gens Deos ſuos.*quaſi dicat,Non. Dij militum, ſunt excellentiæ: Dij mercatorum, ſunt diuitiæ: Dij carnalium ſunt deliciæ,& ſeruiunt eis immobiliter. Sed religioſi qui elegerunt Chriſto ſeruire,ipſum relinquentes quęrũt excellentias cum militibus, & pecunias cum mercatoribus,& delicias cum carnalibus.Et quoniam hoc eſt mirabile,ſubditur:

Spiritualium peruerſitas ad mundialia.

q *Obſtupeſcite cęli ſuper hoc,& portæ eius deſolamini vehementer dicit dominus. Duo enim mala fecit &c. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ.*Fugientes orationis ſtudium,& ſacræ ſcripturæ exercitium.

t *Et foderunt ſibi ciſternas diſſipatas,quæ &c.* Immiſcentes ſe ſecularibus negocijs,& Gentilium doctrinis.

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et tenentes legem.*quæ dat mei cognitionem.*

b Neſcierunt me.*Recognoſcendo me dominum per debitam ſeruitutẽ.*

c Et paſtores.*id eſt reges & principes.*

d Præuaricati ſunt in me.*cultum mihi debitum idolis exhibentes.*

e Et prophetæ prophetauerunt in Baal.*Loquitur de falſis prophetis, quos reges & principes fouebant contra veros domini prophetas,vt patet.3.Regum tempore Achab.& 4.Regum tempore Manaſſe,& pluriũ aliorum,vt patet infra.20.ca.*

g Propterea adhuc iudicio contendam. *Hic conſequenter arguitur malitia*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

a *Vſque ad ver.* Secundum illud: A planta pedis vſq; ad verti
E cem capitis non eſt in eo ſanitas. Tãta fuit libido Aegyptiorum, qui ſunt magnarũ carnium, vt nulli parcerent mẽbro. (Iſa. 1. b.) Iuxta literã hæc ad idola Aegyptiorum referũtur. Spiritualiter ad magiſtros peruerſi dogmatis, q puritatẽ eccleſię ſua polluunt turpitudine. Gregori. Vſq; ad verticẽ. (Trope.) Tropologicè. Conſtuprari eſt poſt malę operationis vſum ẽt' in ipſa fidei ſublimitate corrumpi. Cum eñ nequiſſimi ſpiritus vniuſcuiuſque animum impijs operibus inuoluũt, ſed integritatẽ fidei vitiare nõ pñt, quaſi adhuc inferiora mẽbra polluunt. Qui aũt in fide corrũpitur, iam vſq; ad verticẽ cõſtupratur. Malignus eñ ſpiritus quaſi ab inferioribus membris vſque ad ſumma perringit, cùm actiuam vitã polluẽs, caſtam celſitudinem fidei diffidentiæ morbo corrumpit.

(Moraliter) b *Vt bibas aquam turbidam.* Moraliter. Qui fontem aquæ viuæ Chriſtũ reliquerunt, & hęreticorum lacus ſibi foderunt, qui doctrinarũ aquas cõtinere nõ poſſunt, neceſſe eſt vt leonibus ſubijciantur, qui redigant eorum terram in ſolitudinem, & vniuerſas eccleſias deſtruant, & vſq; ad verticem polluant, & bibant aquas turbidas, & Aſſyrij fluminis & aqlonis: vnde exardeſcũt mala ſup terrã.

c *Arguet te malitia tua.* Hier. Nota qđ (Supr. 1. d.) malitia & pręuaricatio poſtq̃ pręuaricantem ſatiauerũt, & inſtar coturnicum vſq; ad nauſeã deuenerunt, erudiant agentẽ pęnitentiã, cui imperaſ, vt videat quid reliquerit, quid ſecutus ſit, quomodo ſpernens bona & dulcia, mala elegerit & amara: hoc autem totum factum eſt, qa dereliqnit dominum Deum ſuum.

d *A ſec. con.* Hiero. Poteſt hoc ad eũ
F dici, qui ab initio Chriſtianus & ſacris literis ex parte deditus, poſtea deſiderio ſecularis literaturæ (q̃ ſignificaſ in collibus) & amœnæ eloquẽtiæ (quæ in frondoſis arboribus monſtratur) proſternit ſe demonibus, qui ſub occaſione eruditionis & ſublimis ſcientiæ polluunt animas credentium, & faciunt diuaricare pedes ſuos omni tranſeunti.

(† viridi tu diſcurrebas. † Iſa. 5. a. † ſoreth. † ſarmenta vitis alienæ.)

e *Vineam e.* In Hebræo ſoreth, quod genus eſt vitis optimę, de cuius ſarculo plantauit Iſrael, & miratur quomodo ſemen verum & electa vinea, in amaritudinem verſa, facta ſit aliena. († nihilominus deſcripta eſt iniquitas)

f *Quomodo ergo conuer. es.* Nullus ſecurus ſit, ſi & plantatio domini, & ſemen verum, & vinea ſoreth, intantum vitio ſuo commutatur, vt per amaritudinem à Deo recedat, & fiat vitis aliena. Et notanda creatoris clementia, qui eſt vitis vera. Ipſe enim diſcipulis ſuis & credenti in ſe populo dedit, vt ſint vitis vera, vitis electa, ſi permanſerint in eo quod plantata eſt.

g *Borith.* Ipſum Hebræum. LXX. verò herbam fullonum, quæ in paleſtina in humidis & virentibus naſcitur locis, & ad lauandas ſordes eandem vim habet quam & nitrum. (Borith herba fullonum) Hiero. Allegori. Nitrum noſtrum & herba fullonis pęnitentia eſt. Eccleſiaſticus quoq; ſermo qui arguit & increpat & corrigit delinquentem, mordacioris nitri habet ſimilitudinem. Qui verò leui peccatorum ſorde maculatus eſt, leuioribus purgatur. Porro, grauia peccata quæ ad mortem trahunt, nec herba borith dilui poſſunt, ſed grauioribus tormentis indigent. Vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit.

a *Quomodo*

a ¶Non habet habitatorem Deum.
ſuam: poſuerunt terram eius in ſolitudinem. Ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt qui hãbitet in eis. Filij quo-
l Neque aſcendet ſuper cor. *id eſt fideles non ponent ibi fiduciam, ſicut fiebat antiquitus quando portabatur ad bellum, vt ſaluaret ab inimicis populum Iudæorum, vt habetur primo Regum in pluribus locis.*
m Neque recordabuntur. *Amplius de arca quam fecit Moyſes.*
n Nec fiet ultra. *ſcilicet alia noua. Et per iſta deſignatur ceſſatio ceremoniarum veteris legis, quam videmus impletam. Per dicta etiam patet falſitas Iudæorum dicentium, quòd in aduentu Meſſiæ reddetur eis arca teſtamenti, & altaria holocauſtorum & incenſi & cætera ad cultum veteris legis pertinentia.* D
o In tempore illo vocabunt Ieruſalem. *id eſt eccleſiam, vt prædictum eſt.*
p Solium domini. *Si hoc referatur ad eccleſiam triumphantem, hoc fuit impletum in aſcenſione Chriſti, ſecundum quod dicitur Marc. vlti. d. Et dominus quidem Ieſus poſtquàm locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet à dextris Dei. Si autem referatur ad eccleſiam militantem, impletum fuit quando Chriſtus ſedens Apoſtolos docebat: & impletur in Euchariſtia, quæ reuerenter ſeruatur in eccleſia, in qua totus Chriſtus continetur.*
q Et congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine domini Ieruſalem. *Id eſt aliqui ex omnibus Gentibus per fidem charitate formatam.*
r Et non ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſſimi. *Sequendo idololatriam, ſicut ante fidei receptionem.*
s In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra aquilonis. *Sancti enim Apoſtoli Simon & Iudas fuerunt de domo Iuda, quia fuerunt cognati germani ipſius Chriſti: ipſi verò prædicauerunt in Perſide, quæ eſt in parte aquilonari reſpectu terræ promiſſionis, vnde exierunt Chriſti diſcipuli ad prædicandum per orbem: vbi erant multi Iſraelitæ qui non redierant de captiuitate, & multos de illis adduxerunt ad fidem, ſicut & de Gentilibus.*
t Ad terram quam dedi patribus veſtris. *id eſt ad terram viuentium, ad quã Chriſtus aſcendens in cœlum tranſtulit patres ſanctos, qui prius detenti fuerunt in limbo. Illa enim terra fuit eis promiſſa principaliter, ſicut declaraui plenius Gene. 15. Præmium enim à Deo promiſſum non eſt minus ſed maius merito: omnia verò bona terrena ſunt minus bonum quam opus virtutis: & ideo quandocunque pro operibus virtutum à Deo promittitur aliquid terrenum, intelligitur principaliter promiſſum bonum ſpirituale & æternum.*

¶ a Ego autem

# NICO. DE LYRA.

¶ *etiam luxuria in venerationem Veneris & Priapi.*
a Conuertimini. *Hic conſequenter ponitur reuocatio peccantium generaliter. Sciendum tamen, quòd aliqui expoſitores noſtri exponunt reſiduum huius capituli de reditu filiorum Iſrael de captiuitate Babylonica. Et quia plures eorum remanſerunt in Babylone detenti amore prolis quã ſibi genuerant, & poſſeſſionum quas ibi acquiſierant: Ideò ſubditur: Et aſſu. vos vnum de ciuitate, & duos de cogn. &c. & quod ſubditur: Et dabo vobis paſtores &c. exponunt de Zorobabel, Eſdra, Neemia, Aggeo, & Zacharia, qui gubernauerunt populum in temporalibus et ſpiritualibus. Non dicent vltrà, arca teſtamenti. quia in templo ab eis* B *readificato non fuit arca, vt dicunt etiam Iudæi, & habetur. 2. Macha. 1. & ſic conſequenter adaptant literam ad iſtud propoſitum prout poſſunt. Sed huic dicto obuiat quod ſubditur: In tempore illo vocabunt Ieruſalem ſolium domini. quia non legitur Ieruſalem fuiſſe in tanta ſolennitate & reuerentia poſt tempus captiuitatis Babylonicæ, ſed ſemper vel quaſi ſemper, erat ſubiecta ſeruituti, primò Perſarum, poſtea Græcorum, & vltimò Romanorum, vt patet ex libris Eſdræ, Neemiæ, Machabæorum, & ex Euangelijs. Item quod ſubditur: Et congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine domini. quia non leguntur conuerſi ad Iudaiſmum de Gentibus niſi pauci. Similiter quod ſubditur: In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra aquilonis ad terram quam dedi. quia non legitur quòd aliqui Iudæi eiuſdem temporis iuerint ad reducendum filios Iſrael de regno Aſſyriorum, vbi fuerunt ducti per Aſſyrios. Propter quod Rab. Sa. exponit paſſum iſtum de tempore Chriſti, & in hoc dicit magis catholicè quam expoſitores prædicti: Dicit tamen quod iſta ſunt implenda de futuro, ſicut & expectat Chriſtum venturum, cuius tamen aduentus tranſijt in præteritum. Igitur ſequendo dictum eius quantùm ad id quod continet veritatis, pars iſta in qua agitur de vocatione Chriſti, qui venit vocare peccatores, Matth. 9. diuiditur in duas: quia primò circa hanc vocationem ponitur vocantis benignitas, & ſecundò Iudæorum malignitas, ibi: Sed quomodo. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur dicta vocatio, ſecundo circa hoc ſoluitur quæſtio, ibi: Et dixi. Circa primum dicitur in perſona Chriſti: Conuertimini filij reuertentes. id eſt verè pœnitentes reuertentes de tenebris ad lucem, de vmbra ad veritatem.*
b Quia ego vir veſter. *id eſt ſponſus. Sic enim habetur in Hebræo, quod optimè conuenit Chriſto, qui ſponſus eſt eccleſiæ, ſecundum quòd dicitur Iohannis tertio. d. Qui habet ſponſam ſponſus eſt. Veruntamen quia ad Chriſti vocationem pauci de Iudæis crediderunt, quibus ipſe in perſona propria prædicauit. ideo ſequitur:*
c Et aſſumam uos vnum de ciuitate, & duos de cognatione. *id eſt paucos reſpectu multitudinis in ſua infidelitate remanentis: Et iſtud fuit figuratum in ingreſſu terræ promiſſionis, quia de ſexcentis millibus,*

# MORALITER.

a *Conuertimini filij reuertentes, dicit dominus &c.* Quia tamẽ pauci comparatiuè reuertuntur: Sequitur.
c *Et aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione, & introducam.* Malitia namque religioſorum videtur minus curabilis quã ſecularium communium, quia quantò ſtatus altior tantò caſus grauior, & per conſequens ad ſanandum difficilior.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *In fili.* In numero filiorum, qui de Gentibus crediderunt. E Quotquot enim receperũt eum, dedit eis poteſta. fi. de. fieri. *Ioh. 1. a.*

b *Mulier a.* Semel mixta, videns eum ſeruire libidini ſuæ, & in ſe mutatam legem naturæ, per quã quondam viro ſubiecta fuerat, dicente domino: Et abs te conuerſio eius.

c *Vox in vijs au.* Libenter ſuſcipit dominus penitentem, occurrit filio inopia & ſqualore confecto, priſtinis veſtibus induit, gratiam reddit reuertenti, ſi tamen cum ploratu & vlulatu redeat ad patrem.

d *Auerſiones ve.* Alij conuerſiones, quamuis propria voluntate ad eum conuertamur, niſi tamen ille nos traxerit & cupiditatem noſtrã ſuo præſidio corroborauerit, non poſſumus eſſe ſalui. Intelligimus, & de populo Iudæorum ad eum reuertente, & de hæretici qui dominũ dereliquerũt.

e *Dormie.* Vox Iſrael, qui Deum ſuũ non audiuit, & hæretici pęnitentis. Pars enim eſt ſalutis peccata noſſe & confiteri. vnde: Dic tu prius iniquitates tuas, vt iuſtificeris. *Pſal. 50.*

† excelſis

## NICO. DE LYRA.

a Ego au. *Hic circa prædicta mouetur quæſtio. ſ. qualiter habeatur fideliũ multiplicatio, & hæreditatis cęleſtis adeptio, cũ dr̃:*

b Qũo p. *Et patet ex dictis litera vſque ibi:*

c Hæredita. p. *quia ibi clarè videtur Deus facie ad faciem.*

† rebelliones

d Exercit. Gen. *Exercitus Gentium dicuntur hic angeli ſancti ad cuſtodiam regnorum & gentium deputati, & illorum propriè eſt hæreditas cęleſtis.*

e Et dixi. *Hic ponitur reſponſio, ſci. q̃ duo p̄dicta habent per fidẽ & mores: ideoſubdit:*

f Pa. no. me. *Non ſolum corde credendo, ſed ore confitendo. ad Ro. 10. b. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Et quia fides ſine operibus mortua eſt: Iac. 2. d. ideo ſubditur:* F

g Et p. m. *bona opa vſq; ad finẽ continuãdo.*

h Sed q. *Hic conſequentur circa Chriſti vocationem ponitur Iudæorum malignitas, cũ dicitur: Sed q. ſi. i. maritum ſuum: vnde & in Hebræo habetur, ſocium ſuum.*

i Sic con. me. do. Iſ. *blaſphemando, perſequendo, & tandem occidendo. Et quia in vindictam eius ſequuta eſt deſtructio Iudæorũ per Romanos, vt hr̃ Luc. 19. ideò ſubditur:*

† comedit confuſio

k Vox in vijs. *Quia deſtructa ciuitate Iudæi ducebantur captiui ad diuerſas partes, ſuam miſeriam deplorantes.*

l Quoniam tni. *recedendo à Chriſto, qui eſt via, veritas & vita. Sed quia poſt deſtructionẽ ciuitatis aliqui de Iudæis Chriſto crediderunt, tenentes quod propter eius mortẽ fuiſſet illa deſtructio ſubſequuta, ideo Ieremias hoc præuidens dicit quantum ad iſtos.*

m Conuertimini. *exponatur vt ſupra.*

n Et ſana. auer. ve. *quibus auerſi eſtis à Chriſto: & ſubditur pęnitentium reſponſio.*

o Ecce nos veni. *per fidem.*

p Tu e. es. *Iudæi enim verè conuerſi Chriſtum eſſe verũ Deũ cõfitent.*

q Verè men. *i. ſuperbi per colles & montes hic metaphoricè deſignati, ſicut Iſa. 40. a. Omnis mons & collis humiliabitur. quia prophetę vt cõiter metaphoricè loquunt: & iſti ſuperbi fuerũt Sacerdotes & Phariſæi, qui per ſuã ſuperbiã Chriſtũ contempſerunt, & populũ per ſua mendacia à fide Chriſti auerterũt, q̃ mẽdacia cõuerſi de Iudaiſmo recognoſcũt.*

r Verè in do. *ſcilicet Chriſto.*

s Salus Iſ. *ſcd̃m qd̃ dicitur Act. 4. b. de ipſo. Et nõ eſt in alio aliquo ſalus.*

t Confuſio. *i. peccatum in Chriſtum, pp̃ quod venit ſuper nos confuſio.*

u Comedit. *quia Romani omnia precioſa in quibus laborauerant Iudæi, & animalia, & filios & filias eorum rapuerunt: & ideo ſequitur:*

x Dormiemus. *quandiu ſtabimus in infidelitate: ideo ſubditur:*

y Quoniam do. d. *Iſta ſunt verba pænitẽtium, peccata præterita lamentantium: & non ſolùm peccata propria, ſed patrum ſuorum: & patet litera ex dictis.*

a ¶Abraham. Iſaac & Iacob. b ¶Chriſtus.
patribus veſtris. Egò autem dixi: a
a ¶Vox Chriſti. b ¶Vt fiat vnum ouile.
a Quomodo pònam te in † filios, & b
a ¶Viuentium.
tribuam tibi terrã deſiderabilẽ,
a ¶Id eſt fortium.
hæreditatẽ præclaram exercituum c d
a ¶Theodotio. robuſtiſſimi. ſ. Chriſti. b ¶Qui credit in me cre. in de. pa. c ¶O Iſrael.
Gentium? Et dixi: Patrem vocabis e f
a ¶Imitando. ¶Obediendo.
me, & pòſt me ingredi nõ ceſſabis. g
b Sed quomodo ſi cõtemnat mulier h
c ¶Non virum. b ¶In perniciem ſuam. c ¶Saluatorem.
amatorẽm ſuũ, ſic contempſit me- i
c domus Iſrael, dicit dominus. † Vox k
in † vijs audita eſt, ploratus & vlula
tus filiorum Iſrael, quoniã iniquam l
¶Vitio ſuo.
fecerunt viam ſuam, obliti ſunt do
a ¶Sed. ¶Quia intellectis patrum peccatis, cum ploratu & vlulatu redeant ad patrem.
mini dei ſui. Cõuertimini filij reuer m
a ¶Quibus auerſi eſtis a domino.
d tẽtes, & ſanabo † auerſiones veſtras. n
a ¶Dicat hoc pœnitens & omnem ſuperbiam relinquens.
Ecce nòs venimus ad te. Tu em̃ es o p
dominus Deus noſter. † Verè men- q
a ¶Veltitudo qua ſuperbit contra Deum.
daces erãt colles, & multitudo mõ-
a ¶Non in alijs.
tium. Verè in dòmino Deo noſtro r
a ¶Vnde ſcriptum eſt: Defecerunt ſerutantes ſerutinio.
ſalus Iſrael. Cònfuſio comedit labo s t
¶Hæreticorum.
rem patrum noſtrorum ab adole-
a ¶Quos deceperunt.
ſcentia noſtra, Grèges eorum & ar-
a ¶Qui in hæreſi profecerant.
menta eorum, filiòs eorum & filias
c eorum † comedit confuſio. Dormie u x
mus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra: quoniã y
a ¶Chriſto. ¶Non ſolùm quando in carne apparuit, ſed & antequam venerit.
dominò Deo noſtro peccauimus
nos & patres noſtri ab adoleſcen-
¶Si crederetis Moyſi, forſitan & mi. &c.
tia noſtra vſque ad hanc diem, &
non audiuimus vocem domini
a Qui parentibus noſtris loquebatur.
Dèi noſtri.

*In cap. 3. vbi dicitur in Poſtil. Nunquid iraſceris in perpet.*

### ADDITIO I.

¶ Vbi nos habemus: Nunquid iraſceris &c. in Heb. hr̃: Nunquid iraſcet̃ in perpetuũ, aut pſeuerabit in finẽ? Et exponit ſic, q̃ ſi illa uxor ſeu ſponſa de qua loquit̃ cõuerteret̃ ad recognoſcẽdũ Deũ, tanq̃ patrẽ ſuũ & ducẽ virginitatis ſuæ, nunquid Deus iraſceret̃ in ppetuũ, ita q̃ nõ reconciliaret eã? q. d. non: iuxta illud Pſalmiſtæ: Nõ in ppetuũ iraſcet̃, &c. Et hæc ſnĩa vĩ magis ppria in ppoſito: valde enim impropriè de peccatore inquantũ à Deo recedit diceret̃, q̃ iraſcit̃, ſed potius q̃ prouocat Deum ad iracundiam.

*In eo. ca. vbi dicitur in Poſtil. Et conuertimini filij reuertentes.*

### ADDITIO II.

¶ Vbi nos habemus, reuertẽtes, in Heb. habetur, filij rebelles: & ſic uocant rebelles ad pęnitentiam, ad quam attrahit eos ad hoc, quia ego vir veſter.

*In cap. 3. vbi dicit̃ in Poſtil. Et iſtud fuit figuratum in regreſſu terræ promiſſionis.*

### ADDITIO III.

¶ Non vr̃ ppriè figurari paucitas Iudęorũ in Chriſto credẽtiũ reſpectu multitudinis eorũ in infidelitate remanẽtiũ p Caleb & Ioſue, put ĩ Poſti. Tũ q̃a ibi fuerũt tm̃ duo de ſexcẽtis milibus virorũ: hic aũt multò plures fuerũt credẽtes, ſ. in maiori pportione, vt patet in Actib᷒ apoſtolorũ. Tũ q̃a Moyſes & Aarõ q̃ fuerũt ſancti, & nõ fuerũt ingreſſi terrã pmiſſionis, figurarẽt infideles Chriſtũ negãtes, qd̃ uĩ incõueniẽs. Sed figura huius paucitatis credẽtiũ & multitudinis nõ credentiũ de Iudęis ppriè pceſſit tpe Ieroboã. 3. Reg. 12. qñ totus populus Iſraeliticus fuit diuiſus in duas ptes, quarũ maior. ſ. decẽ tribus receſſerunt a regno Dauid, qui fuit figura Chriſti, & à cultu Dei q̃ vigebat in tẽplo, et coluerunt uitulos. Minor uerò pars. ſ. duæ tribus adhęſerunt regno Dauid et cultui diuino, put hæc figura largius tractat̃ in pugione, prima parte, cap. 1. eam propriè ad propoſitum adaptando.

### REPLICA.

In ca. 3. Burg. mutat textũ trãſlõnis nẽq̃ ab actiuo ad paſſiuũ: et ſic Poſtillator uno modo applicat, Bur. alio modo. Veritas eſt in utraq; applicatione. Sed q̃ dicit Burg. in Heb. haberi, rebelles, ubi nos reuertẽtes, credat Bur. q̃ uoluerit, puto beatũ Hier. Poſtillatorẽ et oẽs alios ita ignaros Hebraici ſermonis uſque ab Bur. non fuiſſe interpretat̃ rebelles per reuertentes filios. In eo. c. Poſt. dicit paucitatẽ credẽtiũ in Chriſtũ ex Iudæis, figuratã eſſe paucitatẽ ingrediẽtiũ terrã pmiſſionis ex egrediẽtibus de Aegypto. Bur. aſſignat aliã figurã putãs figurã Poſtil. nõ eſſe ppriã. Ad hoc dicendũ, qd̃ unius facti pñt eſſe plures figuræ, ſicut patet in locis multis ſacri canonis. Etiã cũ figura alicuius ſit eius ſimilitudo, q̃ nõ ſemp currit quatuor pedibus. Si em̃ oĩs ſimilitudo eſſet omnimoda, nulla eſſet ſimilitudo, ſicut arguit beatus Auguſt. Si omnia eſſent æqualia, non eſſent omnia. Omnimoda enim ſimilitudo potius eſſet dicenda identitas quam ſimilitudo, ut dicit Burgenſis. Vide circa primum capitulum Hoſee.

## GLOS. ORDINARIA. CAP. IIII.

Si reuerter. LXX. alia litera, conuerteris, id eſt ſi ſalutem deſideras, & te peccaſſe dicis plenè, conuertere, id eſt quem negaſti crede.

a *Si abſtule.*

## NICO. DE LYRA. CAP. IIII.

Si reuerteris Iſrael. ait dominus, ad me. *Poſtquàm Ieremias reprehendit populum de peccandi inuerecundia hic arguit eum de contumacia. Et primò dicta contumacia arguitur, ſecundò pœna debita ſubiungitur,* ¶ ibi:

## CAP. IIII.

¶Si reuerti vis a captiuitate.
a Si reuerteris Iſrael, ait dñs, ad me a

## MORALITER.

a *Si reuerteris.* Hoc literaliter exponitur de contumacia Iudæorum. Moraliter autem poteſt exponi de contumacia malorum



A a *Si abſtule.* Patet, quia quando mouemur & dicimus. Mei autem penè moti ſunt pedes, pe. eff. ſunt gre. mei. Non ex imbecillitate naturæ hoc patimur, ſed quia contra Deum offendicula & idola noſtra ponimus. *Pſ. 72. A*

b *Et iura. vi.* Hier. In ſugillationem, ſcilicet mortuorum deorũ, per quos iurat omnis idololatra. *† 22. q. 1. c. & iurabũt. De iureiu. c. et ſi Chriſtus.*

c *Noua.* Eradicando vepres & ſentes, vt mũda ſemina ſuſcipiant arua mundata, nec mittatis margaritas antè porcos, nec ſanctum detis canibus. Non poteſt animus erũnis mundi plenus ſemen Dei ſuſcipere & fructum facere. *Matt. 7. A* † & in eo laudabunt ſe

d *Circunci.* Hiero. Viro Iuda & habitatoribus Ieruſalem præcipitur, vt deſerãt occidentem literam, & ſequantur viuificantem ſpiritum.

e *Ne fortè.* Hiero. Monet & prædicit, ne facere compellatur quæ in Niniuitis probamus: quibus eſt prædicta ſententia, vt imminentem furorem declinarent pœnitentia.

f *Aſcendit leo.* Hiero. Si quis factor eſt aut auctor peruerſorum dogmatũ, de eo põt dici: aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo Gentium ſe. le.

g *Et prædo.* De quo dicitur: Omnium inimicorum ſuorum dominabit̃. Qui gloriatur dicens: Circuiui terram, & perambulaui eam. Quis eſt n. quẽ diaboli venena non tangunt, niſi ille qui ait: Venit enim princeps mũdi huius, & in me non habet quidquam? *Pſal. 9. Ioh. 14.* † Oĩa autẽ hæc mala venient *Ioh. 14. d*

h *De loco ſuo.* De abyſſo, in qua eſt religandus, in quam ne mittatur exorat.

i *Super hoc.* Sine pœnitentia ſæuiſſimã beſtiam vitare non poſſumus, & niſi ad Deum, non ſolùm mẽte ſed etiam corpore conuertamur. Dum enim vaſtatur eccleſia, ira Dei eſt aperta. B

K *Principum.* Qui legem docere debuerunt, & ſubiectos à leone defendere.

l *Sacerdotes.* Qui putantur eſſe ſapientes. Stultam enim fecit Deus ſapientiam huius mundi, quia per illam non cognouerunt Deum.

m *Prophetæ conſter. &c.* Aquila: amentes erunt. Quis enim non inſaniat, non perdat cor, cum principes & reges & Sacerdotes quondam ſuos ſub leone conſpexerit? *1. Cor. 1. a*

a *Et*

a ¶Prius pœnitendo. b ¶Idola.
a conuertere. Si abſtuleris † offen- a
dicula tua à facie mea, non † com b
a ¶Deſpectis idolis, per quæ prius iurabas. ¶Iuſiurandum vere teſta.
b moueberis. † Et iurabis, viuit do- c
a ¶Hos tres comites habet iuſiurandum: qui ſi defuerint, periurium eſt.
minus in veritãte & in iudicio &
a ¶Cum hæc ſcilicet fecerit Iſrael, cum per Apoſtolos magiſter Gentium fuerit.
in iuſtitia: & benèdicẽt † eũ Gen- d
a ¶Quia ſalus ex Iſrael eſt.
tes, † ipſumq; laudabunt. Hæc e- e
a ¶Veræ fidei.
nim dicit dominus virò Iuda &
¶Eccleſiæ.
c habitatori Ieruſalem: † Nouate f
vobis nouale, & nolite ſerere ſu-
a ¶Quæ ſuffocant ſemen. b ¶Mundamini. ¶Symmachus: Purificamini.
d per ſpinãs. Circuncidimini do- g
a ¶Vitia. Symmachus, malitias
mino, & auferte præpùtia cordi- h
um veſtrorum viri Iuda & habi-
e tatores Ieruſalem, ne fortè egre- i
diatur vt ignis indignatio mea,
& ſuccendatur, & non ſit qui extinguat. † Omnia autem hæc ma
a ¶Hæc omnia fient.
la venient propter malitiãm † cogitationum veſtrarũ. Annuncia- K
a ¶In quo confeſſio Dei. b ¶In qua pax.
te in Iudã, & in Ieruſalẽm auditum facite, loquimini & canite l
a ¶Cui ſimile: Exalta in forti. vocem tuam &c.
tuba in terra, clãmate fortiter, & m
a ¶In vnam fidem. b ¶Quaſi: Si hæreticorum bella conſurgunt, Chriſti munimenta nos teneant.
dicite: Còngregamini, & ingrèdiamur ciuitates munitas, leua- n
a ¶Crucis. b ¶In ſpecula & ſublimitate eccleſiæ. c ¶Qui timetis. ¶Ad Chriſti auxilium currite.
te ſignùm in Siòn. † Confortàmi o p
a ¶Verum Nabuchodonoſor ſcilicet, qui ideo in mundo iſto a me permittitur, vt fortitudo veſtra comprobetur.
ni, & nolite ſtare: quia mãlum e- q r
go adduco ab aquilone, & con- s
f tritionem magnam. Aſcendit t
a Nabuchodonoſor, ferus qui tanquam leo circuit quærens quem deuo. b ¶Id eſt de nequitia vel de inferno vbi retrud etur.
g leò de cùbili ſuo, & prædo Gen- u
h tium ſe † leuabit. Egreſſus eſt de x
a ¶Scilicet eccleſiam, vt egreſſi de eccleſia pugnent contra ipſam. vnde: A nobis exi. ſed non erant ex no.
loco ſuo, vt ponat terram tuàm y
a ¶Eccleſiæ.
in ſolitudinem. Ciuitàtes tuæ va-
a ¶Cum floreant hereticorum conciliabula.
ſtabuntur, remànentes abſq; ha-
i bitatore. Super hoc accingite vos z
cilicijs, plangite & vlulate, quia
non eſt auerſa ira furoris domi-
a ¶LXX. a nobis. b ¶Prædone eccleſiam vaſtante, ira Dei contra permanente.
ni à vòbis. Et èrit in die illa di- a b
a Inutile erit omne conſilium.
cit dominus, pèribit cor regis &
a ¶Quod debet eſſe in manu Dei.
k còr principum, & obſtupeſcent c
l m Sacerdotes, & prophetæ conſter-

f Nouate uobis noua. &c. *Eſt autem nouale terra de nouo culta, prius ſpinis & ſentibus plena, & per hoc innuit propheta quod erant inueterati in malitia.* C † abominationes tuas † demigrabis

g Circumcidimini domino. *In circumciſione ſpirituali, quæ placet ei. Et quæ ſit illa ſubditur:*

h Et auferte. *Id eſt peccata & conſuetudines peccandi.*

i Ne fortè egred. *Id eſt vindicta mea per ignem. Et quia hęc non fecerunt in contumacia permanentes, ideo ſequuta eſt ſucceſio ciuitatis & templi per Chaldęos tempore Sedechiæ. 4. Reg. vlt. & infrà. 39.* † ſe in eo

K Annunciate. *Hic conſequenter ſequitur pęna contumaciæ: Et diuiditur in duas, quia primò compaſſio Ieremiæ, ibi: Et dixi: Circa primum dicitur: Annun. in iu. id eſt omnibus notificate.* *Diuiſio* † De verb. ſig. c. 1. † Arate vobis aruum.

l Et canite tu. in terra. *Ad conuocandum bellatores vndecunque.*

m Et dicite: congregamini & ingrediamur ciuitates munitas &c. *Vt ibi poſſimus ſaluari.*

n Leuate Signum. *i. vexillum.*

o In Sion. *Vbi erat fortalitium ciuitatis Ieruſalem.*

p Confortami. *Ad inuicem.*

q Nolite ſtare. *Ocioſi.*

r Quia malum. *i. graue bellum, quod non poteritis ſuſtinere, ideo ſubditur:*

s Et contritionem magnam. *i. ciuitatis & templi deſtructionem, & ideo quod dicit Iere. Canite tuba, & poſteà leuate ſignum in Sion, confortamini &c. dicit ironicè quaſi dicat, ſic facietis, ſed nihil valebit vobis. vnde ſubditur:* † operum

t Aſcen. leo de cubili ſuo. *i. Nabuchodonoſor de regno ſuo, qui dicitur hic leo, eò quod in vexillo ſuo habebat imaginem leonis, vt dicunt aliqui, vel propter ſuam audaciam & ferocitatem.*

u Et prædo Gen. ſe leu. *Quia à multis Gentibus prædas accepit.*

x Egreſſus eſt de loco ſuo. *Ad veniendum contra Iudæam, ideo ſubditur:* D

y Vt ponat terram tuam in ſolitudinem. *Ciuitates deſtruendo, & habitatores captiuando. Et quia hoc fuit Iudæis materia doloris, ideo ſubditur:*

z Super hoc accingite uos ci. &c. *In ſignũ triſtitiæ & lamentationis.* † Congregate vos.

b In die illa dicit dominus peri. &c. *Quia de nocte fugerunt per locum occultum, tamen non valuit eis, quia comprehendit eos exercitus Chaldæorum. 4. Reg. vlt. & inf. 39.*

c Et obſtupeſcent Sacerdotes & prophetæ. *Quia dixerant Sedechiæ regi, & principibus contrarium.*

¶ a Et

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ibi: Annunciate. Circa primum dicitur in perſona domini: Si reuer. Iſrael. hic accipitur ſi pro non, quia iſta reuerſio non fuit ſubſequuta, & ſic apparet contumacia: Et eodem modo accipitur cum ſubditur:*

a Si abſtuleris offen. &c. *id eſt peccata quibus me offendiſti.*

b Non commoueberis. *De terra tua in captiuitatem Babylonicam.*

c Et iurabis. *Hic ponuntur tres comites iuramenti liciti, & quolibet ſubtracto redditur illicitum, ſicut eſt iuramentum mendax, quod caret veritate. Et iuramentum iniquum, vt ſi quis iuret ſe hominem occiſurum, quod caret iuſtitia. Et iuramentum incautum, quod caret iudicio diſcretionis, vt ſi quis iuret ſine cauſa & ratione legitima.*

d Et benedicent eum &c. *Imprecando ſibi bona ſi fecerit iſta. Et mutatur modus loquendi de ſecunda perſona ad tertiam: ſed quia hoc non fecit, ideò in captiuitatem ductus fuit: Et per Iſrael intelligitur hic populus regni Iudæ, quia Iſrael eſt nomen generale ad omnes Hebræos, & hoc patet per hoc quod ſubditur:*

e Hæc enim dicit dominus. *In aliquibus libris interponitur, habitatori, ſed non eſt de textu.*

## MORALITER.

malorum religioſorum, quibus dr̃: Si reuerte. Et accipitur hic ſi pro non, nã multi apoſtatæ reuertuntur magis coacti fame & nuditate quam deuotione: & eodem modo cum dicitur:

a *Si abſtuleris offen.* Accipitur ſi pro non: nam plurimi reuertentes de apoſtaſia ſic offendunt ſicut antea, ideo ſubditur:

e *Et iura. vi. &c.* Quia reuertẽtes, fictè promittũt emẽdationem uitæ, ideo ſequitur:

f *Noua. vo. noua.* Auferentes totaliter priſtina uitia.

h *Auferte præpu. cor. ve.* i. malas uoluntates ad cauendum recidiuum.

i *Ne fortè egrediatur vt &c.* Puniendo uos in gehenna.

k *Annun. in Iu.* Hic prænunciatur punitio contumaciæ religioſorum. Et loquitur propheta ironicè de populo Iuda, cum dicit.

m *Congregamini.* Quaſi diceret, non poteritis euadere manus regis Babylonis, & per hoc deſignatur quod mali religioſi non poterunt euadere manus dæmonis, de quo ſubditur.

t *Aſcen. leo de &c.* Ad ducẽdũ ſecum malos religioſos ad infernũ.

a *Et erit in die il. &c. corre. & cor. prin.* i. dolebit cor bonorum re- gentium



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et dixi: Heu.* Quia ſuprà dixit: in tempore illo vocabunt Ieruſalem ſoliũ domi &c. & nunc dicit: peribit cor regis &c. turbatur propheta, & in ſe putat Deum mentitum, nec intelligit illud longè poſt hoc in proximo futurum.

Sup.3 f b *Ventus vr.* Quando.ſ.peruenerit gladius vſque ad animã, & fuerit area conſummata, tunc ventus vrens veniet de deſerto: qui non eã purget & ventilet, vt paleis huc illucque diſperſis frumentum in horrea recondatur, ſed ſpiritus plenus nequaq̃ populo ſed mihi veniet, vt meũ triticũ diſſipet.

c *Spiri.ple.* Quidam hunc locum ſic exponunt, vt poſtquàm purgata fuerit area, reliquiæ ſaluæ fiant. Vnde ſcriptum eſt: Spiritus plenitudinis veniet mihi. vnde

Ioh.1.b Euangeliſta: De plenitudine eius omnes accepimus.

Ver.1. Aeneid. d *Et nunc ego.* Apoſiopeſis, ſicut ait Vergilius: Quos ego, ſed motos pręſtat componere fluctus Propheta dicturus proſpera retinet ſe, & triſtibus iunxit triſtia.

e *Ecce quaſi &c.* Ventura cernit vt præſentia, & Babyloniorum deſcribit exercitũ, cuius curruum rotarumq; ſtrepitus tẽpeſtati ſęuiſſimæ comparatur: & equorum velocitas aquilis. Exercitus diaboli, currus.ſ. & equites Pharaonis, quod intelligens vir eccleſiaſticus dicit.

† Ventus vehementior his. f *Væ nobis quoniam vaſtati ſumus.* Credens illi ſententiæ. Cum conuerſus ingemueris, ſaluus eris. Væ nobis. quia propheta quaſi digito demonſtrauit, populus ingemiſcit. Et non futura, ſed iam facta ſentit dicens: Væ no.

g *Laua à mali.* Reſpondet propheta: Immo in propheta dominus. Laua. vnde:

Iſa.1.d Lauamini, mundi eſtote. ſ.aqua baptiſmi, aqua pęnitentiæ ſalutaris.

h *Vox enim an.* Iuxta ſitum Iudææ loquitur. Tribus enim Dan iuxta Libanum montem & vrbem quę nunc Paneas dicitur aquilonem reſpicit, vnde venturus Nabuchodonoſor.

F i *De monte.* Poſt tribum enim Dan ſuccedit terra Ephraim, per quam venitur in

Allegoricè Ieruſalem. Allegoricè. Venit iudicium domini in terram domino delinquẽtem cum omni vbertate ſupplicij.

k *Concita: Gen.* Aduerſarios, ſcilicet qui tam diligenter obſideant, & munitionibus vrbem claudant, vt magis vinearum

†iniquitatem agrorumq; cuſtodes quam aduerſarios putes. Vult dominus nationes omnes in circuitu ſuam noſſe ſententiam, & flagellata Ieruſalem cunctos recipere diſciplinam.

l *Viæ tuæ.* Quidquid mali nobis accidit,

Malitiæ ortus ex nobis non ex Deo vitij noſtri eſt, non Dei: qui dulcẽ Deum vertimus in amaritudinem, & cogimus ſæuire nolentem. Non viribus hoſtium imputetur hoc, ſed culpæ Ieruſalem. Si enim in porcos non habent poteſtatem dæmones, quantò minus in homines quondam ciuitatis Dei?

Matt.8.d m *Ventrem me.* Hier. Loquitur hoc dominus, cum ſeditionem & diſcordiam cernit in eccleſia, & in cõuenticulis ſuis clamare perdicem, & in bella conuerti Dei requiem. Vnde ſequitur.

a *Vſquequo*

a nabuntur. Et dixi: Heu heu a b heu domine Deus: Ergo ne c decepiſti populum iſtum & Ieruſalem, dicens: Pax erit vo d e

a ¶Qui fecet & purget vitia, aliter enim pax & promiſſio non ſequitur.

bis. Et ecce peruenit gladius f

a ¶Quia nihil vitale in anima reſeruatur. b ¶Cum venerit gladius vſque ad animam, & area fuerit conſummata.

vſque ad animã. In tempore illo dicetur populo huic &

a ¶Nabuchodonoſor vel diabolus. b ¶Non qui purget & ventilet.

b Ieruſalem: ventus † vrens in g

a ¶Vbi non eſt hoſpitium Dei.

vijs quæ ſunt in deſerto viæ h filiæ populi mei, non ad ven i tilandum & ad purgandum.

c † Spiritus plenus ex his ve- k l m

¶Et non populo.

d niet mihi. Et nũc ego, ſed lo- n o

a ¶Vt ſciant ſe iuſte ſuſtinere quod ſuſtinent.

e quar iudicia mea cũ eis. Ec- p

a ¶Quaſi digito oſtendat.

cè quaſi nubes aſcendet, & q r quaſi tempeſtas currus eius. Velociores aquilis equi illi- s

f us. Væ nobis, quoniam va- t

g ſtati ſumus. Laua à mali- u

a ¶Metropolis Iudæorum.

tia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias. Vſquequo mo- x

a ¶Quæ procedunt de corde, cor autem in ſcripturis ſanctis pro anima & ſenſibus debemus accipere.

rabuntur in te cogitationes

h noxiæ? Vox enim annũcian- y

¶Indicium.

tis à Dan, & notum facien- z a

¶Bel. a ¶Vbertas.

i tis† idolum de monte Ephrã b

a ¶Vidit dominus omnes nationes in circuitu. ¶Crebro ſcilicet.

k im. Concitate Gentes: † Ecce c auditum eſt in Ieruſalem, cu d ſtodes venire de terra longinqua, et dare ſuper ciuitates Iuda

a ¶Vlulantis exercitus.

da vocem ſuam. Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt ſuper eam in gyro, quia me ad ira- e cundiam prouocauit, dicit

a ¶Actiones tuæ. ¶O Ieruſalem.

l dominus. Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerunt hęc tibi.

a ¶Per ſe.

Iſta malitia tua, quia amãra,

a ¶Interiora animæ penetrauit. ¶Alias os. b ¶Mentis afflictionem patior.

m quia tetigit cor tuũ. Vẽtrem f meum, ventrem meũ doleo: † ſẽſus cordi mei turbati ſunt g in me. Non tacebo quoniam h vocem † buccinę audiuit aĩa

† parietes cordis mei, reſonat in me cor meum

dicat, non, ſed falſi prophetæ fingentes loqui per te. G

f Et ecce perue. *i. vſque ad intima cordium populi & principum, & loquitur de futuro per modum præteriti. ideo ſubditur: In temp. il. &c.*

g Ventus vrens &c. *i. ſicut ventus vrens omnia conſumens quæ creſcunt in deſerto, eò quòd modicum habent de humiditate, pp quod citius deſiccantur & conſumuntur à vento vrente.*

h Viæ filij populi mei. *q.d. ſic populus meus conſumetur. ideo ſubditur:*

i Non ad vent. & ad pur. *Sicut in aliquibus terris triticum purgatur à vento, quia granum cum palea proijcitur ſurſum cum inſtrumento ad hoc apto, & ventus tulit paleas, & granum cadit in area. q. d. ſic non purgabitur populus meus, ſed magis conſumetur. ideo ſequitur:*

K Spiritus. *id eſt ventus.*

l Ple. ex hiſ. *ſ. aduſtionibus.*

m Veniet mihi. *i. ad voluntatem meam.*

n Et nunc ego. *Supple faciam hoc ex odio vel violentia. quaſi dicat, Non, ſed ex iuſtitia. & ideo ſequitur:*

o Sed lo. iu. *Puniẽs eos pro iniquitatibus ſuis.*

p Ecce quaſi nubes. *ſcilicet tempeſtuoſa quæ ſubitò ſurgit.*

q Aſcen. *ſcilicet exercitus Chaldæorum. Et dicit, aſcendet, quia Iudæa eſt in altiori ſitu quàm ſit regio vnde venit.*

r Et quaſi tem. cur. eius. *Ad portandum arma & alia exercitui neceſſaria, & iſti currus propter multitudinem faciebant ſtrepitum magnum & terribilem ad modum tempeſtatis.*

s Velo. aqui. equi. il. *Hyperbole eſt ad deſignandum velocitatem & fortitudinem equorum.*

t Væ no. *Verbum eſt prophetæ plangentis miſeriam populi ſui imminentem, & conſulentis pęnitentiam dicentis:*

u Laua à ma. *Vt per hoc rigor diuinæ iuſtitiæ temperetur.*

x Vſquequo mo. *q.d. tu nimis tardas agere pęnitentiam, quia in promptu eſt Dei vindicta, vnde ſubditur:*

y Vox e. an. *ſ. aduentum regis Babylonis.*

z A Dan. *Quæ eſt ciuitas in extremitate aquilonari Iudæę, exercitus enim Chaldęorum venit ex illa parte.* H

a Et no. fa. ido. *i. regem Babylonis, qui ſe fecit adorari, vt Deum in ſtatua aurea, Dan 3.*

b De mon. Ephra. *Locus eſt propinquior Ieruſalem quam ſit Dan. & ſecundum quod exercitus Chaldæorum magis appropinquabat, ſecundum hoc currebant nuncij Sedechiæ deſtinati ad hoc nunciandum ſibi: ideo ſubditur:*

c Ecce audi. eſt in Ie. *Vbi erat Sedechias.*

d Cuſto. ve. *i. Chaldæos venientes ad obſidendum Ieruſalem, & ita diligenter cuſtodientes portas & exitus, quod nullus poſſet egredi quin caperetur. Cuius cauſa ſubditur:*

e Quia me ad ira. *Per idololatriam & alia mala ſuprà poſita.*

f Ventrem meum. *Hic conſequenter ponitur dolor prophetæ in corpore. Vehemens enim motus mentis gaudij vel doloris redundat ad corpus. Ideo dicit propheta: Ven. meum. q. d. ita affligor in corpore ſicut mulier parturiens: vel ſicut vir torſiones horribiles ſentiens.*

g Senſus cordis &c. *Ex vehementia doloris.*

h Quo. vocem bucci. au. anima mea. *Videbat enim in ſpiritu exercitum Chaldæorum de propinquo inuaſurum ciuitatem Ieruſalem cum tubis & clamoribus bellicis.*

a Contritio

MORALITER.

✲ gentiũ de perditione ſuorũ ſubditorũ, ſm illud Apoſtoli. 2. Cor. 11. g. Quis ſcandalizatur & ego non vror? Iõ in eorum perſona dicitur.

b *Heu heu heu. do. De.* Debẽt.n. timere ne contingat hoc ex aliqua negligentia ipſorum.

c *Ergo ne dece. po. iſtum.* i. decipi permiſiſti per ſuggeſtiones dæmonum dicentium.

e *Pax e. u.* Sic.n. ſuggerũt dæmones hominibus, quod non dãnabuntur pro ſuis peccatis.

f *Ecce perue. gla.* Ipſam iugulans morte culpæ, & cõſequenter morte gehennæ. Et qm boni paſtores de perditione ſuorũ ſubditorum non ſolùm dolent mente, ſed ẽt corpore, quia motus fortis animæ redundat ad corpus: ideo in eorum perſona ſubditur poſteà,

g *Ventrem meum doleo.* Et ſubditur cauſa.

✲ Contritio

NICOLAVS DE LYRA.

Diuiſio a Et dixi. *Hic conſequenter ponitur compaſſio Ieremiæ, eò quod erat de populo illo. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur ipſius dolor in mente, ſecundò in corpore, ibi: Ventrem meum. Circa primum dicit Ieremias:*

b Heu. *Interiectio eſt dolentis, & ponitur ter propter triplicem deſtructionem. ſ. templi, ciuitatis, & populi.*

c Ergo ne decepiſti popu. iſtum. *id eſt decipi permiſiſti per falſos prophetas. q. d. ſic.*

d Dicens. *i. dicere permittens per eos.*

e Pax erit. *Poteſt etiam exponi negatiuè: Ergo ne decepiſti. Quaſi dicat*



a *Vſquequo vi.* Vox prophetæ, & per

A prophetam Dei, dolentis ſuper contritionem populi ſui, cuius viſcera ad inſtar hominis lacerantur: Sicut Saluator in morte Lazari, & ſuper Ieruſalem fleuit: Nec dolorem celat ſilentio, & clangor buccinæ & ſtrepitus præliorum illius turbat affectũ, dum mala malis cumulantur, & vniuerſa duarum tribuum terra vaſtatur.

b *Quia ſtul. po.* LXX. quia principes populi mei non cognouerunt. Vt magiſtrorum maior ſit culpa, quam populi Dei ſcientiam non habentis. Quæ eſt maior ſtultitia quam boue cognoſcente dominum ſuum, & aſino præſepe domini ſui, Iſrael dominum nõ cognoſcere, præſentem contemnere quem ſemper cupiebat videre?

c *Sapien. ſunt.* Sapientes malitioſi, Cui illud ſimile: Filij huius ſeculi ſapientiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Et villicus iniquitatis quędam ſapientius feciſſe narratur, & ſerpens in Paradiſo prudentior cũctis beſtijs legitur. Illa ergo eſt vera ſapiẽtia, quę cum timore Dei iñgitur. Vbi aũt inſidiæ & tergiuerſatio eſt, non ſapiẽtia ſed verſutia & calliditas vocatur.

d *Aſpexi ter.* Propheta cernit in ſpiritu quæ ventura ſunt, vt audiẽs populus terreatur, & pñiam agat, vt nõ ſuſtineat quæ formidat. Quidquid ſecundum hiſtoriã de Iudæa & Ieruſalẽ dr̃, ad eccleſiã Dei referamus: quæ cũ Deum offenderit, & vitijs & pſecutione vaſtata fuerit, vbi quondam virtutum cohors & lętitia, ibi multitudo peccatorum et męror verſetur.

e *Hæc e di.* Mixta eſt dñi clemẽtia iræ,

B terra deſerit, ſed non conſumit, vt remaneãt qui intelligãt clemẽtiã eius.

f *Cogitaui.* Vt prædictã auferrẽ ſñiam, & ira ſęuiẽtis nõ perueniret ad finẽ, minatus eſt dominus per Ionam, ſed impendentem gladiũ lachrymarum & gemituum magnitudo ſuperauit.

g *A voce equi.* Deſcribit furentis exercitum, à cuius timore populus ciuitatem reliquit, & ardua cõſcendit, ſed tamen iram Dei declinare non potuit. Hoc totum ad eccleſiam poteſt referri cum Deum offenderit, & aduerſarijs tempore perſecutionis vel vitijs atq; peccatis tradita fuerit.

h *Tu autem va.* Hier. Hoc idẽ dicẽdũ cõtra eos qui coniugales affectus & verę fidei pudicitiam perdiderũt.

i *Cum veſtie.* Hæc enim & tuis amatoribus præparas, & lectus anguſtus vtrumq; capere nõ poteſt. Nec Deus ornamẽta ſuſcipit, quibus antè amatoribus tuis placuiſti.

K *Vocem enim quaſi.* Duo exempla poſita ſunt, & parturientis & lugentis, vt quidquid mulier patitur, vel in fœtu, vel in morte filiorum, Ieruſalem patiatur in populis.

mea, clamorem prælij. Contritio a ſuper contritionem vocata eſt, &

a ¶Inſperato. b ¶Irruente Babylonio.

vaſtata eſt omnis terra. Repente vã- b ſtata ſunt tabernacula mea, ſubi- c

a ¶Quondam hoſpitia in prædam ceſſere hoſtium.

a ¶Quondam.

a tò pelles meæ. Vſquequo videbo d

a ¶Regem Babylonium, vel à meo ſeruitio recedentes.

† fugientes, audiam vocem bucci-

a ¶Cauſam ſupponit prædictorum malorum. b ¶Non natura ſed ſtudio voluptatis.

b næ? † Quia ſtultus populus meus e

¶Facti ſcilicet.

me non cognouit. Filij inſipientes f g

a ¶Pro ſapientibus.

c ſunt & vęcordes. Sapientes ſunt h i vt faciant mala, bene autem facere

d neſcierunt. Aſpexi terram, & ecce K l

a ¶Habitatore deleto.

uacua erat, † & nihil: & cœlos, & m

a ¶Terroris magnitudinem populo non vidente. b ¶Hyperbolicos.

non erat lux in eis. Vidi montes, n & ecce mouebantur, & omnes col- o

a ¶Conturbari videntur. b ¶Circumquaque.

les conturbati ſunt. Intuitus ſum, p

a ¶Quod ſolet habitatores ſequi. ¶Iram Dei ſentiunt elementa, & irrat onebilia per.ime ſcunt animalia.

& non erat homo, & omne võla- q

a ¶Cum homine, perijtq; cum pereunte.

tile cęli receſſit. Aſpexi & ecce r

a ¶Qui mari magno imminet oleis conſitus, arbuſtis vineiſq; depreſſus, alias condenſus.

† Carmelus deſertus, & omnes vr-

c ¶Inſtantia domini.

bes eius deſtructæ ſunt à faciẽ do-

a ¶Inſtantia. b ¶Vitio populi concitatæ, quæ omnium malorum cauſa.

e mini, & à faciẽ irę furoris eius. Hęc enim dicit dominus: Deſerta erit omnis terra, ſed tamen conſumma s tionem non faciam. † Lugebit ter- t ra, & mœrebunt cœli deſuper, eò u x

¶Quia ſententia mea ad finem peruenit:

f quòd locutus ſum. Cogitaui & y non pœnituit me, nec auerſus ſum

g ab eo. A voce equitis & mittentis ſagittam fugit omnis ciuitas. In- z a greſſi ſunt † ardua, & aſcenderunt rupes. Vniuerſæ vrbes derelictæ ſunt, & non habitat in eis homo.

a ¶Quæ culpa clementem Deum amaricaſti.

h Tu autẽ vaſtata quid facies? Cùm b

i

a ¶Sub figura adulteræ alloquitur eam. b ¶Fide ſanguinis Chriſti.

veſtieris te coccino, cum ornata fue c

a ¶Meditatione ſenſus & intelligentia ſpirituali. b ¶Si habueris ſtudium myſteriorum, & Dei ſecreta cognoſcendi.

ris monili aureo, & pinxeris ſtibio d

a ¶Cum Deum quaſi virum tuum offenderis.

oculos tuos, fruſtra componeris. e

a ¶Dæmones.

Contempſerunt te amatores tui, f

a ¶Non ſtupri immunditiam. b ¶Deſcribit Ieruſalem euigilantem atque clamantem.

k animam tuam quærent. Vocem g h enim quaſi parturientis audiui, an-

a ¶Inter quas poteſt vix reſpirare. b ¶Huiuſmodi dolorem nondum expertæ. c ¶Eſt talis ſcilicet.

guſtias vt puerperæ. Vox filiæ Sion † inter morientes expandenteſq; manus ſuas. Væ mihi, quia defecit i anima mea propter interfectos.

h Et vęcor. *Tanquàm inſani pſeudo prophetarum dicta ſequentes.* C

i Sapientes ſunt vt fa. ma. *Iſta eſt ſapientia mundana, quæ eſt terrena, animalis & diabolica. Iacobi. 3. d.*

K Aſpexi terram. *ſ. Iudææ.*

l Et ec. va. e. *Bonis omnibus per Chaldæos inde ſublatis & habitatoribus captiuatis.*

m Et cœlos, & non erat lux in eis. *Loquitur metaphoricè, per hoc deſignans magnitudinem tribulationis imminentis ſecundũ communem modum loquendi: quo poſitis in anguſtia magna, dicuntur cęli obtenebrati: Et hic modus loquendi frequens eſt in ſcriptura.*

n Vidi montes. *id eſt principes Iudæę & bellatores.*

o Et ecce mouebantur. *Ad fugam tanquam viribus diſſoluti.*

p Intuitus ſum, & ecce non e. ho. *Quia partim fuerunt occiſi, & partim in captiuitatem ducti, & per fugam euaſerunt pauci, vt habetur inf. 40. cap. ideo ſubditur:*

q Et omne volatile &c. *Per hoc deſignans euadentes in fuga.*

r Aſpexi &c. *i. Iudæa à Carmelo denominata, eo quod erat locus fertilis & amęnus, intelligendo tamen de Carmelo qui eſt in ſorte Iudæ, quia alius erat in ſorte Ephraim ſterilis. Cætera patent ex dictis vſque.*

s Sed tamen conſumma. non fa. *i. populo Iſrael omnimodam deſtructionem, quia poſteà tempore Cyri redijt in Iudæam & reędificauit templum & ciuitatem, vt habetur. 1. Eſdræ & Neemiæ. quia tamen hoc fuit poſt lxx. annos ſecundum communiorem opinionem, ideo ſubditur:* D

t Lugebit terra. *Tanquam inculta, quæ dicitur metaphoricè lugere, ſicut pratũ virens dicitur ridere: & eodem modo qđ ſubditur:*

u Et męre. cęli deſu. *Quia ros & pluuia inde deſcendentes non proficiebant ibi propter defectum hominum colentium.*

x Eò quod lo. ſum. *Diffinitiuè hanc vindictam inferendo, ideo ſubditur:*

y Cogitaui &c. A vo. eq. *i. equitum regis Babylonis. Et accipitur hic ſingulare pro plurali, ſicut dicitur Exod. 8. f. Venit muſca grauiſſima, id eſt multitudo muſcarum.*

z Fugit omnis ciuitas. *i. habitatores omnium ciuitatum.*

a Ingreſſi ſunt ardua. *id eſt loca inacceſſibilia equitibus, vbi multi fuerunt fame mortui, non audentes inde egredi ad quærendum ſibi victum.*

b Tu autem va. quid fa. *Quaſi dicat non habebis remedium. vnde ſubditur:*

c Cum veſtieris te coccino. *Loquitur de Iudæa ſub metaphora meretricis ſe ornantis veſtibus & iocalibus & vnguentis meretricijs, cum ſubditur:*

d Et pinxe. ſtib. *id eſt fardinatione, ſicut dicitur de Iezabel. 4. Reg. 9. & hoc ad quærendum gratiam.*

e Fruſtra com. *Cuius cauſa ſubditur:*

f Contemp. te ama. t. *i. Chaldæi cum quibus mœchata fuiſti per idololatriam.*

g Animam tuam quærent: *Quam auferent de corpore. ideo ſubditur:*

h Vocem quaſi parturientis audi. *In quo propheta deſcribit clamorem morientium fame & gladio, & ideo ſubditur:*

i Væ mihi. *Lamentans interfectionem populi ſui.*

MORALITER.

✲ a *Contri. ſuper con.* id eſt mors gehennæ ſuper mortem culpæ.

NICOLAVS DE LYRA.

a Contri. ſuper contri. *Quia primò vaſtatus eſt populus fame, ſecundo gladio.*

b Repente vaſtata &c. *id eſt templum vbi erant multa tabernacula.*

c Sub. pel. meæ. *Loquitur de templo Salomonis ad modum tabernaculi Moyſi, quod fuit opertum pellibus, vt habetur Exo. 26.*

d Vſquequo vi. fu. *Per hoc deſignat quod populus Iſrael non poſſet ſe defendere.*

e Stul. po. m. *Falſis prophetis credendo.*

f Me non cog. *verba mea recipiendo, vt habet infra in multis locis.*

g Filij inſipientes ſunt. *Neſcientes diſtinguere vera à falſis.*

b Et

*In cap. 4. vbi dicitur in Poſtil. Circa primum dicit Ieremias: heu &c.*

ADDITIO.

Vbi dicitur, heu heu heu. eadem dictio ponitur in Hebræo ſicut in primo ca. vbi dicitur, A a a. vnde nec ibi nec hic ponitur triplex dictio, ſed eſt una dictio compoſita ex tribus literis, prout Poſtilator ibidem expoſuit, & eodem modo eſt in hoc loco exponendum.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES